PAVLI BELLONI
IVRISCONSVLTI
Collegij Ticinensis, & Patricij

Olim primarij legum interpretis, & in Sacrosancto Tribunali Inquisitionis Consiliarij.
NVNC REGII MEDIOLAN. SENATORIS.

De Praestate eorum, quae Incontinenti fiunt, vel ex interuallo.
LIBER PRIMVS.

Opus in scholis & in foro versantibus ob Quaestionum, & Rerum Iudicatarum varietatem apprimè vtile, & necessarium.
Accessit duplex Index, vnus capitum, alter rerum, & verborum singularium, Alphabetico ordine conscriptus.

Ad perillustrem ac patricium virum
M. ANTONIVM MONTIVM
Ex Coll. Iurisc. Mediol. & S. Inquis. Consultorem.

Coll. Rom. Soc. Iesu
Cat. Inscr. B. S.

MEDIOLANI, Apud Io. Bapt. Bidellium. M. DC. XXIII.
Superiorum permissu, & Priuilegio.

Die 6. Aprilis 1622.
Imprimatur F. Hyacinthus Vicecomes Sacrę Theologię Lector, & Vic. S. Officij Mediolani.
Fr. Al. Bariola pro Illustrifs. D. Card. Archiepifc.
Vidit Saccus pro Excellentifs. Senatu.

Perilluſtri ac patricio viro

M. ANTONIO MONTIO
EX COLL. IVRISC. MEDIOL.

S. Inquiſitionis conſultori.

*Emper mihi fuit in optatis, vt libros, quos excuderem, ſub eorum tutela collocarem, qui vel eo delectarentur argumento, quod ijs libris contineretur: vel ſcientiam eiſdem explicatam apprime callerent. Sic enim ſperabam fore (ac ſpei reſpondit euentus) vt conſtanti patrocinio fauerent operi, ex quo caperent voluptatem; & typographum forti brachio tuerentur, qui noſſent rei tractatæ dignitatem, & ob peritiam probe ſcirent rationem operis defendendi. In te,*M. Antoni iuriſconſultorum ſplendor, *vtrumque ineſſe video, quod quærere conſueui: Delectationem ſummam, & ſcientiam iuris exquiſitam à delectatione procreatam. Quis enim capaciſſimo ſolertiſſimoque ingenio præditus eſt, qui non eam artem doctrinamue breui ac feliciter aſſequatur in quam cum voluptate incubuerit? Tu ineunte adoleſcentia, litteraturæ plenus, eloquentiæ præceptis expolitus, iuriſprudentiæ ſtudium toto pectore complexus, is euaſiſti, qui primum, vt mos eſt, laurea doctoris in præſtantiſſimo Ticinenſi gymnaſio cum plauſu decorareris. At cuius manu? Pauli Belloni iuriſconſulti doctiſſimi, nunc digniſſimi Senatoris: quem docentem audieras diligenter, & noueras auctorem præclari operis de ijs, quæ fiunt in continenti. Quo fit, vt eius patrocinium hoc maxime nomi-*

ne tibi sit accuratius & impensius suscipiendum. Deinde reuersus in patriam, & in nobilissimum iurisconsultorum collegium cum assensione omnium collegarum adscriptus, illico in ciuibus defendendis, in respondendo de iure, in causis coram Senatu viua voce perorandis, in consultationibus ad fidem catholicam spectantibus in sacro tribunali Inquisitionis, cuius es consultor, declarasti quantum in dicendo & sentiendo valeres. Hinc omnes, qui te norunt, & hunc incitatum ingenij tui cursum intuentur, augurantur tibi eas omnes dignitates, quas Hieronymus *auus, &* Princiuallis *pater tuus, ob uirtutem, scientiam iuris, & in rebus agendis prudentiam merito consecuti sunt. Ille enim auditor quondam magni Andreæ Alciati, quantum eloquentia posset, ter in regijs funeribus ostendit: prudentiam vero atque scientiam tempore pestis præses conseruandæ sanitatis, Mediolani Senator, & Ticini Cremonæque prætor exprompsit.* Princiuallem *vero patrem, quem vidimus ter iudicem Cremonæ, bis Vicarium Prouisionis in sua patria; quadriennium vicarium iustitiæ: vicarium prætoris; iudicem in tribunali, quod ab Equo nomen habet; Sacræ Inquisitionis Consultorem, quæstorem regium ordinarij magistratus, postremo sedentem in Senatu, nuper luximus acerba morte præstinctum. Quid quod non finis te à Cæsare fratre virtutis æmulo superari? Vix enim hic Romam ingressus, à Paulo V. Pont. Max. vtriusque signaturæ referendarius creatus, in sacram consultationem totius Ecclesiastici status adscriptus, & à Gregorio XV. consultor S. Inquisitionis, munere priore retento (quod rarum est) renuntiatus, alia quidem uia, sed tamen æque grandibus passibus ad summos honores procurrit. Quamobrem mihi perhonorificum ac perutile iudicaui, sub eius nomine, qui tot tantorumque uirorum stimulis incitatus auita, pa-*

ter-

terna fraternaque vestigia calcat, dare in lucem recusum hunc primum librum de ijs, quæ sunt in continenti ab suo auctore recognitum & auctum. Accipe igitur illum ex meo prælo, tam beneuola voluntate, quàm mihi virtus, humanitas & nobilitas tua pollicentur. Vale Idibus Martijs M.DC.XXIII.

Dom. tuæ perillustris

Seruus addictiss.

Io. Baptista Bidellius typographus.

DIDACVS MILLIANVS

In Ticinensi Academia Pontificij iuris Antecessor primarius

LECTORI.

Erè de virtutibus proditum est, præcipuam earum laudem in actione, non in contemplatione positam esse. Quod sanè de scientijs ferè omnibus, præcipuè de iurisprudentia dici posse, nemo est, qui ignoret: nam cum iuris non scientiam, sed prudentiam dicamus, profectò iuris periti illi non prudentes appellandi sunt, (nisi nouum fortasse prudentiæ genus in dicendo tantum non etiam in agendo consistens fingamus) qui iuris scientiæ, non prudentiæ sedulam operam dare nituntur. itaque non tàm mirandum, quàm dolendum est, multos ætate nostra clarissimos iurisconsultos sibi defuisse, qui in tradendis artis nostræ præceptis, vt veterum illorum prudentium vestigijs videantur inhærere, quando ad actionem deueniendum est, vel de minima quacunq; re interogati aut obmutescunt, aut tam ineptè respondent, vt irridendi sui vel impericis rabulis occasionem præbeant. Et sanè ridiculi sunt, qui rem cognitione dignissimam ob id solùm magno cum reipublicæ detrimento prætermittunt, quòd eam nullo labore comparari, vel à quolibet litteris mediocriter tincto percipi posse existimēt. Vt enim contemplatio sine actione, tanquàm ars sine exercitatione aut inutilis, aut parum commoda est, ita nihil reipublicæ magis perniciosum, quàm ab illis, qui iura, & res forenses tractant, actionem à contemplatione seiungi. Quare & si omnes de republica benemeriti videntur, qui in iurisprudentia tradenda versantur, illos ego iudico multo magis prodesse hominibus, qui sic eam docent, vt ad contemplationem addant actionem. Inter hos non minimam assequutus est gloriam *PAVLVS BELLONVS* iurisconsultus eruditissimus, quem non minus in legendo studij, quàm in scribendo, ac bene partitèque loquendo diligentiæ adhibuisse ex ipsa lectione, studiose lector, facile deprehendes. Hic cum animaduertisset, iurisprudentiam in scholis tot sapientissimorum hominum, quos ætas nostra doctissimos tulit, singulari quodam studio à barbarorum spurcitie vindicatam, multa verò in actione, ne dicam innumera, quæ animaduersione indigent, ac reprehensione, manum huic operi admouit; vt in foro quoque vera, solidaque boni & æqui artis in difficili illa re, hoc est,

in

in vi & Potestate eorum, quæ fiunt incontinenti, vel ex interuallo, fundamenta splendescerent. Hic inquam vir, quem cordata Minerua proprijs manibus finxit, superioribus annis ad titulos institutionum Iustiniani de testamentis, & de obligationibus breues, luculentos tamen commentarios edens, vtiliora reipublicæ litterariæ pollicitus fuit, hodiè persoluit, tunc futuri studij spem dedit, nunc transacti rationem exhibet. Per viginti annos in ius ciuile interpretandum non sine celebri gloria incumbens nihil publicè ex iurisprudentiæ dignitate docuit, quod non ad causidicorum errores detegendos, confutandosque plurimum conduceret. Prodit igitur primus operis liber, dignus planè authoris ingenio, atque eruditione, dignus oculis doctorum virorum, non indignus commendatione, nisi ea apud bonos in bona causa esset superuacua. Paruæ mihi vires sunt, curta supelles, opus sanè doctum, egregia arte distinctum, omnium curiarum patronis, iudicibus, ac iura interpretantibus maximè vtile, de quo cum Claud. dicere licet.

Nil opis externæ cupiens, nihil indiga laudis
Diuitijs animosa suis.

Omnia pro tua humanitate vt æqui & boni consulas, rogo, atque oro, ita enim fiet, vt extremam manum quamprimùm toti operi imponere studeat. Vale.

Per-

Perfectissimo Viro

PAVLO BELLONO

artis, & iuris dicendi peritissimo

IO. BAPTISTA SACCVS

S. D.

SEriò ne istud quæso? expectare te encomium aliquod meum, quod operi tuo præfigas? scilicet hac hedera opus est tam probæ merci: aut defuturi sunt istic præstantissimi poetæ, qui munus hoc pro dignitate obeant, atque adeò certatim ambiant. Quibus si me inseram, crocitare videar inter cycnos, infantiamque meam turpiter traducam. Seriò ne (si Deo placet) istud quoque? nisi fortè existimationis meæ iacturam reformidem ex commendatione tui? Nimis quidem Socraticè iã, mi Bellone. Sed liceat hoc tibi per amicitiam, vel per lusum: alioquin vapulares à me non leuiter pro tali iniuria. Ego quid de te sentiam in omni politioris doctrinæ scientia, iampridem tibi ipsi, & alijs quamplurimis testatus sum scriptis qualibuscumque meis. Ea si vigebant, vigebit simul testimonium de te meum. sin perierint, non ideo tamen minus celebris erit Paulus meus Bellonus, Themidis, Palladis, Phœbi perenne decus

Illum aget penna metuente solui
Fama superstes.

Hoc tibi sit pro elogio nostro. Quòd si ampliùs requiris, Magni illius Massinij, corculi tui, Antecessorem omnium coryphæi encomium expecta, meq; illi subscribe, & Vale.

INDEX CAPITVM LIBRI PRIMI.

De Te-

Indicis Capitum Finis.

INDEX

INDEX LOCVPLETISSIMVS,

Ordine Alphabetico dispositus verborum, & rerum præcipuarum, quæ hoc primo libro continentur.

Primus numerus caput, secundus marginis numerum, tertius paginam indicat.

Annuli

Au-

circa

vim

D

E

tra

Fera

Ius

Ma-

M

Mo-

f 2 Mortis

N

Ni-

Pap-

Pro-

Simulata

T

Ve-

FINIS.

PAVLI BELLONI I. C. SENATORIS MEDIOL.

De Poteſtate eorum, quæ fiunt incontinenti, vel ex interuallo.

LIBER PRIMVS.

RE eſt, priuſquam ad opus ipſum accedamus, pauca quædam referre de ſignificatione ipſius tituli, ſiue inſcriptionis. Quoniam igitur in vniuerſa hac tractatione, diſtinctis capitibus, conati ſumus complecti præcipuè vim, & poteſtatem eorum, quæ incontinenti, vel ex interuallo geruntur, qui nam inde manent effectus, quid referat vtro modo quid fiat, ideo præfari voluimus, huiuſmodi verba, Incontinenti, Statim, Illico, Mox, Protinus, ex interuallo, Poſtea, Poſt, Continuo, *& ſimilia, aliter atq; aliter accipi iuxta ſubiectam materiam, & arbitrium ipſius iudicis Doct. in l. 1. §. 1. ff. de verb. oblig. in l. 1. ff ſi cert. pet. vbi gloſſ. in verb. Mox. Dec. num. 27. Socin.*

 & Iaſ.

& Iaſ. in l. diuortio, ff. ſolut. matrim. Rebuff. in l. Labeo, §. item ſi dominus, verſic. Nec placet, ff. de verb. ſign. Octau. Vulp. De Prep Aduerb. in verbo Incontinenti, & in verbo Poſtea, Rot. Rom. deciſio. 811. part. 1. num. 36. & 40. Surd. conſil. 550. num. 6. conſil. 437. num. 31. conſil. 271. num. 2. Ioſ. Seſſ. deciſ. Arag. 16. Theſau. deciſio. 30. Fontanell. de Pactis nuptial. clauſ. 4. gloſſ. 5. nu. 8. de dictione Poſtea, & Poſt Farinac. conſil. 12. num. 23. Capic. deciſ. 37. num. 2. quæ dictioni Statim opponitur. Cic. pro Rab. Quod fiet manifeſtius ex infraſcriptis capitibus. Opponitur etiam verbum Proximę, & Proximus *iis, quæ fiunt* ex interuallo, *vt apud Ciceronem. Litteras, quas a te proxime accepi. Et de Nat. Deorum. Is, quem proxime nominaui, c. dilectus, de præbendis. &, Nemo diu tutus, periculo proximus. Proximus eſt, quem nemo antecedit. l. proximus, ff. de verb. ſign. Et ideo poſſunt etiam ſimul hæc ſtare, quod quis ſit proximus alicui, & eum longo ſubſequatur interuallo, vt apud Ciceronem obſeruaui in Bruto. Duobus igitur ſummis, Craſſo, & Antonio L. Philippus proximus accedebat, ſed longo tamen interuallo proximus. Et in frag. Salluſtij in fine. Proximum dicebant veteres non ſolum adhærens, & adiunctum, verum etiam longo remotum, ſi tamen inter duo diſcreta nihil medium exſtitiſſet. Virg. Aen. lib. 5.*

Proximus huic, longo ſed proximus interuallo
Inſequitur Salius.

Item proximus dicitur etiam, qui ſolus eſt, quiq. neminem antecedit. l. proximi. ff. de verb. ſignif. l. qui duos. ff. de reb. dub.

SVMMÆ.

1 *CIVITAS quomodo obligetur mutui datione.*
2 *Pecuniam versam esse in vtilitatem Ciuitatis quis probet, & quomodo num. sequent.*
3 *Versum non dicitur, quod non durauit.*
4 *Pupilli, Ecclesia, & aliæ vniuersitates, an eodem iure vtantur circa pecuniam mutuo acceptam.*
5 *Hæres an præsumatur soluisse æs alienum de rebus hæreditarijs alienatis.*
6 *Opinio Auctoris.*
7 *Creditori alicuius soluens an habeat eius creditoris priuilegium, & an pecunia soluta censeatur posterioris creditoris.*
Farina ex frumento ante vendito præsumitur.
8 *Pecunia recepta ab emptore census præsumitur soluta ob temporis breuitatem.*
9 *Ex pretio bonorum venditorum alia, quæ sunt empta præsumuntur comparata. Pretium loco rei succedit.*
10 *Solutio probatur coniecturis.*
11 *Præcedentia declarantur à seque & contra.*
12 *Simulatus præsumitur contractus, vbi paulo ante actum fuit de incundo mutuo.*

De pecunia mutuo data Ciuitati. Cap. I.

1 CIVITATEM mutui datione † obligari scribit Vlpian. in l. Ciuitas. 27. ff. si cert. pet. Si modo pecuniæ in eius vtilitaté sint versæ. Licet enim quandoq. Ciuitas iure priuatorũ vtat', tamé hic, vt in alijs speciebus, singulare habet ius, ne ad ministratorũ culpa dãno aliquo adficiatur. Duar. ad tit. Si cert. pet. ca. 3. in fin. Cẽsuit vero Accurs., quem
2 crebriore calculo † sequuntur interpretes in eadem lege, onus illud probandi pecuniam mutuo acceptam, cessisse in vtilitatem Ciuitatis, pertinere ad creditorem. Leonard. Less. De iust. & iur. lib. 2. cap. 20. dub. 2. num. 12. nisi tamen Decurionibus Ciuitatis, populo præsente, siue illius consilio, eandem repræsentanti pecunia mutuo data sit, tũc enim ea probandi necessitas non erit creditori iniungenda. Fachin. lib. 2. Controu. iur. cap. 75. Gratian. lib. 1. Discept. Forens. cap. 196. Non
3 dicitur tamen † versum, quod non durauit. l. si pro parte. §. versum. ff. de in rem verso. Verum eo casu, quo huiusmodi exigitur probatio, cum difficillimum sit liquidò id ostendere, & demonstrare, verisimilib⁹ probationibus, quæ à coniecturis peti solent, erimus contenti. Duar. d. cap. 3. in fin. Alb. cons. 205. num. 73. Mantic. de tacit. & ambig. Conuent. libr. 8. tit. 12. 13. & seq. Cuius probationis varij adferuntur modi, quorum vnus ille est, videlicet, quando eo tempore, quo mutuò pecunia fuit ab administratore accepta, pro comperto habetur, Ciuitatem illam indiguisse. glos. in auth. hoc ius porrectum. C. de sacr. sanct. eccles. in fin. Salic. Castr. in d. l. Ciuitas, vbi Dec. num. 10. Bald. in l. 1. C. si aduers. cred. Redoan. de rebus eccles. non alien. quæstio. 56. cap. 1. Surd.
4 decis. Mant. 15. num. 16. qui † ad pupillos, loca pia, & ecclesiastica idem ius extendunt. Duar. d. cap. 3. Did. Couar. libr. 2. Variar. Resol. cap. 17. num. 3. Surd. cons. 181. nu. 11.

43. & seq. vbi hac de re late agit, pro sequiturq. casus, in quibus in ecclesia id sibi vindicat locum in cuius vtilitatem etiam ex longinquitate temporis præsumitur versa pecunia. Crau. de antiq. temp. part. 3. num. 26. Mantic. de tacit. & ambig. Conuent. libr. 3. tit. 15. num. 79. & d. lib. 8. tit. 12. vbi quærit an d. l. Ciuitas procedat etiam in Collegijs, & in alijs Vniuersitatibus. Quid de vxore? Valasc. cons. 83. num. 7. Facit pro prædicta sententia, & modo probandi, quod ait Bart. in l. fin. §. & si, in fine, C. de iure delib. nempe
5 præsumi hæredem † soluisse æs alienum ex bonis hæreditarijs alienatis. Confirmatur per l. vlt. ff. de exercit. action. Verum displicuit multis hic modus probandi, ita, vt frequentius in contrariam itum sit sententiam. Alex. in d. l. Ciuitas, num. 11. Ias. num. 18. Rip. in l. si quis mihi bona. num. 10. ff. de pign. Mascard. de probat. concl. 1165. num. 8. Fachin. lib. 2. Contr. iur. cap. 76. reiecta Menoch. sententia cas. 432. De arbitr. existimantis id esse iudicis arbitrio relinquendum. Alcia. in d. l. Ciuitas, num. 18. Mascard.
6 citata concl. nu. 10. Ego † quemadmodum a communi Doct. opinione non puto hac in re discedendum, ita si illico post mutuum, ipsius contractus initi a Ciuitate causa impleta inueniatur, aliud sequeter, maximè cum hic minime exigam liquidissimas probationes, veluti si Ciuitas eguerit pecunia, necessitas enim alicuius inducit præsumptionem erogationis pecuniæ acceptæ mutuo in eiusdem vtilitatem. Stephan. Gratian. libr. 1. Discept. Forens. capit. 107. num. 17. & 20. Surd. De Alim. tit. 8. priuil. 34. in fine. Et maximè vbi eguerit ob solutionem rei emptæ, nam credendum est, ex illa pecunia rem fuisse emptam, si statim fuerit secuta solutio. Mantic. d. lib. 8. tit. 15. num. 2. l. fin. C. de alim. pupill. præst. latè Bolog. in d. l. Ciuitas. num. 44. Cœnut. de moment. temp. cap. 27. num. 7 vbi etiam ait,
7 si quis † incontinenti soluat pecuniā creditori alicuius, id præsumi conuentum inter partes, & ita soluens priuilegium dicti creditoris consequitur. id enim efficit modicum interuallum temporis, vt posterioris creditoris præsumatur pecunia soluta priori, & in locum prioris succedatur. Ang. in l. fin. C. de pign. Qua de re videas. l. si ventri. §. fin. vbi Rip. num. 3. ff. De priuil. cred. l. j. vbi glos. C. De his, qui in prior. cred. locum. l. si cum pecuniam. C. de priuil. fisci. Franc. decis. 134. num. 3. & decis. 97. Surd. consil. 444. Paul. Mont. De tut. cap. 39. nu. 141. Bart. in. l. 3. ff. Quæ res pign. num. 5. Gasp. Thes. lib. 2. Quæst. Forens. c. 30. Cost. de fact. scient. & ignor. Centur. 2. dist. 73. Et quod dicam infr. capit. 50. De cessione. Et ideo Surd. decis. 55. num. 8. ait præsumi farinā confectam ex frumento, paulo ante vendito adhoc, vt venditor in re propria præferatur anterioribus creditoribus, arg. d. l. si ventri. §. fina. Et Honded. cons. 35. nu.
8 13. lib. 2. respondit † ex breuitate temporis præsumi factas solutiones de pecunia recepta ab emptore census. Quod alijs similibus comprobat, Surd. d. decis. 55. num. 9. & ex
9 pretio bonorum † immunium venditorum præsumi alia empta, scribit Morot. resp. 20. num. 4. ita, vt empta pariter debeant censeri immunia, cum pretium loco rei succedat. Trita enim est iuris regula, ex postea gestis cognosci, quidnam antea actū fuerit, & à sequentibus maximè incontinenti declarari præcedentia. §.

pauo-

pationum. in Inst. De rer. diuis. Surd. cons. 150. num. 95. Doct. in d. l. Ciuitas. Quamobrem licet so-
10 lutionem † allegans, teneatur regulariter eam probare. l. quinquaginta. ff. de probat. Natt. cons. 569. nu. 1. Mascard. de probat. concl. 78. nu. 18. tamen diuturnitate temporis, & alijs coniecturis, & præsumptionib⁹ id ipsum fieri poterit. Mascard. de probat. concl. 1324. Surd. decis. 105.
11 veluti si dictum sit † soluta fuisse quingenta Titio Mediol. monetæ partim aureæ, partim argenteæ sine dubio solutionis præsumptionem inde poterimus colligere; quod postea Titius eodem monetæ genere sit vsus in emptionem alicuius rei, vel in societatem eam collocando. Afflict. decis. 13. num. 20. Menoch. lib. 3. præsumpt. 135. nu. 16. Calcan. cons. 23. nu. 15. Surd. dicta decis. 55. nu. 8. Quæ præsumptio erit fortior, si ex continenti in prædictos, vel alios vsus Titius pecuniæ idem genus conuerterit. Contra autem paulo ante gesta declarāt subsequentia, ideo responsum est, præ-
12 sumi contractum † simulatum, si appareat venditorem quæsiuisse pecuniam mutuò super illo fundo postea vendito. Surd. consil. 32. num. 15. Verum de simulatione contractus agendum capite prox. seq.

SVMMÆ.

1 *Simulationis exceptio frequens, nec temere præsumenda.*
2 *Instrumenti præsumptio. Simulatio quid.*
3 *Simulatiō præsumptionibus ostenditur & quibus num. seq.*
4 *Simulationum plures species. Illicita est probanda.*
5 *Simulationem an arguat modicitas pretij, & pactum de retinendo, an vero alia reque coniectura, & num. 9.*
6 *Simulationem infert vicinitas actuũ. Incontinenti factum arguit simulationem.*
Simulatio ex pactis insolitis.
7 *Datio insolutum fit pro debito statim contrahendo.*
Simulationem non arguit, nec purgat ex interuallo factum.
8 *Crauet. opinio reiecta.*
Simulationem magis arguit pactum in continenti adiectum.
9 *Io. Caualchinus I. C.*
Augustinus Dominicus, Squarciaficus Præses Sen. Med.
10 *In simulationis materia multa iudicis arbitrio relinquuntur.*
11 *Simulatus an sit ne contractus, an secus plurimum refert.*
12 *Locatio bonorum emptorum statim facta, est suspiciosa.*
13 *In emphyteusim an possit statim concedi res em.*

De simulatione contractus.
Cap. II.

1 FREQVENS est in foro exceptio † contractus simulationis, cuius in fine præced. cap. meminimus, quæ licet non sit temerè præsumenda, vbi contractus probatur
2 publico † documento, quod censetur verum, & solemne. Rolād. Vall. cons. 47. num. 25. lib. 4. Alb. cons. 571. num. 4. Ios. Ludou. decis. Perus. 50. nu. 7. tamen quandoq. adeo suspiciosè arguitur simulatio per coniecturas, vt de illa cōstare dicatur, ad cuius veluti cubilia per vestigia & indicia peruenimus, est autem simulatio veluti mendacium in actionib. vitæ. Less. de iust. lib. 2. cap. 47. dub. 6. num. 45. Neq. dubiũ, quin
3 possit ostendi † præsumptionibus, de quibus Panor. Imol. & alij in cap. ad

ad nostram. De empt. & vend. Roman. cons. 423. Anch. cons. 257. Iatē Menoch. cons. 576. Ann. Robert. lib. 2. Rer. iud. cap. 8. cum res sit difficilis probationis, quæ secreto, & cautè solet fieri. Doct. in l. pen. C. plus valere, quod agitur. Mascard. concl. 438. Verum non quæuis præsumptiones recipiuntur, & cum
4 multa † sint simulationum genera, debet in specie illicita simulatio probari. Surd. decis. 23. nu. 17. Rolād. d. cons. 47. num. 30. Decian. resp. 75. num. 6. lib. 5. Alb. cons. 97. nu. 24. & cons. 9. Magon. decis. Flor. 77. num 10. & seq. Grass. de except. cap. 12. & multo magis requirimus præsumptiones iustas, & minimè leues, vbi arguitur contractus simulatus, & vsurarius. Hond. cons. 53. num. 55. lib. 2. Contractum igitur simulatū arguere poterit pretij modicitas, & pactum de reuendendo. Crauet. cons. 156. num. 4. Quod ita debet accipi, vbi pactum illud fuit incontinenti adiectum, secus si ex interuallo. Alex. cons. 38. num. 3. lib. 5. Abb. cons. 5. lib. 1. & cons. 69. lib. 2. Rip. in l. si ventri, §. fin. nu. 7. ff. de priuileg. cred. Cepoll. de simulat. contractus num. 11. Gabriel. De præs. lib. 1. conclus. 13. nu-
6 mero 10. Actuum † enim, & contractuum vicinitas infert præsumptionem simulationis. Menoch. de præs. lib. 6. præs. 12. num. 33. Mantic. De tacit. & ambig. Conuent. lib. 13. tit. 38. num. 31. Alb. cons. 97. nu. 3. & cons. 778. nu. 51. & seq. Paul. Gall. De Renunc. lib. 4. cap. 7. num. 4. vide infra cap. 65. & maxime quādo coram ijsdem testibus, & notario sunt initi contractus. Surd. cons. 327. num. 3. Sic etiam ex actuū vicinitate præsumitur fraus. Mascard. de probat. concl. 815. nu. 4. & ex pretio numerato statim redito oritur simulationis præsumptio. Roland. Vall. d. cons. 47. nu. 14. 15. Mascard. concl. 438. nu. 15. Idem quando quis vendit, & statim redimit. Crot. cons. 13. num. 26. vol. 1. Menoch. cons. 1095. nu. 7. & seq. vel modico tempore fuit in possessione bonorum. Alb. cons. 742. num. 11. vel quando statim restituitur depositum: existimatur enim simulatum. Costa De rem. subsid. remed. 103. num. 3. Adeas Farinac. quæst. 162. num. 146. & 218. De simulat. vbi plura cōgerit circa præsumptionem simulationis ex his, quæ fiunt incontinenti. Sol. ad const. Sabaud. tit. De pactis inter empt. & vend. num. 46. vbi late hac de re, præsumitq; simulationem ex eo, quod vēditor prædia vtiliora vendit, vt statim alia emeret, excusatq. fraudem, si contractus ex interuallo fuit approbatus, num. 57. Et licet pacta insolita arguant simulationē. Mantic. de tacit. & ambig. Conuent. lib. 8. tit. 20. nume. 38. tamen non erit censendum insolitum, & suspiciosum illud pactum, quo conuenit inter contrahentes, vt fieret insolu-
7 tum † datio pro debito mox contrahendo. Menoch. cons. 576. num. 35. & 40. In summa innumerabilibus hoc posset comprobari exemplis, nimirum ex gestis statim fraudem, & simulationem quæ multis solet obtendi, & obscurari inuolucris, & integumentis, præsumi, & quemadmodum pactum quod sequitur ex interuallo non arguit simulationem, ita nec purgat. Mant. d. lib. 8. tit. 25. num. fin. confessio tamen partis ex interuallo inducit aliquam simulationis præsumptionē. Mant. lib. 13. tit. 25. num. fin.

Verum non defuerunt, qui con-
8 trariam † secuti sunt opinionem, existimantes, immò maiorē simulationis,

lationis, & fraudis coniecturam col ligi ex pacto adiecto ex interuallo, quã si incontinenti adiectum fuisset, Crauet. d. cons. 156. num. 18. Quæ sententia non placet. Sol. dicto tit. De pactis inter empt. num. 42. nam vbi adijcitur pactum ex interuallo, censetur sponte, & ex mera liberalitate adiectum, nec credendum ad cautelam a callidis Pragmaticis id fuisse excogitatum, vt inquit Crau. d. num. 18. quem sequitur Menoch. alijs tamen concurrentibus coniecturis, & adminiculis. & faciunt optimè tradita ab ipso Abb. d. cons. 69. lib. 2. Angel. in d. l. si ventri, §. vlt. Osasc. decis. 12. num. 10. Roland. Vall. cons. 69. num. 27. & 36. lib. 3. vbi ait pactum hoc adijci statim, Mascard. concl. 441. num. 9. Facit etiam simile pacti legis commissoriæ in pignoribus, de quo c. 39. infra. De lege commissoria. Vbi igitur alia non concurrant, crediderim maiorem suspicionem argui ex pacto incontinẽti adiecto, quam ex interuallo. Octo autem dierum, vel decem interuallum non dicitur modicum. Quamobrem prædictam excludet præsumptionem, Mantic. De tacit. & ambig. Conuent. d. lib. 8. tit. 20. num. 24.

9 Prædictæ autem duæ † coniecturæ, videlicet modicitas pretij, & pactum statim adiectum de retrouendendo non sufficiunt ad probandam simulationem, nisi etiam doceatur, ementem solitum esse fœnus exercere. Doct. in l. 2. vbi Cagnol. num. 50. C. de pact. inter empt. & vend. Sol. eodẽ loco Menoch. cons. 358. & præs. 122. lib. 3. Decian. resp. 2. num. 132. lib. 1. Hond. cons. 33. nume. 66. lib. 2. Mascard. conclus. 447. Fab. de err. Prag. dec. ad 9. err. 9. Fachin. lib. 2. contr. iur. cap. 12. vt etiam respondit nuper præstantiss. I. C. Ticin. & Feudatarius Io. Caualchinus, alumnus meus, & Illustrissimi Augustini Dominici Squarciafici, Senatus Præsidis gener, cuius valdè erudito responso me libentissimè subscripsi. Cæterum in vni10 uersa hac materia quamplurima relinquuntur arbitrio iudicis, qui potissimum præ oculis habebit qualitatem personarum. Menoch. & Masc. dictis locis. Alciat. resp. 40. lib. 1. Coras. lib. 3. Miscell. cap. 9. Couar. lib. 3. var. Resol. cap. 8. nu. 4. inde
11 autem maxima vtilitas † manat, an contractus sit simulatus, nec ne, c. ad nostram. De empt. & vend. c. illo vos. De pign. gloss. in c. conquestus, De vsur. Abb. d. cons. 69. in princ. Cepoll. d. tract. De simul. cõtract. Couar. lib. 3. variar. Resol. cap. 9. num. 1. Non est alia omitten-
12 da huc spectans simulationis † coniectura, quæ colligitur ex locatione bonorum statim post emptionẽ facta, Bart. in l. sicut, §. superuacuum, ff. Quibus mod. pign. vel Hypo. sol. Robert. Ann. d. lib. 2. Rer. iud. cap. 8. latiss. Farinac. vnde plura desumes, de simulat. quæst. 163. num. 120. Vide Giurb. decis. 22. nu. 11. Quamobrem existimarunt nonnulli non posse rem vẽditam statim dari venditori in emphyteusim ab emptore. Verum contrarium recipitur ob l. fundi partem. ff. de cõtr. empt. cuius tamẽ legis alia est prorsus species. Anton. Gam. decis. 113. & decis. 39. vide infr. cap. 54. in fine.

SVMMÆ.

1 *Trebellianica cessat in relictis pio loco.*

Hoc procedit etiam in primi gradus liberis.

2 *Trebellianica non habet locum, vbi pio loco*

loco est facienda statim restitutio, secus si ex interuallo.
Et quomodo id procedat.

De Trebellianica non detrahenda de relictis piæ causæ. Cap. III.

CEssat Trebellianica in multis casibus, quos non est operæ pretium huc congerere. Inter eos
1 † vnus est, quādo piæ causæ relinquitur, nam de huiusmodi relictis non detrahitur Trebellianica, vt in auth. similiter, C. ad legem Falcid. Gabriel. ad Trebell. concl. 11. Menoch. consil. 737. num. 18. & seq. Quod procedit etiam in libris primi gradus, Honded. consil. 73. nu. 42. volum. 1. Temperatur hoc, vt ita demum sibi vindicet locum, si incontinenti sit facienda restitutio
2 † pio loco. secus si mediatè, & ex interuallo, tunc enim locus est detractioni Trebellianicæ. Honded. dict. num. 43. Verum eo casu, quando ex interuallo, & sub conditione facienda est restitutio, detrahitur quidem Trebellianica ab ipso grauato, verum eueniente casu fideicommissi, & vocationis piæ causæ restituitur Trebellianica: immo grauatus restituere sub conditione pio loco, canet de restituenda in eum euentum Trebellianica, Gabr. d. conclus. 11. num. 6. Hond. consil. 64. num. 68. volum. 1. Vide Mariscott. lib. 2. Variar. Resolut. cap. 72. num. 14. & seq.

SVMMÆ.

1 *Separatur thorum ob fornicationem alterius ex coniugibus.*
Tunc vxor sibi repetit dotes, & donationem propter nuptias, quando adest fornicatio viri.
Vxor an teneatur sequi virum vagum.
2 *Ecclesiæ iudicium in separatione Thori.*
3 *Vxor diuertens propria auctoritate, quando non reddatur viro, & num. 4.*
4 *Spoliatus non restituitur, vbi fit spoliatio legis auctoritate, vel adest notorius defectus in spiritualibus.*
5 *Vxor quando possit redire ad virum.*
6 *Dote an priuetur vir male tractans vxorem.*
Pœnitentia quando prosit.
7 *Cedentem bonis pœnitere.*

De separatione thori. Cap. IV.

1 FORNICATIO † tàm mariti, quàm vxoris est iusta separandi thori causa. Canon. in c. quæsiuit. de diuort. c. ex litteris. eod. tit. cap. quemadmodum de iure iur. Socin. iun. cons. 32. lib. 2. Couar. 4. part. decret. desponſ. part. 2. cap. 8. §. 5. num. 8. & seq. latiss. Farin. agit de separatione thori q. 143. Thes. for. eccl. de spon. & matr. c. 24. nu. 111. Fachin. cons. 42. lib. 1. Deciā. resp. 26. num. 14. lib. 4. Quod procedit, siue fornicatio sit cum muliere soluta, siue nupta. Alb. vbi Vinc. Anibald. cons. 636. M. Anton. lib. 1. variar. resol. cap. 35. Seraph. Oliu. decis. 226. & ideo poterit vxor diuertens à viro sibi dotem suam petere, & habere. Thes. decis. 130. nu. 4. & donationem propter nuptias lucratur Anton. Gama decis. 234. nu. 3. Seraphin. Oliu. decis. 1315. num. 1. Vagum etiam virum non tenetur vxor sequi, nisi statim sit rediturus. Farinac. de delict. carn. quæst. 143. nume. 283. Iudicium
2 † tamen ecclesiæ erit necessarium, cap. litteras. de restit. spoliat. Decian. resp. 68. num. 4. vol. 5. M. Anton. d. Resol. 35. in fine Clar. vbi

Baiard.

Baiard. num. 91. in §. adulterium.
3 Quamobrem si propria † auctoritate diuerterit vxor, debet reddi viro, quem dicitur spoliasse, nisi tamen notoria sit fornicatio, vel nisi possit incontinenti probari. Alb. d. cons. 636. Decian. d. resp. 26. & 68. Menoch. cons. 850. alias refert causas ob quas non reddatur vxor marito. Nam quorsum cogatur ad virum accedere vxor, quæ paulo post ab eo-
4 dem possit diuertere? Et hic † est casus præcipuus, & singularis, quo spoliatus non debet restitui, cum spoliatio fiat à iure, & legis auctoritate. c. quemadmodum de iure iur. c. Agathosa. 27. q. 2. cap. dixit. 32. q. 1. Non solum igitur non cogitur vxor redire ad maritum, si notoria sit fornicatio ob confessionem mariti, vel ob cohabitationem, sed etiã si aliter constet de notoria fornicatione, vel incontinenti offerantur probationes. Quod postremum non probat Couar. de sponsalib. d. par. 2. cap. 7. §. 5. num. 12. in fine. Et licet contrarium videlicet notoriam fornicationem non impedire restitutionem latè probet Decian. prædictis in locis, tamen sententiã Couar. sequitur Sanch. de matrim. lib. 10. disp. 12. num. 22. Farin. d. quæst. 143. num. 63. §. Notorium. Etenim, vbi notoria est fornicatio, auctoritate legis diuertit vxor, & licet non posset diuertere, quod tamen secus est, iuxta prædicta, nihilo minus vbi discessit, non cogitur redire, cum etiam notorius defectus obstet agenti interdicto recuperandæ in spiritualibus, Couar. d. §. 5. num. 10. & seq. gloss. & alij in d. c. litteras. de restit. spoliat. Menoch. de recuper. possess. remed. primo, num. 131. idem probata incontinenti sæuitia, & consanguinitate. Sanch. de matr. lib. 10. disp. 18. nu. 2. vel minori ætate tempore matrimonij Marisc. lib. 2. c. 121. nu. 110.
5 & seq. Quod si vxor sine culpa viri ab eo secedat, & postea velit redire, debet recipi, alioquin dicetur spoliata. Quod intelligendum dato modico interuallo, nec enim dicitur diuertisse, quæ statim redijt, vt dixi cap. 8. latè hoc probat Surd. de alim. tit. 1. quæst. 32. nu. 26. & seq.
6 & ideo licet vir priuetur † dote, qui male tractat vxorem, tamen secus est, si re integra incipiat eam bene tractare. Sic dicitur de filio ingrato pœnitentiam agente, & de filia, quæ redijt ab bonam viuendi consuetudinem, exuitq; prauos mores. Surd. ibid. nu. 32. sic potest cum
7 pœnitere, qui bonis † cessit, videlicet incontinenti, dum res est integra. Brun. de cession. quæst. 14. D. Cost. de re integra quæst. 74.

SVMMÆ.

1 *Spoliatus ante omnia restituendus, etiã si à iudice sit spoliatus.*
2 *Spoliatum quanto tempore possidere oporteat, vt restituatur.*
3 *Spoliatus an restituendus, vbi spolians vult statim probare dominium, & num. sequenti.*
4 *Probationes, quæ offeruntur incontinenti nunquam censetur reiecta.*
5 *Prædo spoliatus restituendus.*
6 *In quibus interdictis cesset illa reg. Dolo facis, & non possit opponi exceptio dominij.*
Rem. canon. redintegrandæ datur contra titulatum.
7 *Attentatorum iudicium priuilegiatum magis, quam recuperandæ. Et quæ exceptiones in eo non procedant.*

De spoliatore, & spoliato.
Cap. V.

1 POSSESSIONIS † spoliatorem summopere abhorrent leges nostræ, & ideò in eius odium multa fuerunt constituta, & illud præcipuè est sancitum, vt non audiatur spoliator, nisi omnia restituat spoliato, Tritissima est regula, spoliatum ante omnia esse restituendum. cap. fin. De ordin. cognit. l. si quis ad se fundum. C. ad legem Iuliam de vi publ. c. in litteris, de restit. spoliat. Et quidem integrè. cap. conquerente. vbi Ba'd. de restit. spoliat. c. grauis, eod. tit. Bald. conf. 135. volum. 2. Rip. & alij, in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. possess. Tiraq. De retract. conuent. §. 4. in gloss. 1. num. 23. Bertazzol. cōs. 71. num. 3. in ciuilibus. Hond. cons. 23. num. 15. & seq. lib. 1. Alb. cons. 287. num. 56. & seq. cons. 416. nu. 3. cons. 433. num. 4. ubi agit de spolio facto a Iudice, a quo spoliati sunt incontinenti per superiorem restituendi. And. Gaill. obs. 76. nu. 13. lib. 2. Mariscott. lib. 1. Variar. Resol. cap. 59. num. 25.

Quanto autem tempore debeat
2 frui pacifica possessione, † qui asserit se spogliatum, est iudici arbitrarium. gloss. in c. 1. 3. q. 2. Vberrimè prædictam regulam cum extensionibus, & restrictionibus explicat Anton. Gabr. lib. 5. com. opin. de restit. spoliat. concl. 1. & seq.

3 Si igitur aduersus † spoliatum, agentem interdicto recuperandæ opponatur exceptio dominij, siue tituli, non debet attendi huiusmodi exceptio. Alciat. in l. post contractum. ff. de donat. num. 57. Mynsing. lib. sing. obs. cap. 85. num. 5. cent. 3. Andr. Gaill. lib. 2. Pract. obs. cap. 75. Rip. in d. §. nihil commune. nu. 73. Gabr. d. concl. 1. num. 45. Stephan. Gratian. lib. Discep. forens. cap. 142. num. 1. & 13.

Quod intelligunt Doctores procedere, nisi dominium incontinenti probetur. Ias. in d. §. nihil commune, num. 45. Dec. cons. 449. nu. 20. Bertazzol. con. 32. nu. 7. in ciuilibus. Alb. cons. 433. nu. 12. Hond. cons. 21. nu. 34. vol. 2.

4 Probationes enim † quæ incontinenti offeruntur nunquam censentur exclusæ. Abb. in cap. super eo. in fin. de offic. deleg. & dicuntur fieri probationes in continenti arbitrio iudicis, Menoch. de arbitr. cas. 20. & de recuper. remed. 1. nu. 259. Mascard. conclus. 687. in fin. Marisc. lib. 2. variar. resol. cap. 121. nu. 75. 76. Vide Becc. cons. 89. num. 18.

Verum ego semper in diuersam inclinaui sententiam, quam conatus sum tueri in interpretatione d. §. nihil commune, nimirum de possessione deturbatum, siue deiectum, quem nos spoliatum dicimus, esse illico in pristinum restituendum, nec audiendum spoliatorem, etiamsi paratus sit dominium suum statim probare. c. litteras. de restit. spol. l. 1. C. si per vim. vel alio modo, vbi sine aliqua cunctatione restituitur. d. l. si quis ad se fundum. Confirmatur hæc sententia, nam hæc restitutio nō titulo, aut iure petentis, sed odio spoliantis nititur, c. fin. de ordin.
5 cognit. Quamobrem † etiam prædo, & iniustus possessor nullum habēs in re titulum si fuerit spoliatus, debet restitui. l. 1. §. qui à me, ff. de vi, & vi arm. c. in litteris de restit. spoliat. Menoch. d. remed. 1. num. 109. Gabr. d. concl. 1. in princ. Ne-
6 que hoc casu, vbi † agitur interdicto recuperandæ, habet locum illa regu la. Do-

la. Dolo facis &c. l. dolo, ff. de doli except. c. dolo facit, de reg. iur. lib. 6. Andr. Gaill. d. lib. 2. Obser. 75. num. 4. Caroc. decis. 134. num. 7. quæ procedit in interdicto adipiscendæ, Surd. decis. 333. num. 7. Ofasch. decis. 133. num. 9. Immo in interdicto retinendæ, vti possidetis, non admitti exceptionem dominij, etiam incontinenti probandam cen suit, idem Surd. cons. 93. num. 7. videas Menoch. de retin. rem. 3. num. 672. cum seq.

Prædictam opin. sequitur Boer. decis. 238. num. 2. Natt. cons. 419. num. 5. & 6. vide Mascard. dicta concl. 687. nu. 20. Adeas Menoch. de recuper. rem. 1. quæst. 21. & cōs. 2. nu. 189. Marisc. dicto cap. 121. num. 76. Valasc. consult. 88. num. 2. Excipio tertium, qui velit statim ius suum ostendere Rot. Rom. decis. 201. part. 2. num. 2. in nouiss. Alb. dicto consil. 433. nume. 16. & alios casus, de quibus ibidem Menoch. & alij, nam cum hæc quæstio laté pateat, & à me fuerit in scholis disputata, satis est indicare tamquā sedes ipsius materiæ, vnde omnia possis haurire, & contrariis respondere. Nec omitto Hond. dict. cons. 21. loqui eo casu, quo probationes non offeruntur, sed constat de domi nio spoliatoris, & de non iure spolia ti. Morot. resp. 96. Menoch. d. remed. primo. quæst. 16. & seq. vnde licet plura desumere ad hunc tractatum spectantia, item vbi non adest uis, incontinenti fit probatio. M. Anton. resol. 59. cas. 24. lib. 2. Decius cons. 191. nu. 9. Pulchrè M. Tullius in orat. Pro Cæcin. agit de illo, qui possessione fuit deiectus. Dabitur igitur etiam contra titulo possidentem rem. recuperandæ, iuxta congestos per Laderch. cons. 106. nu. 14. Bertazzol. cons. 20. nu. 2. Galuan. cons. 19. Benint. decis. 33. Torr. ad d. Stat. 54. num. 12. Gaball. cons. 57. nu. 8. lib. 2. & per Menoch. de recuper. rem. 15. num. 89. Myn. cēt. 3. obs. 85. Becc. cons. 75. num. 4. Stephan. Gratian. cap. 318. Discept. forens. num. 41. M. Anton. resol. 37. num. 9. Surd. consil. 28. Marisc. lib. 1. Resol. cap. 59. contra Laderch. cons. 75. Men. cons. 2. num. 171.

Multo min⁹ debet admitti prędi-
7 cta exceptio in iudicio † attentatorū, quod est magis priuilegiatum, quam recuperandę, attentatā enim debent ante omnia reuocari in odiū illius, qui leges, iudicem, iudicium, & partem contempsit. Rot. Auen. decis. 8. Stephan. Gratian. Discept. Forens. 142. num. 18. & 19. Marisc. lib. 2. var. Res. cap. 121. num. 56. & seq.

SVMMÆ.

1 *Possessio recuperari potest, & num. seq.*

2 *Spoliato an possit alterum spolium obyci.*

3 *Spoliatus, nec spoliatur dicitur, vbi statim recuperatur possessio.*

4 *Possessionem non solum per nos, sed etiā per alios possumus recuperare, eti am conuocatis amicis, sed statim.*

Inuasorem, & furem an liceat interfice re. Et quid in clericis. Semē potest statim effundere cognita per vim.

5 *Possessionem quando dicatur quis incon tinenti reuocasse.*

6 *In successiuis turbationibus dicitur quis semper statim se, & sua defendere.*

7 *Aedificatum à vicino quando ex interuallo possit destrui.*

8 *Iniuriam tacens dicitur remisisse, nisi sit successiua.*

9 *Mariti iniuriā, qui meretricem retinet, an*

an dicatur remisisse uxor.
Iniuria quadam semper præsentis.
10 *Appellare semper licet ob grauamen successiuum.*
11 *Possessionem occupatam a legataria vitiose recuperat hæres etiam ex interuallo.*
Quod declarat auctor.
12 *Patrem vlcisci licet quocumque tempore, exemplum pulchrum.*

De possessione statim recuperanda. Cap. VI.

PRÆCEDENTI capiti præsens est valde ad fine. Vis omnino, & violenta spoliatio possessionis prohibetur, et ideo non solū possumus eū, qui cū armis venit armati repellere confestim, sed etiam si fuerimus
1 de possessioue † deiecti. eundē non ex interuallo, sed statim deijcere ob recuperationem possessionis. l. j. ff. de vi, & vi armata. l. 3. §. cū igitur, ff. eod. sicq; vltrà alios varios modos consulitur possessori aduersus violentum inuasorem, & deiectorem. Cęs. Vrsill. ad afflict. decis. 19. num. 4. & & 5. ita, vt qui continuò vi ereptam possessionem vi recuperat effracto, & reuulso ostio, sublatisq; omnibus impedimentis, in pristinam causam reuerti potius, quam vi possidere intelligatur. l. qui possessionem. ff. de vi, & vi armat. Corn. cons. 193. & cons. 280. lib. 3. Quamobrem in il-
2 la quęstione. † An spoliato objici possit alterum spolium, ita distinguitur, vt si secundum spolium sit factum ex interuallo illi possit opponi, & vltimum sit restituendum, secus si spoliatus suum spoliatorem statim de possessione deiecerit. Valasc. cons. 88. Farin. De Furt. quæst. 135. nu. 79. & seq. Benint. dec. 8. Menoch. De recuper. rem. primo, nu. 382. &
3 seq. immo nec dici potest † spoliat⁹, qui statim suam recuperauit possessionem. Cephal. cons. 460. num. 31. vol. 4. Nec spoliatus igitur, nec spoliator dicitur. Neq. verò solum per
4 nos ipsos, sed etiam per † alios possumus possessionē recuperare. l. cū fū dum. 18. §. emptorem. vbi glos. ff. de vi, & vi armat. quam legem ita intelligit Alex. in l. si cū dotē. §. trāsgrediamur. num. 9. ff. solut. matri. etiam cōuocatis amicis. Crau. cons. 4. Menoch. d. rem. 1. nu. 385. Quod permittitur etiā pro recuperatione animalium ablatorum, sed debet fieri incontinenti. Farinac. cons. 65. num. 26. & vim intelligo etiam illatam a Iudice. Massin. Distinct. 45. vide Guliel. Onciac. lib. Quæst. Iurisphil. cap. 5. Immo licet inuasorem interficere, quando aliter non possunt res defendi sine vitæ periculo, vt optime probat Andr. Fachin. lib. 1. contr. iur. cap. 32. Vide Vasq. lib. 1. c. 2. contr. illustr. num. 4. Cum tamen aliud videatur dicēdum in clerico. Vid. Felin. in c. 1. de homicid. & eiusdem Repert. in verb. Clericus in fine. Farin. de homicid. quęst. 125. nu. 221. Furē igitur licet statim percutere. Qua ratione cognita per vim potest incōtinenti semen effundere. Sanch. lib. 2. de matri. disp. 22. nu. 17. licet alias læthali se obstringat peccato, quæ statim a coitu effundit vrinam, vel quid aliud facit, quo semem expellat. Sanch. de matrim. lib. 9. disp. 20. nu. 3.
5 Cæterum circa † principem quæstionē dicitur quis statim recuperasse possessionem arbitrio Iudicis, si id fecerit quamprimum oblata fuerit commoda occasio, etiam ex interuallo, considerata qualitate rei, & personarum iuxta ea, quæ tradit Abb. in cap. potuit. de locat. nu. 12. Bart. in d. §. cum igitur. l. 2. §. confestim, ff. ad S. C. Tertyll. Dec. cons. 460. num.

aum. 18. & seq. Menoch. d. rem. j. num. 385. Morot. resp. 8. nu. 30. & seq. Marant. in sua prima Disput. num. 27. Valasc. d. decis. 8. nu. 6. Quamobrem incontinenti dicetur recuperata possessio, etiam si id factum sit intra sex menses, vbi nimirum eo tempore spoliatus se comparauit ad recuperationem, vt tradit doctissimus Raudensis cõsil. 21. nu. 241. lib. 1. modo nulla recuperanti possit adscribi negligentia, cum varie hic terminus Incontinenti accipiatur. Franc. Zoann. in l. vt vim. ff. de iust. & iur. part. 2. nu. 55. Rot. Gen. decis. 31. num. 9. imò etiam post decenniũ dicetur incontinenti recuperata, si ante illud tẽpus fuerit quis impedit⁹, ne recuperaret. Rot. Gen. decis. 31. num. 9. Lancell. De attent. lit. pend. 2. part. cap. 4. limit. j. num. 28. Cæs. Vrsil. ad decis. Afflict. 289. num. fin. vbi affert exẽplũ in depopulatore agrorum. Addo Farinac. late hac de re agẽtẽ De furtis quæst. 174. nu. 77. & seq. vbi ait pœnam l. si quis in tantam, C. vnde vi, & alias impositas bullis Pontif. non habere locũ contra recuperantes statim suã possessionẽ, nam, vt supra dixi, isti censentur reuerti ad pristi-
6 nam causam. Vbi etiã † turbatio est successiua, iuxta prædictos incõtinẽti censetur quis facere, licet post decenium fecerit, vt apparet ex congestis à Carpan. in stat. Mediol. c. 342. nu. 47. & seq. vol. 2. vbi idcirco affirmat posse vicinum propria auctori-
7 tate etiam ex interuallo † ædificatum ab altero vicino destruere, cum non momento temporis, sed successiuè perturbetur. Sed tũc quandocũq. quis ius suum tueatur recuperãdo, vel conntinuando possessionem, semper incontinenti dicetur fecisse. Quamobrem licet tacens dicatur
8 † remisisse iniuriam, tamen si iniuria sit successiua, secus erit, veluti, si
9 maritus † cum aliqua meretrice, siue pellice adsidue consuetudinẽ habeat, nam vxor poterit quandocunque voluerit ad animum reuocare hanc iniuriam, quam adsiduè dicitur à marito accipere. iuxta cons. Fachin. 42. num. 22. lib. j. D. Cost. de re integra Distinct. 61. num. 16. Sũt enim quædam iniuriæ huiusmodi, vt omnibus interuallis præsentes esse videantur P. Aerod. lib. 8. Rer. iud. tit. 6. cap. 2. Accedat etiam ob metum reuerẽtialem, & ob potestatem, quam in vxorẽ habet maritus, non censeri illam silentio remittere iniuriam. M. Anton. Resol. lib. j. cap. 35. Eadem ratione qui sentit
10 grauamẽ † successiuũ, semper potest appellare, exemplum in carcerato, & in eo qui se excusat à muneribus, quæ successiuè imponuntur. Fœnut. De momento temp. c. 10. nn. 4. & 5.
11 Item hæ res etiam ex interuallo † potest propria auctoritate recuperare possessionem occupatam à legataria vitiosè, quia id dicitur facere incontinenti, cum successiuè turbetur. Torniol. consil. 92. num. 22. Quod intelligo cũ aliquo temperamẽto, videlicet, si nunquã amisit animum recuperandæ possessionis, ob virtutem decreti continuatiui, sed fuit impeditus, iuxta prædicta. Menoch. dicto rem. primo, nu. 385. alioquin sequeretur absurdum, vt quis posset semper propria auctoritate recuperare possessionem, allegando se turbari successiuè, nam aduersari o, qui spoliauit detinente, semper verum est turbari spoliatũ. & tamen nõ aliter leges permittunt propria auctoritate possessionem recuperari, nisi fiat incontinenti recuperatio. Hoc igitur intellige iuxta superius tradita. Addo Farin. de homicid. d. quæst.
12 125. num. 218. & † pulchrum exemplum

plũ, quod mihi indicauit clariss. meus collega Octauianus Picenardus, & refert. P. Aerod. dict. lib. 8. Rer. iud. tit. 4. cap. 36. de illo, qui patris interfectorẽ occidit, cui nihil obfuit medium intetuallum, quo minus impunè ferret homicidium. Perpetuò enim videtur incontinenti, & officiose occidere, qui quocunq. tẽpore patris vlciscendi causa occidit.

SVMMÆ.

1 *Vim vi licet repellere pro defensione rei, & vita.*
Ciceronis oratio Pro Milone scripta, nõ habita.
2 *Aggressorem possumus vi interficere.*
Confœderationes pro defensione sunt licita.
3 *Licitum est aliquem occidere ad necessariam defensam cum moderamine tutela.*
4 *Moderatio tutelę inculpata in quibus cõsistat.*
5 *Lex Atheniensium de vi, & contumelia incontinendi propulsanda.*
6 *Defensio corporis statim debet fieri, rerũ etiam ex interuallo.*
7 *Incontinenti, quando dicatur secutum homicidium, vt euitetur animus deliberatus, vel vt dicatur ad necessariam defensam. Nam inter hac est differentia.*
8 *Excedens modum tutela inculpata, vel defensionem punitur tantum extra ordinem.*
9 *Iracundia calor difficile cohibetur.*
10 *Honoris, & vita causa aquiparatur.*
11 *Honoris tuendi gratia multa concessa incontinenti.*
12 *Mentiri aliquem affirmans ex interuallo an excusandus.*
13 *Relatio criminis, quid.*
Recriminatio. Mutua accusatio an permittat.
Exempla plura.
14 *Querelatus querelantem non querelat.*

De homicidio ad necessariam defensionem patrato. Cap. VII.

1 SI licet pro defensione † possessionis, & rei suæ vim vi repellere, vt vidimus in præcedenti capite, multo magis id erit concessum pro tutela corporis, l. vt vim. ff. de iust. & iur. quam copiosis, & eleganti orationis genere scriptis commentarijs illustrarunt Mar. Salom. & Franc. Zoann. & alij. quid est, quod sine vi contra vim possit fieri inquit Cicero? Huc pertinet Cic. oratio pro Milone, quam scripsit, non habuit Petr. Vict. lib. 20. var. lect. cap. 18. armis enim, vel potius armorũ timori tunc cessit toga. Aggressorẽ
2 itaque possumus impunè † interficere Farin. de crim. læs. Maiest. quæst. 113. insp. 4. num. 129. & ideo confœderationes pro defensione sunt licitæ. Farin. quæst. 113. insp. j. nu. 37. vide quæ de statua re inanimata scripsit P. Aerodius lib. 3. rer. iud. tit. 16. cap. 3. Sit enim homo homini homo, vel Deus potius, quam lupus, vt vetere fertur dicto. l. itaq; 4. l. scientiam. 45. §. qui cum aliter. ff. ad legem Aquil. l. is qui aggressorẽ. l. si quis percussorem. C. de sic. Dec. in d. l. vt vim, num. 26. Menoch. de arbitr. cas. 257. & cognatione, affinitateq. diuino, humanoq. iure homo homini coniunctis est. Petr. Aerod. lib. 8. Rer. iud. tit. 4. cap. j. latè. Lessius De iust. & iur. cap. 9. lib. 2. dub. 8. Hoc etiam caput ex illis est, quæ latissimè patent, & certis in locis à Doctoribus examinantur, ideò breuiter ea tantum attingam, quæ huc spectant, sede materiæ indicata. Addo Vasq. lib. 1. Contr. Illustr. cap. 18. Quod igitur dictum est, ita demum

demũ procedit, si fiat cũ moderamine tutelæ inculpatæ. Doct. in d. l. vt vim. Mascard. de probat. cõcl. 1131.
3 nimirum † ad necessariam def. Etenim si quis hominem interficiat, cũ aliter possit se tueri, non cum moderamine tutelæ inculpatæ, vel ad necessariam defensionem occidisse, sed potius ad vindictam existimabitur. Andr. Fachin. lib. 1. contr.
4 iur. cap. 30. Hæc † autem moderatio in tribus passim existimatur consistere, videlicet in modo, in tempore, & in causa. gloss. in l. 1. C. vnde vi, Bologn. in d. l. vt vim. num. 87. Mascard. d. concl. 1131. nu. 31. & in summa debet esse æquabilis defẽsio, remota ab omni culpa, pro modo videlicet periculi, qui modus seruatur, cum vim defendẽdo propulsamus, idest, quatenus nostri, nostrorumvè defensio exigit, non vlciscendo. Coras. in d. l. vt vim. num. 7. Cuiac. lib. 5. obs. cap. 18. Defensio igitur requiritur, & moderamen, & quidem incontinenti, neq; enim ad defensam quidquam solet fieri ex
5 interuallo, & ideò in leg. quoq. † Atheniensium de vi, & contumelia propulsanda apud Demosthenẽ additur dictio *euthys*. Cuiac. d. c. 18. Marius Salom. in d. l. vt vim. num. 6. Marant. in sua prima disput. nu. 27. D. Costa De re integra distinct. 61. nu. 11. Paul. Gall. De Renunc. lib. 4. cap. 7. Farinac. de homicid. quæst. 125. num. 338. & 340. & nu.
6 211. vbi affert discrimen inter † defensionem rerum, & personæ, quod illa fieri possit, etiam ex interuallo, vt dixi in præcedenti capite, hæc autem debeat fieri incontinenti, idest in ipso congressu, & rixa ante quam
7 ab armis recedatur, quidquid dici possit circa excusationem animi deliberati, Caball. de omni genere homicidij, nu. 96. & ideo quod ait idẽ Farinac. consil. 2. num. 8. videlicet censeri commissum homicidium in continenti, etiam si effluxerit tempus 30. dierum, modo iracundiæ calor durauerit, nõ procedit quoad necessariã defensionem, vt etiam se ipsum declarauit idem Farinac. De homicid. quæst. 126. num. 214. Præsumitur autem factum homicidium incontinenti, & ad defensam; si probetur interfectum insultum fecisse contra interfectorẽ. videas Dec. in c. in præsentia de prob. nu. 14. Farin. d. quæst. 125. num. 433. Hac tamen in re plurimum versatur iudicis arbitrium. Cuiac. d. cap. 18. Menoch. de arbitr. cas. 11. neq; enim ob nimiam factorum multiplicitatẽ certa regula hac in re potest tradi, sed iudex ex varijs circumstantijs arbitrabitur, an quis steterit in meris finibus defensionis, an verò excesserit modum necessariæ defensionis, progressusq; sit ad vindictam. Abb. in cap. olim de restit. spoliat. Bald.
8 in d. l. vt vim num. 20. Quo casu, vbi videlicet quis excedit modum inculpatæ tutelæ, vel defensionem, quæ putat differre Salom. in d. l. vt vim. num. 10. & 11. non punitur pœna ordinaria, sed extra ordinem pro modo excessus. difficillimum e-
9 nim est iracundiæ † calorem cohibere, & iusta abreptum ira sibi temperare, & modum adhibere in defensione. P. Aerod. lib. 8. Rer. iud. tit. 4. cap. 32. l. si adulterium. §. imperatores, ff. de adult. l. Gracchus. C. eod. l. diuus. 5. ff. ad leg. Pomp. de Parricid. Bald. in d. l. vt vim. nu. 27. Salom. num. 11. qui respondet contrarijs, de quibus Dec. in d. l. vt vim num. 18. Claud. de Seiss. num. 101. & seq. Menoch. de arbitr. cas. 278. Andr. Fachin. lib. 1. Controu. iur. cap. 32. Farinac. d. q. 125. nu. 396. Caball. d. tract. De

omni

omni genere homicid.nu.98.& seq. Vide quæ infrà dicā in duob⁹ prox. sequentibus capitibus. Illud non o-
10 mittiam hoc loco, cum honoris,† & vitæ causa æquiparentur. Caball. De omni gen. homi.nu.89. Zoan. ad d.l. vt vim.par.1.2.num.17.& 18. immo pluris faciant viri probi, ingenui, & nobiles honorem, quā vitam. l. isti. ff. De eo, quod metus causa, multa
11 fieri incontinenti† posse honoris tutandi gratia, quæ alioquin ex interuallo facta, non remanerent impunita. Exemplum est inter cætera,
12 quādo† quis ex interuallo ait aliquē mentiri, à quo insigni aliqua contumelia suam putat læsam fuisse existimationem. Farin. De Diuers. crim. q.105. nu. 333. Dici pōt hæc relatio
13 † criminis, cum nimirum ideo iure factum quid aliquis dicit, quod ali⁹ ante iniuria lacessiuerit. Cic. lib. j. De Inuent. Relatio criminis dicitur in. l. 5. ff. de publ. iud. quando quis vult accusare suum accusarorem antequam, se ipsum purgauerit, quod non licet, constitutionibus enim obseruatur, vt non relatione criminū, sed innocentia reus purgetur d. l. 5. alias, vt à Gratiano fuit rescriptum ne ipse quidem cognitor securus esset. Hoc autem iure ordinario locum habet; nam hoc genus mutuarum concertationem recipitur à Senatu, vel à Principe extra ordinem. Exemplum nobis suppeditat ex Plinio Petrus Aerod. lib.6. rer. iud. cap. 33. de Lustrico Brucciano, qui cum Montanum Atticinum Comitē suū in multis flagitijs deprehendisset, & ad Traianum Imperatorem accusasset, Atticinus contra, & Bruccianum, Præsidem suum, de crimine postulauit. Recepta est autem cognitio, iussiq; sunt ambo causam dicere, & accusare. Cæterum non fuit recriminatio Scauri, qui Cæpionem accusatorē suum contra detulit, effecitq; vt ille priore loco causam diceret. Sic C. Sempronius Rufus obtinuit, vt Tuccius accusator prior accusaretur. Cęlius ad Ciceronē. Neq. enim ambæ accusationes simul exercebātur. Sed si accusatus homicidij, de eodem crimine accuset suum accusatorem, in illumq. crimen transferat, vt apud Cic. Pro Roscio, non est mutua accusatio, si per exceptionē id faciat, si per *anticatigoriam*, recriminatio erit, vt Budæus magis ad verbum, quam latine reddidit. Qua recriminatione, vt dixi in foro non vtimur. d.l.5. Petr. Aerod. d.cap. 33. Apud nos exstat ordo Sen. Excell. diei 10. Iulij ann. 1570. quo cauetur,
14 vt querelatus† non possit querelantem querelare. Vide Clar. in §. fin. Prax. Crim. quæst. 14. vers. Tertius.

SVMMÆ.

1 *Iratus quod quis fecit, non valet.*
2 *Ira effectus.*
Iram cohibere difficile.
Ira excusat a periurio, à delictis, & quando.
Diuortium non dicitur, quādo statim redit vxor, & num. seq.
3 *L. 3. ff. de diuortijs lectio, & expositio.*
4 *Diuortium, Fribusculum. Friguscu-lum.*
Friusculum. Friuolum quid.
Friuole exceptiones, interpretationes.
Diuortium ad tempus quando licitum.
5 *Incontinenti, an ex interuallo, quid fiat æstimat iudex.*
6 *Per iram quando dicatur factum.*
7 *Homicidium animo deliberato patratū esse quando dicatur.*

De

De Iratis. Cap. VIII.

1 NON debet esse † ratum illud, quod quis iratus dixerit, fecerit ue. excœcat enim homines ira, ca-
2 liginemque & † tenebras iudicio offūdit, ita vt non possit dignosci quid geratur, vt tradunt Dec. & Cagn. in l. quidquid. ff. de reg. iur. iratosq. proprie cum Cic. dicimus exijsse de potestate, id est de consilio, de ratione, de mente, similisq. est ira insaniæ. Coras. libr. 1. Misc. ca. 8. & difficile est iram cohibere teste D. Gregorio de quo Surd. conf. 40. num. 21. & 25. Petr. Aerod. lib. 8. Rer. iud. tit. 4. ca. 32. Et ideo prodest etiā ira ad excusandū delictu m. Cagnol. ibidē. Thes. decis. 178. latiss. Farinac. De pœnis temp. quæst. 91. excusatq. à periurio. Menoc. de arbitr. cas. 319. nu. 35. inferens ad declarationem Stat. Ticin. & Nou. Cōst. Med. & à blasphemia. Laderch. cons. 195. Nec dicitur diuortium, misso repudio per calorē iracundiæ, si breui reuersa fuit vxor, vt ait Paulus in l. 3. ff. de diuort. qua in lege male Haloander, vir alioquin apprime doct⁹, loco illius dictionis vxor, reponendū
3 censuit † verbum Vox, vt animaduertit. Coras. d. lib. 1. Miscell. c. 8. in fine. Hinc factum puto, vt I. C. distinxerit inter diuortium, & fribusculū, idest de re parua subitam iram inter coniuges, in l. cum hic stat⁹. 32. ff. de don. inter virum, & vxor. §. Quod si diuortium. licet alij legāt friuusculū,
4 † alij frigusculū cum videlicet maritalis amoris ardor aliquantisper refrigescit, & digreditur vxor à marito, sed intra breue tempus reuertitur. Alciat. De verb. sign. lib. 4. num. 27. vbi recenset quamplurimas dictiones Iurisconsultorum, quæ nusquam in alijs auctoribus eo sensu reperiuntur, & inter cæteras hanc refert. Friuolum fortasse ibi legi potest, quod leue quiddam significat. Bud. ad l. solutum. §. solutam. ff. De pign. act. Menoch. de arbitr. cas. 197. num. 6. vbi infert ad declarationem exceptionū, & interpretationum friuolarū. Non dicitur autem vxor diuertisse, quę statim redijt, Surd. de alim. q. 32. num. 28. tit. 1. Quamobrem poterit ad modicum tempus diuertere vxor ob malum mariti ingenium, donec illi⁹ feruens iracūdia sedetur, vel ob alias causas, quæ diuortio nō sufficiant. Sanch. de matrim. lib. 10. tit. 18. nu. 9. Cæterum quod dixi calore iracundię præ
5 stare delinquenti † excusationem, procedit si incontinenti, idest, dum feruet ira, admissum sit delictum secus si ex interuallo, Obseruatur enim hæc distinctio in iudicijs, statim an ex interuallo, consilio, doloue, an impetu, & imprudenter fuerit aliquid admissum, nisi tamen agatur de iniuria, quę semper dicitur præsens, iuxta preclarū exēplum, cuius meminit P. Aerod. lib. 8. rer. iud. c. 2. tit. 6. de Fabriciano qui cum ad ætatē, qua parricidiū sensit, peruenisset adulterum, & matrē interfecit. vi enim censetur id patrasse. Plat. lib. 9. de legibus vide. An autē ex continenti, an ex interuallo fiat, æstimabit iudex Thes. d. dec. 178. nu. 6. Men. de arb. cas. 361. num. 20. & quandoq; continuat calor iræ per aliquod spatiū temporis, vt in specie, de qua Boss. in tit. De homicid. num. 61. & Surd. dicto cons. 40. num. 26. Farinac. De homicid. quæst. 125.
6 num. 342. veluti si ira abreptus † in aliquem impetum faciam, ille autem fuga sibi consulat, seque in domum aliquam munitam conferat, ego autem amicis conuocatis in ostium coner perrumpere, domumq. ingredi, si enim inimicum interficiam tandem effracto ostio antequam ad alia diuertam, dicar id fecisse ob iracun-

diæ calorem. Addo Caball. de omni gen. homicid. num. 383. vbi etiam
7 agit de † homicidio deliberato, quod ex eo solet dignosci, quod secutum sit incontinenti, vel ex interuallo. Vide quæ scripsi in cap. prox. præcedenti.

SVMMÆ.

1 *Vxorem interficere graue delictum.*
Vir, & vxor eadem caro.
2 *Delicti grauitatem atrocitate pœna metimur.*
3 *Vxorem in adulterio deprehensam maritus iure interficit.*
Patri idem tribuitur, vt filiam interficiat in adulterio. imo plus patri, & quare.
4 *l. nec in ea. l. capite. ff. de adult. lectio, & expositio.*
Remitti, & reduci adulter, & vxor dicitur.
5 *Vxor, & filia statim in ipsa turpitudine possunt interfici.*
6 *l. Quod ait. ff. de adult. verba.*

De marito, & patre occidente vxorem, & filiam deprehensam in adulterio.
Cap. IX.

GRAVISSIMO se obstrin-
1 git † scelere, qui vxorem interficit ita, vt lege Pompeia de parricidijs caueatur huiusmodi occisorem teneri ea pœna, quæ est legis Corneliæ de sicarijs, l. prima. ff. ad leg. Pōp. de parricid. nec mirum id cuiquam videri debet, cum vir, & vxor vna, & eadem caro censeantur, dicanturq. socij diuinæ, & humanæ domus. l. aduersus. C. de crim. expilat. hæred.
2 grauitatem autem delicti † pœnæ atrocitate poterit quis metiri ex c. admonere 33. q. 2. Verum cessat hæc pœna, vbi maritus in adulterio depre-
3 hensam † interficit, l. si adulterium 38. §. Imperatores, ff. ad l. Iu. de adult. l. si quis in graui, §. si marit⁹, ff. ad S. C. Silan. & quod ius tribuitur marito idē tributū cēsetur patri, cui permissū est filiam in adulterio deprehensam occidere. imo plus patri permittitur, quam marito, vt tradunt Doct. in l. Gracchus, C. ad l. Iul. de adult. cuius
4 rei rationē pete à l. † nec in ea, ff. ad l. Iul. de adult. nā plerumq. pietas paterni nominis cōsiliū ꝓ liberis capit: cæterum mariti dolor, & impetus facile decernentis fuit refrenandus. late doctiss. Caballus Resol. 300. n. 20. in d. autē l. nec in ea Cuiac. li. 6. obs. c. 14. legit, In occisionē. nō autē in accusationem. Laudo ingenium, sed cum id reponat, vt alia quamplurima, sine veterum codicum auctoritate, non recedo a recepta lectione. Eam probo interpretationem l. capite ff. eod. tit. nimirum quādonam dicatur remitti, & reduci adulter, sicuti etiā dicitur reduci, & remitti vxor. Terent. Vosmet videte remissa an opus sit vobis, an reducta domū. Cuiac. d. lib. 6. c. 15. Redeo in viam: ita demum licitum erit marito, & patri vxorem, & filiam in-
5 terficere, si id faciat † statim non si ex interuallo, vt vberrimè explicat idem Caball. d. Resol. 300. num. 22. Addo D. Costā distinct. 61. nu. fin. in tract. De re integra, & debet adulterum, & vxorem siue filiam vnā post alterum statim interficere. Farin. de hom. quæst. 121. nu. 22. & 110. & facit optimè l. quod ait. ff. De adult. nimirum si in ipsa turpitudine, & vt verbis Solonis, & Draconis vtar *en ergo* illam
6 deprehendat. Nonnulli reponunt † in d. l. quod ait, verba illa *arthra en arthris echonta*, quasi dixeris articulos, sine genitalia in ipsis genitalibus habentem, Bellon. in rub. C. de edendo, num. 91. quam tamen lectionem magis elegantem, quam verā esse scri bit

bit Alc. lib. 2. Parerg. c. 25. Ego nec veram puto. Caball. d. resol. 300. nu. 29. nec dignam castitate Iurisconsultorum, sed potius Luciani scriptis, vnde mutuò fuit sumpta, aut alterius, eiusdem farinæ auctoris consentaneam, vt dixi, cum interpretarer d. rub. C. De edendo.

SVMMÆ.

1 *Appellare non licet iure communi à tribus sententijs conformibus, & in hac Med. ditione non licet à duabus.*
2 *Conformes sententiæ quæ.*
3 *Sententiarum exsecutio an impediatur per restitutionem in integrum, & nu. seq.*
4 *Nullitatis exceptio an sit impedimento exsecutioni sententiarum, & num. seq.*
5 *Nullitatis notoria, & incontinenti probanda exceptio nunquam censetur reie cta.*
6 *Iudicem esse incompetentem, vel lapsam esse instantiam semper opponi potest.*
7 *Nullitatis exceptio notoria impedit exsecutionem, etiam si non colligatur ex ijsdem actis.*
Statutū Ticin. 49. non meretur exsecutionem, vbi nullitas est notoria.
Iudex solet æstimare an læsio vel nullitas statim possit probari circa impediendam exsecutionem rei iud.
Laudi exsecutionem an impediat reductio.

De sententiarum exsecutione impedienda per restitutionem in integrum, vel nullitatis exceptionem. Cap. X.

1 IVRE cōmuni à tribus † conformibus sententijs nō licet appellare, & in hac ditione Med. à duabus. §. lata. in No. Const. De appellat. quęnā
2 autem † dicantur conformes tradit Thes. decis. 122. & 228. Rugin. ad Cōst. Med. d. tit. De appell. §. 12. gloss. 1. c. vnico. Surd. cons. 102. nu. 9. Couar. Pract. Quæst. cap. 3. nu. 6. Grat. cap. 42. Discept. Foren. nu. 12. Giurb. decis. 66. nu. 7. Felic. alleg. 20. part. 1. Destituti igitur litigatores dicto remedio appellationis, solent confugere ad restitutionem in integrum. Sed tūc dubitatur, an impediatur exsecutio: Dubia est adeo hæc quæstio Marisc. lib. 2. var. Reso. cap. 12. nu. 12. quæ fere quotidie in foro versatur, vt teste Cassad. decis. 1. De restit. in integr. quandoq. vna, quando altera præualuerit sententia Didac. Couar. Pract. Quæst. cap. 25. Thesaur. decis. 181. Peregr. consil. 73. num. 19. libr. primo, Hond. cons. 28. nu. 32. lib. 2. Mastr. decis. 30. Gall. cons. 61. nu. 36. Rip. in l. 4. §. condemnatum. num. 31. ff. de re iud. Magon. decis. Florent. 133. Menoch. de arbitr. cas. 9. Odd. de restit. in integr. quæst. 43. num. 4. 45. & 55. Mascard. concl. 1280. Lancell. De attent. cap. 18. par. 2. Vide Fach. lib. 12. Contr. cap. 17. 18. & 19. Raud. de Analog. cap. 33. nu. 139. Ego sequor communē, quæ videtur æquior, & melioribus nititur rationibus, vide licet ita demum impediri exsecutionem, si appareat eam per malitiam, & morandæ exsecutionis gratia non peti. l. vnica. C. in integr. rest. post. Abb. & alij in ca. suscitata. De in integr. restit. Afflict. decis. 356. Gab. de exsecut. rei iud. conclus. 1. num. 17. Quod tunc apparet, quando incontinenti offertur probationes. Mynsing. lib. obser. sing. obs. 84. cent. 3. Cost. cons. 16. num. 55. Hond. cons. 18. num. 91. vol. 1. Odd. d. loco nu. 57. & 80. Barz. decis. 107. nu. 12. Cost. de re integr. quæst. 60. Rot. Auen. decis. 2. nu. 4. & 8. Cap. Tolos. decis. 54. & in hanc sententiam sæpenumero hoc anno di-
3 scessimus. Articulus autem restitutionis terminandus prius cum interual-

lo temporis Giurba decis. 32. Huic
4 subnectitur † alia quæstio non minorē continens difficultatem, an exsecutio conformium impediatur obiecta exceptione nullitatis. D. Costa de re integra Distinct. 60. & creditum est nō impediri. clē. vt calumnijs de re iud. etiam si offerantur probationes incōtinenti, nisi tamen nullitas probari possit ex ijsdemmet actis. Magon. decis. Florent. 104. Decian. cons. 45. nu. 5. vol. 1. Oldrad. cons. 106. Roland. cons. 29. nu. 44. & cons. 37. nu. 14. lib. 1. Fœnut. de momento temporis. ca. 14. nu. 4. & 5. Steph. Gratian. lib. 2. Discept. foren. cap. 384. nu. 10. licet. n.
5 statutum reijciat † exceptionem nullitatis, tamen non censetur ea reiecta, quæ colligitur incontinenti ex ijsdem actis. Gratian. lib. Discept. Forens. ca. 118. nu. 47. Peregr. cons. 73. nu. 14. & seq. lib. 1. cons. 91. nu. 3. lib. 4. Giurb. decis. 4. nu. 21. Alb. cons. 609. num. 1. Natt. cons. 120. num. 14. Osasc. decis. 142. num. 30. Et licet d. clem. vt calūnijs loquatur de actore tamen, cum vigeat eadem ratio, idem erit respondēdum de alio, qui velit trium sententiarum exsecutionem impedire, obiecta nullitatis exceptione. Idem recipitur quoties lege aliqua municipali, vel Principis, vt in hac ditione, à duabus cōformibus denegaretur appellatio. Couar. d. cap. 25. Paris. cons. 109. num. 15. lib. 4. Surd. d. cons. 102. num. 15.
6 Quod si obijciatur † iudicem incompetentem fuisse, vel lapsam fuisse instantiā, semper id fieri poterit. Alb. cons. 776. num. 7. cons. 70. num. 14. cōs. 690. num. 2. Mariscot. lib. 2. var. Resol. cap. 121. num. 38. Verum ego crediderim; licet exceptio nullitatis aliter, quam
7 ex ijsdemmet † actis probetur, tamen impedire exsecutionem conformium vbi sit notoria, vel vbi aliter incontinenti probata sit. Mynsing. obser. 4. cent. 6. exceptio enim notoria nūquā censetur reiecta per statutū. Gabr. de stat. concl. 3. late Crass. de except. cap. 20. num. 8. & seq. esset. n. alioquin statutum iniquum. Alb. cons. 278. num. 8. & cons. 609. num. 2. Qua ratione ego respondi statutum Ticin. 49. non mereri exsecutionem, cum appareret de nullitate sententiæ notoria, etiam ex defectu iurisdictionis, quæ non censetur reiecta, etiam si altiorem requirat indaginem. Surd. cons. 99. nu. 42. Rip. obs. 74. in lib. sing. obser. Maris. lib. 2. var. Res. cap. 121. Faciunt quæ scripsi cap. seq. De instru. habentib. paratam exsecutionem. num. 3. & 4. Iudex autem cuius arbitrio hoc relinquitur. Bursat. cons. 73. num. 2. & 3. lib. 1. æstimabit statim probari læsionē, vel nullitatem, si id fiat intra tempus, intra quod posset sententia mandari exsecutioni. Rip. in d. §. condemnatum. num. 32. Menoch. d. casu 9. nu. 5. Mynsing. d. obser. 4. nu. 5. Arbitrium enim iudicis versatur in faciēda hac probatione, vt multis docet Fœnut. De momento temporis cap. 15. exsecutio laudi pariter non retardatur per reductionem, vbi incontinenti puta intra duos menses ex forma statuti alicuius esset terminanda. Lancell. De attent. red. pend. 2. part. cap. 16. nu. 39. 40.

SVMMÆ.

1 *Instrumenta quibus casibus habeant paratam exsecutionem.*
2 *Instrumentorum exsecutio non impeditur nisi ijs exceptionibus, quæ incontinenti probantur Et quid iudicatum Ticini num. 7. & 8.*
3 *Exceptiones incontinenti probandæ numquam censentur reiectæ, & num. 4.*
4 *Falsitatis exceptio quando opponatur contra instrumentum.*
5 *Contra Saluianum exceptio excussionis non habet locum, nec alia requirens altiorem*

tiorem indaginem, sed ea solum quæ statim potest probari.
Contra testes, quando recipiantur probationes antequam examinentur.
4 *Cameralis obligationis exsecutio impeditur exceptione incontinenti probanda.*
7 *Statutū Ticinense 151. & Decretum 24. declarantur.*
Depositum habet paratam exsecutionem maxime stante pacto, & num. 8.
8 *Falsitas, & simulatio differunt.*

De instrumentis habentibus paratam exsecutionem. Cap. XI.

CVM præcedentibus maximam coniunctionē habet pręsens caput. Non solent instrumenta paratā
1 habere † exsecutionem. Doct. commu niter in l. minor. 25. annis, cui fideicōmissū. in princ. ff. de min. Boer. quæst. 295. Thes. latè decis. 26. nisi aliter caueatur legibus municipalibus, quæ tamen accipiuntur de instrumentis liquidis, vt tradit distinguendo Mynsing. lib. sing. obser. cent. 2. obser. 6. Surd. decis. 27. num. 5. vel statim liquidand s D. Costa de retrotract. cas. 9. cap. 8. num. 6. vel nisi insit instrumentis præceptum illud, quod guarentigię dicitur, de quo Graff. de except. in prælud. nu. 10. tunc enim pariter datur illis parata exsecutio etiam cōtra hæredem, modo saltem summariè cōstet eum esse hæredem Cæs. Vrsill. ad
2 Afflict. decis. 145. Quæ † sane exsecutio non potest impediri, nisi illis exceptionibus, quæ incontinenti probari queunt, intra tempus videlicet iudici arbitrarium. Menoch. de arbitr. cas. 17. Barz. 2. decis. 88. nu. 20. Graff. de except. cap. 7. & 29. Ant. de Canar. De execut. instru. quæst. 5. 9. & 51. exceptio
3 nes enim huiusmodi, quę † incontinēti sunt probādæ nunquam censentur reiectæ. Abb. in cap. super eo, num. 7. de offic. deleg. Menoch. de recuper. possess. remed. primo, num. 240. Dec. cons. 424. nu. 6. & latè Fœnut. De momento temporis, cap. 14. num. 4. in
4 quem nuper incidi, & ideo licet † falsitatis exceptio non possit opponi contra instrumentum, tamē secus, est vbi incontinenti probari poterit Bened. de Barzis in tract. de guarēt. q. 9. part. vlt. Afflict. decis. 229. Thesaur. decis. 26. num. 15. alioquin vbi requirit altiorem indaginem, & maxime vbi iudex animaduertit per calumniam, & morandæ exsecutionis causa eam opponi, non differet exsecutionem. l. 2. C. ad legem Cornel. de falsis. vide Graff. dicta except. 7. & 29. In summa exceptiones quæcunque falsitatis, nullitatis, & similes, quæ notoriæ sunt, & statim probandæ nunquam censetur exclusæ; statuentium enim, & legislatorum imperium, & propositum eò spectat, vt prosit, non vt noceat. Noceret autem si legitima exceptio statim probanda excluderetur Vasq. lib. 1. c. 32. num. 2. Illustr. contro. & ideo etiā
5 aduersus † Saluianum poterit allegari nullam esse obligationem. Barth. Scapucc. De Saluiano lib. 2. Quæst. 16. Gratian. lib. 2. Discept. Forens. cap. 264. num. 42. licet aduersus intentantem Saluianum non possit opponi aliqua exceptio requirens altiorem indaginem Hond. cons. 17. num. 14. lib. 2. Menoch. de adipiscenda poss. remed. 3. num. 180. Scapuc. dicto tract. de Saluiano lib. 2. quæst. 19. num. 3. vbi concludit idcirco cessare exceptionem excussionis contra opin. Thes. decis. 175. Vid. Peregr. cons. 102. num. 8. lib. 1. Malu. cōs. 98. Becc. cōs. 89. nu. 18. li. 1. Et, si contra personam testium examinandorum quid obijciatur, debent recipi probationes incontinenti oblatæ, etiam ante ipsorum testium examen, Men. de arb. cas. 139. num. 12. Farinac. De Testibus quæst. 62. nu. 354.

&c



& seq. Vid. infrà cap. 75. Imò execu-
6 tio † obligationis cameralis impeditur per depositum, statim facta probatione pecuniæ non numeratæ, vel alterius similis exceptionis. Rot. Rom. decis. 281. lib. 3. num. 1. in nouiss. quæ pateat ex ipso instrumento, vel statim sit probanda. Hond. d. cons. 17. nu. 5. lib. 2. Marisc. lib. 2. var. Resol. ca. 121.
7 num. 33. 36. & seq. † Cæterum hic Ticini habemus legem municipalē 151. circa exceptiones non admittendas contra instrumentum, cui derogatur in aliqua parte per decretum 24. Quo non obstante ego sæpe numero obtinui coram Sapientissimis viris, & I. C. Marsilio Panizono, & Iacobo Philippo Molo non retardandam exsecutionem instrumenti depositi eo prætextu, quod quis vellet probare pecuniam nō fuisse numeratam, tum quia hæc est potius falsitas, quam simulatio de qua solum loquitur decretum,
8 † simulatio enim remouet mentem, falsitas verba, & mentem. Bald. in l. si ex cautione num. 9. C. de non nu. pec. Fatinac. de falsit. & simulat. quæst. 162. Dec. in l. singularia num. 29. ff. si cert. pet. Caball. resol. crim. 130. nu. primo, tum quia aderat pactum exsecutiuum in instrumento, & per quod renunciatum fuerat omni exceptioni. quamobrem non erat retardanda exsecutio instrumenti, postea probatio non deneganda. optime Graff. de except. in prælud. num. 254. & 257.

SVMMÆ.

1 *Moneta augmentum, & diminutio ad quem pertineat, & quod tempus debeat inspici, contractus ne, an solutionis, & num. 3. & seq. vbi distinguitur in testamentis, & in alijs dispositionibus.*
2 *Moneta materia à quibus tractetur.*
Surdus varius in materia nummorum.
4 *Mutationis, quæ non durauit, in moneta non est habenda ratio.*
5 *Moneta magna, an præsumatur creuisse ob deteriorationem minutæ.*
Auctoris opinio.
6 *Surdus non iustè reprehendit Doctores. Conciliatio adhibita distinctione.*
7 *Tempus promissionis attēditur, vbi secuta est mutatio incontinenti.*
8 *Moneta statim improbanda habetur pro improbata, & non valet solutio ipsius, vel depositum. Quod declara num. seq.*
Auctoris opinio.
9 *Mutationem futuram non censetur quis cogitasse.*
Delictum non committendum ob secuturam abolitionem.
Venditor sciens rem venditam breui corrumpendam tenetur.
10 *Leges an statim obligent à die scientiæ, vel etiam an ligent ante promulgationem.*

De monetæ augmento, & diminutione. *Cap. XII.*

1 SI moneta † augeatur imminuaturuè, solet quæri, & latè patens est quæstio, quodnam tempus inspici debeat in facienda solutione, contractusné, an solutionis. Doct.
2 † in l. Paulus. ff. de solut. in l. cum quid vbi Bolog. numero 74. ff. si cer. pet. Afflict. decis. 194. quem uide nu. fin. Natt. cons. 454. Thes. decis. 174. Gabr. cons. 164. num. 3. vol. 1. Surd. cons. 220. 391. & 392. 335. 406. 454. Mastrill. decis. 7. lib. 1. qui sibi non videtur cōstare. Gall. consil. 35. Gab. de solut. conclus. 1. & 2. Boer. decis. 327. And. Gaiall. obs. 73. lib. 2. num. fin. Menoch. consil. 49. Peregr. cons. 13. lib. 3. Crau. cōs. 836. 761. Cephal. cōs. 31. Raud. cons. 33. num. 20. vol. 2. vbi meminit cons. Louan. Sol. ad cōst. Sab. tit. De pact. inter empt. & vend. num.

num.70. & seq. Felician. à Sol. lib. 4. De censib. cap. vnico. tom. secundo. Mynsing.cent.4.obs.1.Socin.cõs.298. vol.secundo. Fachin. late lib. 2. cons. 46.& lib.2.Contr.iur.cap.9.& seq. Benint.decis.Bono.39.Tort.ad Stat. Ticin.60.Cost. De Fact. scient. Distinct. 63.cent.1.Gratian.lib. 3. Discept. Forens.cap.417.& alij quos non est operæ pretium huc congerere, cum de hac materia integri exstent tractatus Couarr.Bruni,Curtij,Martin.Laudēsis.Io.Aquilæ,Renerij,Budellij,Antonij Fabri, Antonij Solæ, Gasparis Thes.& aliorum, ex quorum scriptis apparet eam esse magis communem

3 sententiam, nimirum † tempus contractus esse spectandum, si agatur de bonitatis vt appellant, intrinsece mutatione, si autem de extrinsecę inspiciendum tempus solutionis. Marisc. lib.1.var.Resol.cap.94num.12. Adhibentur etiã aliæ distinctiones, an agatur de certa specie pecuniæ, an de imaginatia, an sit æstimata, an vero addita tantum demonstratio, Cost.De rē. subsid.rem.88. an versemur in contractibus, an vero in vltimis voluntatibus, in quibus testamenti tempus attenditur etiam si diu testator post illud conditum vixerit, Gabr. de solut. concl. 4. licet magis communiter alij existiment spectandum tempus solutionis.Sol.de mon.cas.8.31.40. Men. cons.49. in fin. lib. 4. præs. 127. num. 25.vide Mant.lib.3.de coniect.vlt.volunt. tit. 11. num. 8. Nummi autem tales præsumuntur legati, quales declarant ea, quæ habenda sunt præoculis in l. si seruus plurium, §. fin. ff. de leg. 1. Men. de præs. li. 3. præs. 109. nu. 3. Item an tractetur de statutis. Surd. d. cons. 454. an statim obligent, nec ne. Surd. d. cons. 454. num. 25. & 32. Gratian. lib. 1. Discept. Forens.cap.51.num.9.an mutatio statim superuenerit, & an sit dura-

4 tura, nec ne, † mutationis enim, quæ non durauit, nullã esse habendam rationem scribit Bart. in d. l. Paulus. Surd.d.cons.220.num.18.cõtra Bald. ibidem Sol.de monet.cas.16.Gabr.cõcl.9. & Thes. part. 2. de Monet. aug.

5 ait ob paruum † interuallum inter tēpus contractus, & solutionis non præsumi creuisse monetam magnam ob paruæ deteriorationem. Credidit .n. Surd.cons.406.num.7.hoc esse præsumendum, ita vt non egeat probatione, nimirum monetam magnam augeri ob deteriorationem minutæ. Grat.cons.12.13.& 14.Surd.cõs.368. Quod ego non probo, quia non esset, quod distingueremus inter imminutionem, & augmētum intrinsecæ, vel extrinsecæ bonitatis, nisi dixerimus eam distinctionem respicere eandem monetam. Quidquid sit, probãda erit hec deterioratio, cum ob varias causas augeri possit moneta magna. Cor. cons. 181. num. 72. & 73. vol. 2. vide Sol. De monetis cas. 7. sed neq. Surd. d. cons. 406. num. 11. iuste inuehitur in Grat. Gabr. & alios quasi

6 ignorauerint † terminos, verum enim est, quod tradunt passim Doctores nimirum, vt si tempus cõtractus sit spectandum augmentum, & imminutio pertineat ad debitorem. Bolog.d.nu. 74.Natt.d.cons.454. Mynsing. d.obs. 1. nu. 1. si tempus solutionis, ad creditorem. Gaill. d. obs. 73. numero fin. Quod exemplo declarat Sol. cas. 24. & Marisc. d. cap. 94. numero 14. Non debuit igitur Surd. Doct. reprehendere, licet ipse aliud spectauerit, & locutus sit eo casu, quo auctus fuit valor aurei ob deteriorationem minutæ monetæ iuxta Socin. d. cons. 298. quo casu septuaginta solidi pro sexaginta in singulos aureos sunt soluendi creditori inspecto tempore contractus, & ita augmentum videtur pertinere ad creditorem

torem æstimando non aureum tempore contractus, sed solidos, quibus conficiebatur aureus. Verum id contingit ob deteriorationē monetę paruæ illaq. æstimata. & nullum commodum videtur sentire creditor, cum septuaginta solidi, qui nunc sunt in vsu valeant tantum sexaginta monetæ antiquæ. Gall. d. cons. 35. & Sol. d. tract. De pact. inter empt. & vend. num. 77. vid. Ren. Bud. de mon. c. 5. & concl. 2. nu. 27. & Ann. Rob. eleganter hac de re agentem lib. 1. Rer. iud. c. 16. At iuxta Doct. si aureus tempore cōtractus valeat libras sex, & tempore solutionis septem, cum spectetur tempus solutionis, pertinebit augmentum ad creditorem, nam in singulis aureis lucrabitur libram. Natt. d. consil. 454. Diuersis igitur respectibus, & iuxta diuersa exempla videntur. & Sur. & alij bene loqui, & iuxta Surd. exemplum si aureus olim valebat solidos sexaginta, & nunc septuaginta, & spectetur tempus solutionis iuxta Rob. d. cap. 16. erit lucrum ipsius creditoris, licet re vera nullum in ea re sit lucrum.

7 Vbi autem † promissionem incōtinenti secuta sit repentina mutatio, tunc attenditur tempus promissionis, non solutionis, immo licet esset facta solutio & incontinenti esset improbata moneta, non erit censenda solutio facta, pecunia enim pro impro-
8 bata habetur, quæ statim est improbanda. Gabr. d. concl. 2. num. 24. Plot. cons. 49. num. 15. Tort. ad d. Stat. 60. num. 18. & ideo ait Men. De arbitr. cas. 232. num. 6. non valere depositum pecuniæ mox improbandæ. Quod tamen non est simpliciter accipiendum nam cum soluens non
9 præsumatur cogitasse de futura † mutatione. Surd. cons. 454. nu. 17. non debet illi obesse statim secuta mutatio, diminutio, vel improbatio, nisi sciens sit deponens. Et creditor ignoret Sola De Monet. cas. 22. in fine, Steph. Gratian. ca. 260. num. 15. vbi infert ad venditorem vini, frumenti breui corrumpendi, & ad festinantes ad delicta propter abolitionem criminum secuturam. Addo Cæs. Vrsill. ad decis. Afflict. 194. in fine. Vinc. Caroc. decis. 65. & De Dep. q. 131. part. 2. vbi etiam quærit. An le-
10 ges † statim ligent a die scientiæ, an sint expectandi duo menses. Gab. de legib. & Const. conclus. 3. Men. De arb. cas. 185. Farin. cons. 65. num. 2. & an statim, ac sunt conditæ censeatur quis illis adstrictus, an vero sint promulgandæ. Qua in re distinguit Ann. Rob. lib. 1. Rer. iud. c. 1. Aut versantur circa ea, quæ factum hominis desiderant, & tunc oportet eas rescire, aut circa ea, in quibus sola legis dispositio sufficit, & secus est. Ego circa imminutionem pecuniæ statim secutam eius sum sententiæ, videlicet probata fraude deponentis, vel soluētis non valere depositum, vel solutionem. Cæterum fraus non ex eo solum probatur, quod statim sit secuta mutatio, nisi probetur id solum sciuisse debitorem, nam si rumor futuræ statim mutationis increbuerat, quare accepit creditor pecuniam? illi igitur id erit adscribendum. Alia tamen est depositi ratio, quod a creditore impediri nequit. Adde Giurb. decis. 87. nu. 17. & 33. Hæc varietas nummorum olim contingebat sæpe, neq; enim idem semper valebant. Quò respexit Cic. pro Quinctio propter ærariam rationem &c. & lib. 3. Offic. Iactabatur enim temporibus illis nummus, sic, vt nemo scire posset quid haberet.

SVMMÆ.

1 *Iuramentum calumniæ in primordio litis praestandum, & post litem contesta-*

testatem statim, non post conclusionem in causa num. 3. & 6.
2 *Lis contestata quando dicatur.*
3 *L. 2. in princ. conciliatur cum §. fin. eiusdem l. C. de iur. calum.*
4 *In litis exordio dicitur factum, quod in ipsa contestatione, vel statim post factum fuit.*
5 *Iudicium, an incipiat a litis contestatione.*
6 *Iuramentum calumniæ vbi non est præstitum, acta sunt nulla.*
Est iuris diuini. Et peti debet.
7 *Iudicis declaratio, quando circa iuramentum calumniæ requiratur.*

De iuramento calumniæ. Cap. XIII.

1 IN ipso litis primordio † præstari oportere iuramentum calumniæ sancitum est Iustin. Constitutione in l. 2. §. fin. C. de iur. calumniæ. Quod videtur pugnare cum eo, quod paulo ante idem Imper. rescripserat initio eiusdem legis, ibi, Post narrationem, & responsionem, idest, post litis contestationem, tunc enim
2 † lis dicitur contestata, cum Iudex per narrationem negotij causam audire cœperit, l. 1. C. de litis contest. Verum facile erit hunc nodum dis-
3 soluere, si dixerimus, satis † dici initio litis iuratum de calumnia, si statim post iuretur, vt exponit ibidem Accur. quem omnes alij communiter sequuntur. Quod enim fit in ipse
4 litis † cõtestatione, vel statim post, dicitur in litis exordio factum. Bart. in d. l. 2. num. 8. Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gloss. 5. num. 2. per l. lecta. ff. si cert. pet. Borell. in summ. Decis. tit. 51. num. 14. Confirmatur hoc eorum sententia, qui existimant
5 iudicium † incipere a litis contestatione, quam sententiam publicè desẽdi in interpretatione rub. C. de edendo, & est communis Dec. in rub. De in ius vocando. Rip. in rub. de iud. num. 46. Andr. Gaill. lib. 1. Obs. cap. 74. Andr. Fach. lib. 11. cap. 81. Contr. iur. licet acerrimè cõtrariam defẽdat d. Massin. num. 85. in d. rub. C. de edendo. Iuramentum igitur ca-
6 lumniæ parte † instante non poterit post conclusionem in causa præstari, gloss. in cap. ex litteris De iur. iur. Felin. in cap. cum dilectus. De fide instrum. num. quinto. Rol. Vall. cons. 71. num. 32. lib. 1. vbi limitat hoc non procedere ex officio iudicis, vel ad instãtiam partis in summarijs cau-
7 sis. Cæterum † si iuramentum calumniæ non fuerit præstitum, quod dicitur esse iuris diuini, & introductum ob publicam vtilitatem, Menoch. de arbitr. quæst. 20. Surd. decis. 18. acta dicũtur nulla. Debet autem peti à parte. Menoch. ibidẽ. Surd. cons. 124. in princ. Grass. De except. ca. 32. nu. 155. Mariscot. lib. 1. var. Resol. cap. 47.
8 in princ. & super hoc † non puto requiri declarationem iudicis, licet secus esse existimem, vbi pars petit pronunciari aduersarium haberi pro confesso, & conuicto, l. 2. §. quod si actor. C. de iur. calum. Alb. cons. 690. Rol. Vallad. cons. 71. nu. 7. & seq. vt respondi superioribus annis in quadam causa Vicuiriensi.

SVMMÆ.

1 *Conuentio actoris. Reconuentio rei. Reconuentio quid.*
2 *Reconuentio fit ante litem contestatam, vel statim post.*
3 *Reconuentionis natura est, vt simul vtraque causa decidatur.*
4 *Reconuentio ex interuallo an fiat quoad effectum prorogandæ iurisdictionis, & simultanei processus.*
Reconuentioni non est locus in causa appellationis.
5 *Reconuentio post litem contestatam in-*

continenti fit, si debitum sit statim liquidabile arbitrio Iudicis.

6 *Recōuētio in quibus casibus nō procedat.*

De reconuentione. Cap. XIV.

1 QVEMADMODVM † conuentio actoris est, ita reconuentio rei. Sunt enim hæc connexa, & mutua hæc petitio nihil est aliud quā retorsio, l. cum Papinianus. cū auth. seq. C. de sentētijs, vbi Bart. latè materiā recōuētionis examinat. Canon. in

2 rub. De mut. petit. Cæterum † licet ante litis contestationem debeat fieri reconuentio, vt in locis iam allegatis, & per gloss. in clem. sæpe, in verb. exordio. §. verum. De verb. signif. Surd. consil. 322. num. 11. tamen si incontinenti post fiat, antequam iuretur de calumnia, erit legitimè facta, & ritè reconuentio. Tiraq. De Retract. conuent. §. 1. gloss. 5. num. 11. Honded. consil. 21. numer. 9. lib. 1. paria enim sunt reconuenire ante litis contestationem, vel incontinenti post. Sebast. Med. De reg. iur. reg. 5. num. 165. Addo nunc D. Costam De remed. subsid. remed. 120. num. 22. ita vt eodem tempore sit vtraque

3 causa terminanda † iuxta naturam reconuentionis, Bart. in d. auth. & consequenter num. 4. Surd. consi. 396. nu. 32. Giurb. decis. 2. nam si id agatur solum per reconuentionem, vt

4 actor † non possit recedere a iudice, quem semel elegit, ea fieri poterit, etiam post conclusionem in causa, & vsque ad sententiam. Vinc. Franc. decis. 376. part. 2. Vide Marant. in suo speculo part. 4. tit. An sit iud. conuen. vel recon. Giurb. dec. 74. Abb. in sua Pract. cap. 64. Surd. d. cons. 322. num. 11. qui etiam quoad prorogandam iurisdictionem negat eam fieri posse interuallo, vbi iudex esset incompetens, vt optimè declarat ex multorum sententia Hond. dicto cōsil. 21. num. 10. & seq. & num. 14. ait non esse locum reconuentioni in causa appellationis. Schol. ad decis. Luc. Magon. 53. Vid. Peregr. decis. 142. num. 24. Addo Cost. d. remed. 120. nu. 20. & seq. vbi ait incontinenti esse faciēdam reconuentionem, tā prorogandā iurisdictionem, quam quoad effectum simul procedendi, nisi in casibus exceptis, in quibus potest fieri vsque ad sententiam respectu prorogationis iurisdictionis. Cæterum

5 quod diximus reconuentionem † esse admittendam statim post litis contestationem, ita demum verum est, si debitum, pro quo quis reconuenitur si huiusmodi, vt statim arbitrio iudicis possit liquidari, secus si altiorem indaginē requirat. Apostill. ad Bart. in d. auth. & consequenter. num. 4. Tib. Decian. resp. 98. num. 5. lib. 2. Mynsing. lib. sing. Obs. cent. 1. cap. 10. vbi ait iudicis potestati id esse permissum, vt tantisper differat cognitionem in causa conuentionis, donec pariter in causa reconuentionis concludatur, & vtramq. simul decidat.

6 † Quamobrem recōuentio nō erit admittenda, vbi conuentio celeritatem desiderat, & periculum est in mora. Menoch. de arb. cas. 184. Bimius cōs. 50. num. 11. vt in deposito & similibus. Vide Mastrill. decis. 41.

SVMMÆ.

1 *Epistolam recipiens si non contradicat censetur fateri in ea contenta, contra num. 3.*

Conciliatio num. 8.

2 *Confessio debitoris qua extorqueatur cautela.*

3 *Collibystica littera acceptata.*

4 *Epistola priuata scriptura.*

Scriptura priuata an plene probet.

5 *Tacere medium inter fateri, & negare.*

Non

Non nolle medium inter velle, & nolle.
6 *L. si filius fam. ff. ad S.C. Maced. declaratur.*
7 *Communis opinionis graue præiudicium.*
8 *Epistolam recipiens non statim censetur approbare in eo contenta.*
9 *Verbum* En platei, *quid significet.*

De epistolæ approbatione ex silentio. Cap. XV.

1 NISI pater contestationem † cõtrariæ voluntatis continuò interposuerit, idest statim acceptis à filio litteris aduersus eas non sit protestatus, videbitur probare factum filij, vt ait I. C. Paulus in l. filius fam. 16. ff. ad S. C. Maced. efficit enim taciturnitas, vt recipiens videatur ea fateri, quæ litteris continentur; Clem. 1. De procurat. nisi contineant calculum accepti & expensi Gam. decis. 336. num. 3. Quamobrem traditur à Pragmaticis huius-
2 modi cautela ad extorquendam † debitoris confessionem, vt videlicet ad eum mittatur per nuncium epistola coram testibus lecta, qua creditor roget debitorem, vt acceptum puta ex causa mutui, aut ex alia causa reddat. Si enim debitor simpliciter accipiat Epistolam, neq. contradicat, videtur debitum fateri, Bart. in l. quo enim, §. 1. ff. rem rat. hab. latè agit de hac cautela Gabr. lib. 1. commu. opin. De præsum. cõcl. 2. Men. de arb. cas. 21. Surd. cons. 157. num. 22. Gratian. lib. 1. Discept. Forens. cap. 64. nu. 7. & 8. Rot. Rom. decis. 811. part. 1. Bursat. cons. 39. lib. 1. nu. 15. vbi la-
3 tè agit de litteris collybisticis acceptatis cum protestatione, vel simpliciter Gam. d. decis. 336. Rot. Gen. decis. 70. Cost. de clauf. conu. pact. 2. clau. 67. Genu. de priu. script. lib. 3. q. 1. nu. 136.

Verum dubitaui semper de huiusmodi opinione, & cautela, & cum interpretarer l. admonendi ff. de iure iur. secutus sum contrarium sentientis Coras. sententiam ibidem nu. 73. & lib. 6. Miscell. c. 16. Non probo ta-
4 mẽ † eam rationem, quod cum epistola sit priuata scriptura, nec possit expresso partium consensu effici, vt illi plena adhibeatur fides. Innoc. in c. cum P. tabellio. de fide instru. nam id minime verum est in hisce terminis, Couar. lib. Pract. Quest. c. 22. Gen. de priu. script. lib. 1. q. 4. nu. 35. Men. De arbitr. cas. 94. eam potius ob rationẽ inclinaui in sententiã contra communẽ; quod hic tacitus cõsensus propriã nõ inducat pactionẽ, nec videatur tacens fateri, l. qui tacet 184. ff. de reg.
5 iur. Silẽtiũ enim est mediũ † quoddã inter fateri, & negare, quemadmodũ sæpe admonui inter velle, & nolle est medium non nolle. Menoch. De Arbitr. cas. 406. Passim Cic. Intellexi ex tuis te non nolle, & cum is se non nolle dixisset.

6 Neq. obest. d. l. si filius fam. † quia illa pcedit in filio, qui nomine patris pecuniam accepit, ideo nõ est ad alios quoscunq. extendenda. Prætereà negari posset ibi epistolam plene probare, etenim licet pater teneatur statim cõtrariũ protestari, si factum filij improbet, tamen non sequitur, ergo si nõ fuerit protestatus, probauit factũ. Mediũ est enim inter probare, & improbare, nimirũ tacere. Quã tamẽ expositionem non videntur pati verba, & multo minus mens Iurisconsulti.

7 Verum quia graue nimis est † communis opinionis præiudiciũ, & præcipuè nostris tẽporibus, ideo si retineamus communem sententiam, eam ita temperabimus ex sententia Alc. in l. detestatio. 40. ff. de verb. sign.
8 num. 51. vt non statim † dicatur recipiens consentire, sed modicum temporis detur interuallum arbitrio iudicis, Rub. in l. non solum. §.

motte, num. 26 1. ff. de oper. noui nũc. Men. de arbit. d. caſ. 21. num. 6. Rot. Rom. deciſ. 811. num. 36. & 40. part. 1. in nouiſſ. Gen. d. q. 1. num. 136. Hoc
9 enim † *En platei* accipiendum eſt, & cũ quodam temporis ſpacio, nec minimo, nec maximo, & quod magis intellectu percipi, quam elocutione exprimi poſſit, vt verbis I. C. vtar in d. l. quo enim 12. §. 1. in l. ratum. 13. ff. de ſolut. loquentis de ſolutione procuratori facta, quam dominus ratam habeat. Cæterum Græcis vſitatum eſt hoc dictum *En platei*, vbi ſignificare volunt paululum vltra præſcriptum eſſe concedendum in his præſertim, quæ ſunt humanitatis, l. in hac, ff. de cõd. tritic. l. quod dicimus, ff. de ſolut.

SVMMÆ.

1 *Declaratio rei dubiæ fit etiam ex interuallo.*
2 *Declarans nil noui facit. Teſtis dictum ſuum declarat poſt terminum.*
Teſtamentum declaratur ex dictis ante, & poſt.
3 *Libellus dubius vſq. ad ſententiam declaratur.*
4 *Ad declarationem etiam ex interuallo fit repetitio Bertaz. contra Crau.*
5 *Declaratio non fit vbi aliquid eſt omiſſum.*
6 *Filio aliquid relinquens ſimpliciter, non poteſt poſtea declarare illud fuiſſe relictum titulo inſtitutionis In Codicillis facta confeſſio an noceat teſtamento.*
7 *Donans nepti non poteſt poſtea declarare in donatione comprehendi legitimam, & Trebellianicam.*
8 *Pater promittens dotem pro filia, non poteſt poſtea ex interuallo declarare ſe promiſiſſe de maternis.*

De declaratione. Cap. XVI.

NON admittitur diſtinctio, an quid fiat incontinenti, an ex interuallo, vbi agitur de facienda declaratio-
1 ne rei † dubiæ. Ea enim poteſt etiam ex interuallo, & quandocunq. fieri. Vide Surd. conſ. 192. num. 10. & 30. conſ. 196. num. 39. & ſeq. Ratio eſt,
2 quia qui declarat nil † noui facit, l. hæredes. §. 1. ff. de teſtam. Steph. Grat. diſcep. 68. num. 26. & ideo poteſt probatio declarari etiam poſt terminũ, Felin. in cap. licet cauſam de teſtib. verſ. limita decimo, Rip. in l. 1. ff. ſi cert. pet. n. 24. Mant. de cõiect. vlt. vol. lib. 3. tit. 1. vbi ait num. 5. declarari etiã teſtamẽtum ex dictis ante Caroc. dec. 56. num. 17. & libellus dubius poteſt
3 declarari † etiam vſq. ad ſententiam, Dec. in l. edita, C. de edendo num. 47. Faciunt tradita à Bertaz. conſ. 15. nu. 29. & ſeq. vbi contra Crauet. conſulu
4 it fieri repetitionem † ad declarationem etiam ex interuallo, & cum aliquid declarandum reſeruant contrahen tes, intelligitur etiã ex interuallo Mantic. de Conuent. lib. 2. tit. 1. num. 7. Hæc tamen ſunt intelligenda, vbi nos ipſos contineamus intra limites,
5 & cãcellos declarationis. † Quamobrẽ ſi aliquid omiſſum ſit, non poteſt declarari ex interuallo, tunc enim non dicitur declarari, ſed potius ſuppleri, Bald. in l non condicillum, C. de teſtam.

Hinc reſponſũ fuit, ſi teſtator ali-
6 quid relinquat filio † ſimpliciter, & poſtea declaret, ſe illud reliquiſſe iure inſtitutionis, non eſſe admittendam huiuſmodi declarationẽ, ſiue verius ſupplętionem, Magon. deciſ. Florent. 4. num. 39. Contradicit tamen Rom. cõſil. 179. num. 7. cum ſeq. vide Mant. De coniect. vlt. volunt. lib. 6. tit. 4. nu. 6. vbi ſubijcit ſi quis in codicillis dixerit ſe feciſſe teſtamentum in ſcriptis, talis confeſſio ex interuallo non reddit irritum teſtamentum, quod initio tanquam nuncupatiuum valuit. Sic etiam

7 etiam si auus donet nepti, non potest ex interuallo declarare, se illud donasse ob legitimam, & Trebellianicam, vt in specie Surd. d. conf. 192. nu. 24. & 30. nepti enim iam fuerat ius quæ-
8 situm, & quando †pater promisit simpliciter dotem pro filia nō potest postea ex interuallo declarare se de bonis maternis promisisse. Cephal. conf. 737. num. 19. hæc enim non est declaratio, licet ita appelletur, Crau. conf. 112. num. 12. est enim potius destructio, Menoch. cōs. 501. num. 24. & seq. vbi num. 26. ait declarationem ex interuallo non posse fieri, cum præsumatur obliuio, etiam in Principe idem conf. 331. num. 103. Quod est intelligendum iuxta Ang. & Crau. ab eo allegatos, & iuxta prædicta.

SVMMÆ.

1 *Compensatio quid. & num. 3.*
2 *Compensationis exceptio opponitur cōtra instrumentum dotis.*
3 *Compenset quis, an soluat nihil refert, & quid vbi est iuratum.*
4 *Compensatio debiti illiquidi non admittitur, nisi statim possit liquidari.*
5 *Debitum quando statim dicatur posse probari.*
6 *Solutioni probandæ præfinitum tempus, censetur etiam præfinitum probationi compensationis.*

De compensatione. Cap. XVII.

1 COMPENSATIO diffinitore † Bald. in l. fin. C. de compensat. num. 8. est debitorum hinc inde loco solutionis legitima computatio. Vim enim solutionis habet compensatio, l. si debitor, ff. Qui potiores in pign. hab. l. amplius, ff. rem ratam hab. Et ideo contra instrumentum dotis pote
2 rit opponi exceptio † cōpensationis, qua opposita non dicetur opponens quidquam facere contra instrumentum, sed potius illud acceptare, cum
3 nil intersit, soluat ne quis, an †compēset. Bart. & Bald. in l. diuortio, §. donatione, ff. sol. matrim. Afflict. decis. 121. num. 4. Hond. conf. 41. num. 11. lib. 2. Alb. conf. 501. num. 8. Surd. conf. 562. num. 12. Andr. Gaill. lib. 2. obser. cap. 17. num. 10. vide Osasch. decis. 92. An stante iuramento quis possit compensare. Anch. lib. 2. Quæst. Fam. q. 2. nu. 3. & seq. Fachin. lib. 1. contr. cap. 7. Grat. lib. discept. forens. cap. 129. nu. 20. Grass. de excep. cap. 16. nu. 28. Quāto melius, & elegantius I. C. in. l. 1. ff. de compensat. ait compensationem esse debiti, & crediti inter se contributionem. Quo in loco intepretatur Castr. & rectè, Debiti, idest, liquidi, neque enim illiquidi debiti compen-
4 satio† obijci potest, vt liquidi solutio retardetur, l. vlt. C. de compensat. vbi Doct. & in §. in bonæ, in §. compensationes. in Inst. De action. Felin. in ca. cum Ioannes. de fide instru. Alc. resp. 10. & seq. lib. 6. Hoc est quod voluit Iustin. dum inquit in d. §. in bonæ compēsationes niti iure aperto. Sed enim vbi debita illiquida incontinenti possunt probari, non denegabitur exceptio compensationis, d. l. vlt. æquiparatur enim debitum illiquidum, quod statim potest liquidari, debito liquido; immo tam dicitur liquidum, quod statim potest probari, quam quod ex se iam liquidum est & probatū. Tiraq. in l. si vnquam, in verb. Reuertatur, num. 11. & 12. C. de reuoc. donat. Abb. in cap. 2. dep. Afflict. d. decis. 121. Osasc. d. decis. 92. nu.
5 36. Et dicitur quis† incontinenti debitum probare per instrumētum, si modo nominatim de eo fiat mentio, nec verba egeāt interpretatione, Dec. cōs. 424. num. 7. & 19. Natt. conf. 121. nu. 14. Et ne hoc in articulo pluribus immorer,

morer, in quo variæ recensetur opiniones, concludo, vt sit sæpe in hac tractatione, rem totam esse relinquendam arbitrio iudicis, an videlicet statim possit liquidari debitum, an vero id requirat altiorem indaginē. Gloss. & Cin. in d.l.fin.C. de compēsat. Iaf. in d.§.in bonæ, num.72. vbi Oinot. n. 18. Fab. num. 18. Aret. num.5. Cęs. Vrsill. ad Afflict. decis. 121. num. 5. Bald. in l. ex falsis, C. de transact. Men. de arbit. cas. 14. & cas. 15. nu. 12. vbi ait, illud dici posse statim liquidabile quod non retardat processum, vel parum iudicis arbitrio, l. ille à quo, §. si testamēto, ff. ad Trebell. l. si is à quo in princ. ff. vt in poss. legat. Mascard. de probat. concl. 334. num. 5. Grass. de except. cap. 16. nu. 57. Gratian. d. ca. 129. num. 16.

Neq. vero obijciat quispiam, cum terminus duorum mensium reperiatur præfinitus ad opponendam exceptionem compensationis, l. aufertur. §. qui compensationem, vbi Bart. l. in fraudem, §. fiscalibus. ff. de iure fisci, ideo nō esse recurrendum ad arbitrium iudicis, arg. l. 1. C. de iure delib. nam illæ leges procedunt in fisco, in priuato autem nil est decisum nominatim, Oinot. in d.§. in bonę. num. 19. Alciat. d. resp. 10. Men. d. cas. 14. in fisco enim idem terminus recipitur circa solutionem, & ideo si lege munici-
6 pali certum tempus sit præfixum ad † probandam exceptionem solutionis, crediderim idem tempus censeri præfinitum probationi exceptionis compensationis, quæ dicitur solutio, vt initio dixi.

SVMMÆ.

1 *Exceptiones litis finitæ eiusdem ingressū impediunt.*
2 *Exceptiones litis finitæ, & peremptoriæ statim cognoscuntur, si probationes incontinenti offerantur. Exceptiones an reseruentur, in meritis, circa stat. Med., Ticin., & No. Const.*
3 *Cridarum instrumentum statim probat exceptionem præscriptionis.*

De exceptionibus impedientibus litis ingressum. Cap. XVIII.

1 EXCEPTIONES litis † finitę eiusdem ingressum passim dicuntur à pragmaticis impedire, de quib. ipse verba feci ad tit. Inst. De obligat. num. 251. Andr. Gaill. lib. 2. Obser. c.
2 17. & ideo ante omnia † de huiusmodi exceptionibus est cognoscēdum, si earū probationes offerantur incontinēti. Sic etiam exceptiones peremptorię non debent reseruari, sed statim de illis est cognoscendum, vbi ea cognitio non requirit longam indaginem, & discussionem. Menoch. de arbitr. cas. 19. & cons. 746. Surd. consil. 252. nu. 1. Molin. De Hisp. Primog. lib. 4. cap. 9. num. 40. Carpan. latè ad stat. Mediol. cap. 23. num. 89. & seq. vol. 1. vbi ait exceptiones notorias, & incontinenti probandas non reseruari in meritis, licet stat. Med. & No. Const. omnes exceptiones sint saluæ in fine litis. Men. de arbitr. cas. 167. num. 22. vbi de stat. primo Ticin. in verb. statuentes circa quod vide D. Tortum num. 638. nam & peremptoriæ exceptiones notoriæ, & incontinenti probandæ litis ingressum impediunt. Menoch. d. cas. 19. Mastrill. decis. 8. nu. 10. lib. 1. Borell. in sum. decis. tit. 50. nu. 66. 89. & seq. Asin. in sua prax. §. 18. cap. 1. & seq. Hinc tradidit Alciat. resp. 67. lib. 2. ex
3 instrumento publicorum † edictorū, siue cridarum incontinenti probari exceptionem præscriptionis, & italitē impediri. ca. 1. De litis contest. lib. 6. l. transacta cum l. seq. ff. de verb. signif. Vide Men. cons. 1202. num. 15. li. 13.

SVM-

SVMMÆ.

1 *Notarius non potest aliquid addere, vel detrahere instrumentum, nisi statim, & quando dicatur statim.*
2 *Inuentario nil potest adijci, nisi incontinenti.*
Cancellatio quando possit fieri.
3 *Notarius potest addere omissum tempore instrumenti, etiam ex interuallo, & cohærentias, & diem, & clausulas consuetas, & num. 5.*
4 *Notarij error non debet alicui officere.*
6 *Falsum admittit notarius, qui scripsit pecuniam numeratam, cum reuera non sit numerata, secus si fuerit statim restituta.*

De Notario aliquid addente, vel detrahente publico documento.
Cap. XIX.

1 NON potest†tabellio publico documento aliquid addere, vel detrahere citrà crimen falsi, quidquid enim continetur instrumento censetur voluntate partium scriptum. Bar. in l. si quis filiabus, ff. de testam. tut. Dec. conf. 185. in fine, & ideo aliquid ex suo veluti capite, & ingenio deprōptum non potest in tabulas iam perfectas redigere, Alb. conf. 139. num. 14. nisi id faciat incontinenti. Hier. Gab. conf. 65. lib. 5. vbi respondit conditionem potuisse à Notario incontinenti adijcit, exponitq. quid dicatur factū incontinenti, Tiraq. de retract. conuent. gloss. 5. num. 19. Farin. consil. 12. vbi latè ostendit non censeri mutatio nem factam incontinenti, vide Laderch. conf. 91. num. 6. & Gratian. discept. Forens. cap. 201. num. 82. & seq. Farin. quæst. 156. num. 60. & seq. Sic
2 †inuētario nihil potest adijci, nisi statim. Bertazz. conf. 105. num. 50. Nec cancellatio permittitur, nisi incontinenti, Farin. d. quæst. 156. num. 16. 30.
3 & 60. Quod†si probetur aliquid fuisse omissum tempore contractus, de quo contrahentes cogitarunt, poterit Notarius etiam ex interuallo illud addere. Bart. in l. fin. ff. de tab. exhib. Felin. in ca. ex litteris. de fide instru. col pen. Mascar. de probat. quæst. 6. num. 98. multo magis excontinenti. Frāc. Marcus quæst. 743. vol. 1. Et ideo tunc potest addere, quando verisimile est eū non esse oblitum, quidnam partes voluerint. Marisc. lib. 1. Ref. cap. 93. nu.
4 5. Error†enim Notarij non debet cuiquam nocere, vt traditur in l. si librarius, ff. de reg. iur. Alb. conf. 136. num. 11. & ideo multo magis confines, & cohærentias, vt vulgo loquimur, fun-
5 di poterit addere†Notarius, & diem omissum etiam ex interuallo. Alb. conf. 10. num. 14. Bossius inter conf. Alb. conf. 776. num. 28. & clausulæ cōsuetæ probata consuetudine vniformi, possunt addi de illis enim censetur rogatus notarius Gabr. de cōsuet. concl. 3. Mant. de coniect. vlt. volunt. tit. 9. & 10. lib. 1. Menoch. præs. 14. lib. 6. num. 12. & 17. & lib. 4. præs. 4. cap. 31. Masc. concl. 1103. etiam ex interuallo, Men. conf. 37. num. 74.
6 Falsum †etiam committit Notarius, qui scripsit pecuniam fuisse numeratam, quæ re vera non fuit numerata, vt tradunt Doct. in l. singularia, ff. si certum petatur. Quod si numerata fuerit, & statim restituta, non erit tabellio falsi insimulandus. Farin. De falsit. quæst. 154. num. 85.

SVMMÆ.

1 *Testi vario, & contrario sibi ipsi non creditur. Limita, vt num. seq.*
2 *Testis potest se incontinenti corrigere. Et quando dicatur id facere statim nu. 5. Et quando ex interuallo se ipsum corrigat. num. 6.*
3 *Testis, vt se corrigat, an possit interrogari.*

gari.

4 *Procuratoris confessio potest ex continenti reuocari, & quandoq. etiam ex interuallo.*

6 *Testium correctionem non facile debet iudex admittere.*

7 *In crimine haeresis potest testis ex interuallo reuocare suam testificationem.*

8 *Testis si dicat se non recordari, an habeatur pro negante. Obliuio praesumitur arbitrio Iudicis. q. § & quia plerunq. de probat. declaratur Testes an de tempore, & loco pracisè debeant deponere.*

De teste se ipsum corrigente. *Cap. XX.*

1 TEsti varia & contraria † in eodem iudicio deponenti fidem abrogant leges nostrae, l. qui falso, ff. de testibus, l. eos, ff. de falsis. Hoc tamen minimè est perpetuum, nam
2 si † statim corrigendi animo contraria dicat, secundae testificationi adhibetur fides. Bart. in d. l. eos, num. 3. Alciat. de praesumpt. reg. 2. praes. 29. num. 1. Couar. lib. 2. variar. Resol. cap. 13. num. 8. c. praeterea. De testibus cogendis, gloss. in §. quia vero. in auth. De testibus, Gabr. lib. 7. commun. opin. De malef. concl. 27. num. 4. Capyc. decis. 41. & hoc casu,
3 vt se † corrigat statim poterit rursus interrogari parte instante, non ex interuallo, Gabr. d. concl. 28. Tiraq. De retract. conuent. §. 1. gloss. 5. num. 18. qui nu. 19. id extendit etiam ad Notarium corrigentem autographum, siue originale documentum, qua de re supra egimus in cap. praeced. Confessio etiam procuratoris †
4 statim potest reuocari, ex interuallo autem ita demum, si ostendatur error. Caroc. decis. 60. num. 18. Sunt autem variae opiniones Doct. in hoc
5 articulo, quandonam † testis dicatur incontinenti se ipsum velle corrigere, de quibus vberrimè Gabr. d. concl. 27. num. 5. Tiraq. d. num. 18. Qua in re ego relinquo plurimum arbitrio iudicis, qui praeoculis habebit testiũ qualitaté, tẽporis interuallum, & huiusce modi circunstantias. Hostiens. in d. c. praeterea. Couar. d. cap. 13. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 2. cas. 108. num. 5. in vniuersum enim aestimat Iudex, quando dicatur incontinenti factum, vbi nihil in iure est decisum, vt saepe dixi. Rot. Gen. decis. 1. num. 32. optime circunstantias perpendit Capyc. decis. 142. num. 3. 4. 9. Addo Octau. Vulpell. De praep. Aduerb. & coniunct.
6 sign. in verb. Incontinenti, † vbi consulit iudici, ne sit facilis in admittenda huiusmodi correctione ob timoré subornationis. Farinac. laté quaest. 66. De testib. num. 226. Gall. cons. 117. num. 35. ex interuallo se corrigit probato errore, Farinac. cons. 44. num. 19. Lautent. Tenin. in sua Praxi Caut. cap. 268. & cap. 280. & in
7 crimine † haeresis iure quodam singulari testis etiam ex interuallo se corrigit, vt in Direct. Inq. part. 3. Com. 114. Illud non omittendum circa te-
8 stes. Quandoque † enim aiunt se non recordari. Placet igitur eo casu eos haberi pro negantibus, & perinde censeri deposuisse, ac si dixissent, se non interfuisse, vbi tantum temporis spacium non effluxit arbitrio iudicis, ex quo obliuio possit praesumi, Farinac. de falsit. quaest. 158. nu. 122. Quod in vniuersum procedit in his, qui negãt se recordari, Mascard. concl. 1081. num. 48. concl. 170. nu. 22. concl. 1127. num. 1. vbi agit de tempore, ex quo inducitur obliuionis
9 praesumptio. Qua † ratione saepe respondi non habere locum, §. & quia plerumque in No. Const. Med. de probat. vbi tantum tempus abijt, ex quo faci-

facile induci potuerit obliuio. Alb. cōs.602. nu. fin. tunc enim testes non tenentur deponere de tempore præcisο. Cæterum de eodem §. latè agit idē Alb. conf. 623. num. 4. conf.727.nu. 1. conf. 529. num. 25. Plot. conf. 6. 60.92.& 94.& de tempore,& loco,an teneantur præcise testes deponere, Farin. de testib. quæst. 64.vbi nūme.90. & 101.ait tunc non teneri deponere, vbi ob lapsum temporis præsumi potest obliuio, veluti in actu momentaneo,& qui iamdiù contigit. Item vbi non est quæstio de priore, vel posteriore tempore,non est de illo deponēdū. Alb.d.consil.623. num.4.

SVMMÆ.

1 *Annuli traditio in contrahendis matrimonijs.*
An matrimonium ex traditione annuli præsumatur.
2 *Annuli sponsalitij an vxori acquiratur, & nu. seq.*
3 *Donatio in dubio non præsumitur, maximè vbi apparet de causa dandi.*
4 *Donatio inter virum, & vxorem inualida,etiam si conferatur in tempus prohibitum.*
5 *Donare non dicitur,qui necessarijs oneribus succurrit.*
6 *Donatio inter coniuges confirmatur morte.*
7 *Iocalia,& vestes an et quando donari videantur.*

De annulo sponsalitio. Cap. XXI.

1 INVALVIT † hic mos in Ecclesia nostra Romana, vt in contrahendis matrimonijs iuxta sacrosanctam Trident. Synodum sess. 24. capit. 1. dentur annuli a sponso sponsæ, qui idcirco sponsalitij appellantur, ita vt ex traditione annuli matrimonium quandoque præsumatur, Menoch. de præsumpt. libr. 3. præsumpt. 2. Non semel autem incidit quæstio, sint ne vxoris huiusmodi annuli, an remaneant in dominio mariti. Et videbatur dicendum eos non acquiri vxori, siue
2 † sponsæ, vt ex sententia Bald. & aliorum tradit Bertazzol.consf.59. n. 21.in ciuilibus.

Primo quia cum nemo præsumatur velle iactare suum, l.cum de indebito, ff. de probat, sitque in dubio
3 quælibet alia † potius, quam donationis inducenda præsumptio, non interpretabimur hoc casu donatos fuisse annulos, late Menoch. de arbitr. cas. 88. in princ. & multo magis est excludenda donationis præsumptio, cum appareat de causa dandorum annulorum, nempe, vt comptior, & ornatior sit sponsa, Hond. consil. 30.num. 29.vol.2. & inueteratæ satis fiat consuetudini.

Secundo si dicimus hanc esse dona-
4 tionem annulorum, adhuc † dicendum eos non fieri sponsæ, vel vxoris, cū inter coniuges prohibeatur donatio, vt passim in tit. Digest.& Cod.de donat.inter virum, & vxorem. atqui hoc in casu antequam dentur annuli, præcedunt verba de præsenti, & puella facta vxor iuxta Bald. in l. cum te. nume. 1.C. de donat.ante nupt.

Tertio debet esse sine effectu huiusmodi donatio,cum videantur ea lege donati annuli, vt tunc fiant vxoris, cum matrimonium erit secutum. l. quod sponsæ, C. de donat. ante nuptias.

Contrariam sententiam amplexus fuit Surd. decis. 166. num.1.& 3.quē sequitur Hond.d.conf.30.num.42.volum.2.per l.si quis pro vxore ff. de do
5 nat. inter virum, & vxorem, non † enim donat, qui necessarijs oneribus succurrit,sunt autem annuli iuxta cō-

E suc-

suetudinem necessarij,& cum inconti nenti, & in eodem actu dentur, post verba de præsenti;non est spectandũ, quid prius,quid posterius fiat; in momentaneis enim non datur prius, vel posterius, Fœnur. De momento temporis cap. 17. qui latè agit de hac reg. L.ædiles,§.fin. ff. de ædil. ædicto. Et hoc pacto cessant contraria, nam aut dicimus factam esse donationem, & cum fiat in ipso actu matrimonij contracti,non erit inualida,aut negamus esse donationem, & eos annulos sibi habebit vxor tanquam in necessariã causam emptos.Quod in alijs casibus magis dubitabilibus procedere ait Surd.d.decisio.166.Et omnino dona-
6 tio annuli confirmabitur†morte, quẽ admodum & aliæ donationes inter coniuges.Bertazzol. consil. 59. num. 27.& seq. Gal. ad consuet. Alexandr. in verbo Legare.quæst.6. num. 55. & in verbo,Solidos.quæst.4. Honded.d.
7 consil.30.nume.36.vbi etiam † agunt de iocalibus,annulis, vestibus, an & quando censeantur huiusmodi res donatæ, distinguentes inter res modici pretij, & magni,inter quotidianas,& festiuas vestes. Vide late distinguentẽ Stephan.Gratian.lib. Discept. Forẽs. cap.189.nu.10.cum seq.Seraph.Oliu. Cardin.decisio.914.

SVMMÆ.

1 *Hæreticus quomodo statim resipiscens euitet pœnas hæreticis impositas, ac etiam ex interuallo rediens.*

2 *Hæreticorum libros statim comburens innoxius censendus.*

3 *Libelli famosi statim corrumpendi.*

4 *Pœnitentia excusat in delictis. Consilium malum potest re integra reuocari.*

Defendere non dicitur, vbi non durauit defensio.

5 *A delictis excusat modicum tempus.*

Arma prohibita retinens breui tempore non punitur.

Vxor cognito errore impunè an dimitti possit.

De Hæretico statim resipiscente. Cap. XXII.

1 HÆRETICVS si†resipiscat incontinenti, & abiuret graue scelus,quo se obstrinxit,dum ab orthodoxa religione desciuit, euitabit pœnas hæreticis impositas. Menoch. De arb.iud.cas.373. vbi quattuor præstari tenere hæreticum ait, vt impune ferat huiusmodi crimen, relinquitq. arbitrio iudicis,an dicatur incontinẽti prauam deposuisse opinionem,imò prima vice etiam ex interuallo recipitur hæreticus ab ecclesia,quæ neminẽ arcet à sinu suo,& restituuntur illi bona.Bursat.consi.14.num.31.lib.1. Farinac.de Hæresi.quæst.193.§.2. num.
2 41.& seq.Sic etiam qui statim †libros hæreticorum comburunt, innoxij sũt censendi.Gloss.Archid. in tit. De hæret.cap.quicunque,num.12. vt in Direct.inquis.part.2. Eodẽ modo si quis
3 libellos† famosos statim non corrumperit,vel igne consumpserit, sed vim eorum manifestauerit, sciat se quasi auctorem huiusmodi delicti capitali sẽtentiæ subiugandum,vt ait Imper. in l.vnica. C. de famosis libellis. cap. 1. ca.si qui,5.q.1.Farinac.consi.30. nu.1. Peguer.decis.77.& in vniuersum sta-
4 tuere possumus†pœnitentiam, & correctionem sui ipsius incontinenti factam præstare excusationem in delictis quibuscũq. etiam atrocibus.Quamobrem non tenetur qui dedit malum consilium, si illud reuocauit,maxime re integra, etiam si coactè, nam nec sufficit vnquam defendisse, cum non durauerit defensio. l. 2. ff. Quibus ex causis in poss. eatur. Dec. & Gagn. in l. non videtur quisquam, & l. non

l. non videtur defendere, ff. de reg. iur. Farinac. cons. 60. num. 72. Quemadmodum † etiam excusat a delictis breue temporis interuallum, exempli gratia si fuerit imposita pœna retinentibus arma vetita, non habebit locum in eo, qui breui tempore ea retinuit, Farinac. de var. crimin. quæst. 108. num. 43. Baiard. ad Clar. quæst. 82. num. 74. & P. Aerod. lib. 4. Rer. iud. tit. 15. cap. 4. ait. impunè illis fuisse, qui incontinenti vxorem dimiserunt cognito errore, quam ducere non licebat.

5

S V M M Æ.

1 *Dominus vulnerans seruum, an puniendus lege Mosis.*
An iure gentium, & ciuili.
2 *Dominus punitur, si nimis seueram exerceat in seruos potestatem.*
3 *Seruum interficiens, dum illum corrigit, reus est homicidij.*
Secus in interficiente, excedente modum defensionis, & quare.
4 *Emendatio debet esse animi tranquilli.*
Defensio fit a perturbatis.

De Domino seruum vulnerante. Cap. XXIII.

1 LEGE Mosis olim † si seruus vulneratus statim moriebatur, puniendus erat dominus, si vero superuiuebat vnum, aut alterum diem, pœna carebat. Exod. 20. Iure gentium dominis in seruos vitæ, necisque potestas fuit. At nunc ex Const. Antonini Imper. non licet in seruos supra modum sæuire, §. in potestate
2 in Inst. De patria potest. Aut igitur dominus, exsuens omnem humanitatem, immoderatè iure suo vtitur, & pœnam meretur, aut corrigendi serui gratia virgis, aut loris eum afficit, vel in vincula conijcit, & tunc nullum crimen committit, cessatque dierum illa distinctio, de qua in l. Mosaica. l. vnica, C. de emend. seru. vbi Accur. & Contius.

3 Sed si dum corrigere † vult seruũ, illum interfecerit, non solum erit puniendus pro excessu, vt contingit, quando quis excedit defensionis modum, vel defensionem, vt dixi capit. 7. sed etiam pœna ordinaria homicidij. l. 1. C. de emend. seru. Ratio
4 discriminis est, nam defensio † nõ fit sine perturbatione. Emendatio debet esse tranquilli animi. Notum est illud, Vapulares, nisi essé iratus. Mar. Salom. in l. vt. vim. ff. de iust. & iur. num. 11.

S V M M Æ.

1 *Pacem ineuntes curant, vt ea sit firma, quod videtur difficile.*
Idque adiecta pœna, & datis fideiussoribus.
2 *Petri Caballi, & Philippi Massinij mentio honorifica, & num. 3.*
3 *Pacem rumpens ob nouam causam, etiã iniustam non punitur tanquam fœdifragus. Etiam si contingat idipsum statim.*
Causa noua censetur excepta, etiam vbi adest iuramentum. Corn. Taciti locus.
4 *Pacis ruptores Pontif. Const. puniuntur, & quomodo.*
Bannitum siue proxime banniendum offendens non facit contra promissionẽ. num. 4.
5 *Pacem rumpens occidendo aliquem, postea bona diripiendo, an & quando duplici pœna afficiendus.*
6 *Carceris priuati pœna non tenetur, qui cepit vt statim occideret.*
7 *Sigillum Principis subripiens non tenetur furti, si statim illud aptauit.*
Pœna plures quando imponantur ob plura delicta, & vulnera.

De pace non frangenda, & an, & quando teneatur quis tanquam pacis violator. Cap. XXIII.

1 QVI pacem † faciunt, solent sępenumero, vt perpetuo firma, & stabilis maneat, quod videtur esse difficile, iuxta illud Apostoli, de quo Balzar. in princ. tit. De pace tenenda num. 9. inter se conuenire, vt qui illam non seruaueris fędifragus, non solum Deum habeat vltorem, quod satis deberet Christianos homines in officio continere, sed etiā pœnam aliquam præstet, datis fideiussoribus. vt nuperrime eleganter, 2 scripsit doctissimus, & clarissimus † vir, & I. C. cuius amicitia, vt ingenue more maiorum sine fuco, & fallacia loquar, valde gloriari soleo, nimirum D. Petrus Caballus in suis Resol. Crim. cas. 189. Verum non est huiusmodi pœnæ locus, si quis obnoxam causam pacis ruptor existar, etenim pax infra censetur solum ob veteres causas, non autem ob nouas. Bart. in l. aut facta. §. causas. ff. de furtis. Multos in hanc sententiam allegat Hond. consil. 89. nume. 29. & 73. lib. 2. & consil. 97. nume. 27. & 35. lib. 1. Causa enim superueniens, & noua semper censetur excepta, ita vt nec ad eam porrigatur iuramentum, vt late docui cum interpretibus præstanno ad rub. C. Qui admitti, vbi Andr. Sic. nume. 62. 69. & seq. Bolog. nume. 37. Dec. in l. 3. C. de seruis fugit. l. fin. ff. qui satisd. cogantur, & in d. rub. D. Philippus Massinius interpretum coryphæus, præcipue nume. 415. quem sane mihi collegam obtigisse palmarium ducā in omni vita. Eidem plurimū hoc etiā nomine debeo, quod mihi principum virorum in re litteraria beneuolentiā, & præcipue ipsius Caballi conciliauerit. Id autem, quod dixi, procedit etiam si causæ essent iniustæ. Decian resp. 4. num. 22. volum. 3. Qua in re non puto distinguēdum, an causa noua ex continenti, an vero interiecto temporis spacio fuerit exorta. Mascard. De probat. concl. 1162. nume. 27. nam vtroque casu est recipienda excusatio. Crediderim tamen, si dubitetur, an causa noua sit re vera, an vero antiqua, sed noua affectata fuerit, incontinēti factū inducere aliquam præsumptionem affectationis, quasi quis non potuerit diu dolorem dissimulare. Sed leuis erit huiusmodi presumptio. Venit mihi nunc in mentem Seiani, qui verebatur ne incontinenti patratæ cędes: & Cæsarum continuata funera detegerent dolum, de quo præclare Tacitus initio lib. 4. Et quia vi tot simul corripere intutum, dolus interualla scelerum poscebat. Sic apud Ios. lib. 15. cap. 3. Antiq. Iudaic. Herodes statuerat Aristobulum de medio tollere. Sed inter ponenda erat mora, quo magis laterent insidiæ. Cæ-
3 terum Pontificijs † Constitut. occurritur fraudibus, ne quis possit prætextu nouarum causarum, quarum solent esse quandoque improbi homines architecti, pacem violare. Farinac. consil. 30. numero. 98. Quibus tamen cōstitutionibus non est locus, vbi nota, & testata est noua causa. Hond. late d. consil. 82. num. fin. Farinac. consil. 62. Mascard. d. concl. 1162. nume. 37. M. Antonin. variar. Resol. lib. 3. Resol. 23. Ob prædictam rationem in eam sententiam communiter itum est a Doct. nimirum non fieri contra dictam promissionem, si quis offendat exsulem, siue bannitum, qui potest impune offendi; cum promissio intelligatur, nisi noua causa superueniat. Caball. d. tract. cas. 275. vbi num. 12. refert nonnullorum opin. existimantium id procedere etiam in banniendo

niendo intra modicum tempus, vide cap. 69. De poten. prox. actui. & Farinac. quæst. 103. part. 3. numero 35. Sed quæritur, si promissio facta sit de non offendendo aliquem, vel eius bona, adiecta certa pœna † toties incurrenda, quoties factum fuerit contra promissionē, & vnus alterum occidat, deinde eius bona diripiat, an duplici si pœna afficiendus. Hanc quæstionem decidit, distinctione adhibita d. Caballus eodem in loco, quem nunc sufficiat indicasse. Illud non omittam, quod præsentem rē spicit tractationem, nam si homicidiū statim sequatur rapina, & domus direptio, duabus pœnis erit locus, l. qui duos. ff. de manu. testam. l. nunquam actiones, vbi gloss. de oblig. & action. Dicitur autem incontinenti factum, quando inimicus, qui delicta perpetrauit, non diuertit ad actus extraneos, l. quod ait lex. §. fin. ff. ad legem Iul. De adult.
6 Sic etiam † non tenetur pœna carceris priuati, qui aliquem capit, vt statim interficiat Bart. in l. capite quinto, ff. de adult. circiter fin. Quamobrem censet Farinac. cons. 60.
7 nu. 4. eum esse excusandum, qui † subtraxit sigillum Principis, vt illud aliqualiter suppressum aptaret, si id fecerit incontinenti. Cæterum in ea quæstione, An pluribus pœnis quis affici possit ob plura delicta eiusdem, vel diuersi generis, solet distingui an statim an ex interuallo sint patrata. Adeas Farinac. q. 22. & Cab. resol. crim. 158. & eundem resol. 155. vbi latissime agit de percutiente aliquem, vel plures vno, & eodem tempore, & incontinenti, an teneatur de omnibus percussionibus. Nolo nunc eorum dicta referre.

SVMMÆ.

1 *Exsules, siue banniti impune possunt occidi in hac præsertim ditione Mediol.*
2 *Banniendi intrà breue tempus an possint interfici.*
3 *Bannitus nil possidet, nil acquirit, & illius bona possumus diripere, & quomodo.*
4 *Banniti nomine non agitur ob spolium, Et an sint capaces iuris communis.*
5 *Banniti mortui bona non possunt diripi nisi statim post mortem.*
6 *Banniti bona non debent diripi in damnum fisci.*
7 *Bannitus captus potest probare delictum non esse punibile, maximè incontinenti.*

De exsulibus. An possint impunè interfici, & eorundem bonam diripi.
Cap. XXIV.

1 LEGES municipales † vbiq. ferè vigent, vt possint impunè exsules, siue banniti interfici. Quod in hac ditione Med. edictis Principum est seuerissime sancitum. Qua de re egimus cum Doct. ad l. vt vim, ff. de iust. & iure. An hoc procedat etiam
2 in banniendo † intra breue tempus vide cap. 23. De pace non frangenda. nu. 4. Inde consequitur, vt bannitus nil possit acquirere, nilq. possideat, &
3 multo magis † possimus eius bona diripere. Bart. in l. nec in ea. ff. de adult. Bald. in l. 3. C. si pend. appellat. quib9 enim vitam possumus eripere, multo magis bona. l. 1. §. Quod Prætor. ff. de aleat. Et ipse superioribus mensibus latè probaui, non potuisse nomine exsu-
4 lis allegari † spolium nonnullorum bonorum, nam cum exsul. nō possit possidere, Ios. Lud. decis. Perus. 11. nu. 13. neq. aliquid acquirere, non erit locus spolio, priuatio enim supponit habi-

tum.

tum. Et licet dubia sit illa quæstio. An bannitus amittat ea, quæ sunt iuris communis, nec ne, & An possit acquirere, tamē in hac ditione Mediol. placuit eam amplecti opinionem, quæ aduersatur bannitis, cum pro hostibus habeantur, & possint impunè occidi, Vid. Peregr. de iure Fisci. lib. 3. tit. 7. Crau. cōs. 941. lib. 5. Farinac. De varijs, & diuersis quæst. quæst. 102. Al ciar. cons. 6. num. 14. lib. 2. Boss. de bon. publicar. num. 69. Baiard. ad Clar. quæst. 78. num. 114. Menoch. De præsumpt. lib. 5. præs. 45. Caball. resol. crim. 264. num. 28. & passim. Alb. cons. 17. num. 19. cons. 304. num. 6. Eugen. cons. 69. num. 15.

Hoc tamen est ita declarandū, vt vi
5 uo exsule possint † eius bona diripi, & auferri, non etiam mortuo. Bald. in l. ex hoc iure, ff. de iust. & iur. soluit enim omnia mors, & cum bannito debet cessare pęna, quæ alioquin ad alios iniquè redundaret. Et nimis præterea inhumanum esset, & barbarum contra bona mortui sæuire.
6 Quod si statim post banniti † mortem quis illius bona fuerit prædatus, eam deprædationem feret impunè. Tiraq. De retract. conuent. gloss. 5. §. 1. num. 12. Hæc intelligo procedere, nisi agatur de damno fisci, cui bona delinquētis acquiruntur, & ideo priuatus non poterit ea prædari in damnum fisci. Et posteaquam facta est mentio fisci, nolo latere lectorem, bannitum captum, non obstantibus quibuscunque sanctionibus, quæ prohibeant contumaces audiri, esse admittendum ad
7 probandum † delictum patratum non esse punibile, maxime si incontinenti id faciat. Eugen. cons. 20. Farinac. cons. 101. num. 47.

SVMMÆ.

1 *Calumniari quid.*
2 *Calumnia duplex.*
3 *Calumnia qua lege, & quib. pœnis puniatur.*
4 *Calumniator præsumptus an puniri possit, & an condemnetur in expensis, & quando excusetur, & num. seq.*
5 *No. Const. Med. in §. si quis quempiam. De accus. declaratio.*
6 *Calumniator, an sit eadem sententia condemnandus in expensis, & num. seq.*
7 *l. 1. C. de calumn. expositio.*
8 *Decisio quæstionis circa expensas a calumniatoribus soluendas.*

De calumniatoribus. Cap. XXV.

1 CALVMNIARI est † falsa crimina intendere l. 1. ff. ad S. C. Turpill. Diciturq. calumniari, qui non probat, quod intendit. Hinc †
2 duplex apud nostros calumnia, vera, & præsumpta. Clar. in sua praxi quæst. 62. Boss. de accusat. num. 19. Caball. Resol. crim. 205. Ang. de malef. in verb. & ad querelam. Puni-
3 tur autem † calumnia l. Memmia, siue Rhemmia. l. 1. ff. ad S. C. Turpill. Menoch. de arbitr. cas. 322. vbi varias refert pœnas calumniatorum, a quibus præstant excusationem non nullæ causæ, de quibus apud Clar. d. loco. Mascard. de probat. concl. 253. num. 42. & concl. 36. num. 46. Men.
4 de arb. cas. 321. Licet autem † præsumptus calumniator excusetur a pęnis impositis calumniatoribus, tamen non euitabit condemnationem expēsarum. Boss. d. tit. de accus. num. 28. Caball. d. resol. 305. licet Fachin. putet in criminalib. victum victori non condemnari in expensis. lib. 1. contr. cap. 42. Hinc potest inferri ad declara-
5 tionem Nou. Constit. Mediol. in tit. De accusat. §. si quis quempiam. Sed

Sed & ab expensis quandoque excusatur, vt in prædictis locis. Menoch. cas.
6 321. num. 34. Est tamen † calumniator eadem sententia condemnandus in expensis, vt sancitum est in d. §. si quis quempiam, l. 1. C. de calumn. Clar. in d. quæst. 62. vers. Sed quęro. Nam posteaquam iudicatum fuit de causa, non debet puniri accusato-
7 rum calumnia. d. l. 1. C. de calumn. nisi id fiat incontinenti. glos. in d. l. 1. quæ hoc pacto, & alijs modis conatur conciliare d. l. 1. cum l. 1. §. 1. ff. ad Turpill. ibi. Qui reo absoluto. Sed hac in re vide distinctionem Angel. & add. De malefic. in verb. Et ad que
8 relam. num. 71. & seq. Et cum † nuper hæc quæstio incidisset, An videlicet posset agi ad condemnationem expensarum aduersus calumniatorē præsumptum, cum Senatus Excellentissimus mandasset reum absolui, non probata ab accusatore querela, neque expensarum mentionem aliquam fecisset, respondimus ego, & Iulius Curtius in hoc gymnasio legū interpres eximius, posse agi ad expensas. Addo nunc Morot. resp. 55. nu. 8. & Prosp. Farin. De accus. quæst. 16. nume. 5. & seq. Sed cum ageretur inter affines, & multa alia cōcurrerēt, quæ dubitationem augerent, rem totam composuimus, litigatoresq. inter se conciliauimus.

S V M M Æ.

1 Alteri per alterum non acquiritur.
Quod tamen cessat in nonnullis casibus, num. 2. & seq.
2 Alteri per alterum acquiritur ex disposi sitione Statuti Ticinensis, & vbi notarius interuenit.
Ratificatio an tunc requiratur.
3 Donatio alteri per alterum quæritur.
L. Quoties. C. de donat. quæ sub modo. L. Aristo. ff. de donat. declarantur, & num. 4.
4 Donatio censetur facta media persona, quæ ex interuallo debet donatum tertio restituere.
Fidei commissum à quo possit relinqui.
6 Alteri per alterum quæritur in contractibus re celebratis, & vbi res traditur.

De acquisitione, quæ fit alteri per alterum. Cap. XXVI.

1 ALTERI per alterum † non posse acquiri nemo est, qui ignoret, modo saltem à limine, quod aiūt, iurisprudentiam salutauerit. §. si quis alij. §. alteri. De inut. stipul. Sed quandoq. cessat prædicta regula, vt docui hoc anno in l. 1. C. Qui admitti. prælect. 18. vbi adhibita distinctione conatus sum quamplurima complecti verborum compendio, quæ in hac
2 re traduntur à Doct. Vigent. † tamen passim leges municipales, vt hic Ticini, quibus cauetur, vt quilibet alteri possit stipulari, & acquirere, quod etiam facit tabellio, tanquam publica persona. glos. & alij in d. §. alteri. Magon. decisio. Luc. 55. nu. 9. & seq. vbi subijcit eo in casu requiri ratificationem, sed Alb. in casu Ticinensis Statuti putat nulla opus esse ratificatione nimirū cōs. 480. nu. 11. Videas hac de re latissime agētē Ceuall. in suo tract. cōmu. cōtra cōmu. qu. 54. vbi recēset opiniones, Doctoresq. enumerat in ea quæstione, an acquiratur per notarij stipulationem, ante ratificationem vel secus, dubiamq. ait esse quæstionem. Osasc. decisio. 33. Thesaur. decisio. 70. Caball. Resol. crimin. 207. Peregr. cōs. 100. vol. 5. Surd. dec. 111. Gratian. lib. 3. Discept. Forens. c.
3 405. nu. 20. Iure tamē singulari † hoc esse receptum creditur in donatione, vt alteri per alterum quæratur. l. quoties. C. de donat. quæ sub modo. Osasc. d. decisio. 33. in fin. Vide Clar. in §. do-

§. donatio. quæstio. 13. Quod tamen ita debet accipi, si facta sit donatio iuxta speciem d. l. quoties, videlicet, si ex interuallo, quod significatur ijs verbis, post tempus, sit facienda restitutio tertio. Didac. Couar. libr. 1. Variar. Resol. cap. 14. num. 2. & 13. qui latè agit de expositione d. l. quoties. Secus si ex continenti. Bertazzol. consil. 18. num. 12. in ciuilib. Etenim vbi rei donatæ non est statim à media persona facienda tertio restitutio, ob inter ualliũ medij temporis quid censetur etiã personæ mediæ donatũ, secus autem vbi continuo est facienda restitutio, iuxta l. Aristo. ff. de donatio. Sic etiam ob fructus medij temporis potest relinqui ab aliquo fideicommissum, quod nonnisi ab eo potest, ad quem aliquid est peruenturum morte relinquẽtis. l. 1. §. penult. & l. 3. ff. de leg. 3. Verum d. l. quoties alias atque aliæ afferuntur rationes & expositiones, quas multo negotio poteris videre apud Couaruuiam, & Clarum locis citatis. Ego sic statuo, siue statim, siue ex interuallo sit facienda restitutio alicui tertio, iure singulari hoc esse receptum in donatione, vt alteri per alterum acquiratur, saltem vtilis actio, Didac. Couar. d. cap. 14. num. 2. & 3. vel personalis iuxta Couar. vel realis iuxta Fab. decad. 47. err. 8. & 9. vid. Molin. li. 3. de Hisp. prim. c. 12. nu. 2. neq. rationem illius l. quoties eam esse, quod videlicet ex interuallo sit facienda restitutio rei donatæ, sed id receptum esse benigna iuris interpretatione ob voluntatem donatoris, Faberd. err. 8. cuius benignæ interpretationis passim in iure sit mentio, l. 5. ff. de leg. 3. l. Scæuola ff. ad Treb. & alibi Hic autem ideo est receptum, cũ donationibus faueamus, l. si quis argentum, C. de donat. Bald. in d. l. quoties, Gul. Onciac. lib. 1. Quæst. Acad. cap. 49. in fine, & ideo dictam l. si quis argentum habere etiam locum in pacto de donando scripsit Andr. Fachin. lib. 11. contr. cap. 24. Sed Fab. contra De err. Prag. decad. 43. err. 4. qua de re scripsi in comment. De oblig. nu. 167. vel ob aliam causam, vt videre est apud Couar. d. cap. 14. nu. 2. Cæterum an restitutio debeat fieri incontinenti, vel secus, plurimum refert in casu d. l. Aristo, vt iam dixi neq. aliud sentiunt Couar. Barr. & Bertazzol. supra allegati, nam si statim sit facienda restitutio personæ mediæ, nil censetur donatum, secus si interiectum sit temporis interuallum, quamquam dici posset d. l. quoties procedere ob rationem generalem, quia

5 † res fuerit tradita, ponderando, illa verba, vt post tempus id, quod donatum est, atqui in contractibus, qui re celebrantur alteri per alterum acquiritur, l. ea quæ ciuiliter, ff. de acq. rerum dominio, Couar. d. num. 2. Bald. in d. l. quoties, nam licet per actum ciuilem alteri non acquiratur, tamen acquiritur per naturalem, Duar. ca. 3. ad tit. si cert. pet.

SVMMÆ.

1 *L. si soluturus, & l. creditor, ff. de solut. sẽsus, & num. seq.*
Depositum pecuniæ si fiat per debitorem, cuius sit periculum.
2 *Depositum debet fieri congruo loco, & tempore.*
3 *Aerosa pecunia quæ.*
4 *Nummularij probabant olim pecunias.*
5 *Nummularij, menarij, argentarij qui.*

De deposito pecuniæ, & cuius sit periculo. Cap. XXVII.

MELAE sentẽtiam probat Africanus in l. si soluturus 39. ff. de

1 solut. existimantis, si debitor † soluturus pecuniam creditori, illius iussu eam deposuerit signatam penes num-

nummularium, quo ad probaretur, & postea pereat, periculum pertinere ad creditorẽ. Verum adijcit modum idẽ I.C. vt in l. & hæc distinctio. §. vlt. ff. locat. nam si incontinenti pecunia potuit spectari, & probari, & per creditorem steterit, quominus id fieret, erit illius periculo. Secus si per ipsum non
2 steterit, vt quia † tempore, & loco nõ opportuno fiat oblatio, vel alio pacto non steterit per creditorem, vt explicat Iac. Cuiac. tract. 8. ad Afric. & iuxta hanc distinctionem debet accipi l. creditor. ff. de solut. vt etiam animaduertit Accur. nam ibi ideo periculum non pertinet ad creditorem, quia iustam ob causam recusauit tunc accipere pecuniam. vide Bologn. in l. quod te, num. 44. ff. si cert. pet. & Marisc. lib. 1. var. Res. capit. 7. Periculum autem fuit, quia pecunia tamquam ærosa à magi-
3 stratu fuit improbata. Est autem ærosa, quæ in se habet plurimum æris. Cuiac. d. tract. 8. quam lectionem sequor, reiectis alijs ridiculis lectionibus, & expositionibus, de quibus ibi Accur. & Alciat. lib. 2. Disp. cap. 25. Sic Festus appellat ærosam Cyprum, quod in ea plurimum æris nascatur. Sic. Plin. lib. 3. Nat. Hist. cap. 5. appellat aurum ærosum, & argentosum, & lib. 34. cap. 1. lapidem ærosum. Coras. lib. 1. Miscell. cap. 9. Men. de arbitr. cas. 147. Tiraq. de Retr. conuent. gloss. 6. §. 4. num. 34. Ann. Robert. lib. 1. Rerum iudi. cap. 16. & quamquam Coras. d. loco putat creditoris periculum non esse in d. l. creditor, licet sit in mora, cum vsus pecuniæ è rep. fuerit sublatus, tamen cõmuniter ea recipitur opinio, quod in d. l. creditor non adsit mora ipsius creditoris, & hanc sententiam probo Tiraq. d. num. 34. cum alijs congestis per Caroc. De dep. part. 2. quæst. 81. Cæterum quod attinet ad d. l. creditor olim solebant dari pe-
4 cuniæ nummularijs † probandæ Cuiac. d. tract. 8. Hos enim, siue ars, siue vsus longus tractandarum pecuniarum, & permutandarum ita erudiuerat, vt auri, argenti, æris qualitatem probe nosse existimarentur, vt explicat idem Cuiac. lib. 10. obs.
5 cap. 14. qui latè † agit de nummularijs, mensarijs, argentarijs, per quos fiebant solutiones. Alciat. lib. 1. Parerg. cap. 24. Vacon. lib. 1. Decl. iur. decl. 14. Coras. in l. 1. §. Præterea, ff. de offic. præf. Vrb. Menoc. de arbitr. cas. 91.

SVMMÆ.

1 *L. cum auus, ff. de cond. & dem. ratio petita a coniectura pietatis. Late Rustic. de hac lege.*

2 *L. cum auus ff. de cond & dem. non procedit, vbi rogatur quis, vt statim restituat, vel etiam in vita sua.*

3 *L. si vnquam. C. de reuoc. donat. procedit contra.*

Fabrũ non solũ in patrono, sed ẽt in alijs.

De conditione tacita natiuitatis liberorum. Cap. XXVIII.

1 VARIAS afferunt rationes nostri interpretes l. cum auus. ff. de cond. & demonstr. vnde sumpta l. cum acutissimi. C. de fidei com. Ego non puto discedendum ab ea, quã ipse Papinianus in eadem lege scriptã reliquit. Coniectura enim pietatis id suasit, quam rationem declarat Iustin. in d. l. cum acutissimi videlicet, ne videatur testator voluisse alienas successiones proprijs anteponere. Rustic. ad d. l. cum auus. lib. 1. cap. 1. qui egregiè legem illam integro illustrauit volumine. Crass. in §. fidei commissum, quæst. 32. & seq. Mantic. De coniect. vlt. volunt. lib. 10. tit. 8. Peregr. de fidei com. art. 34. Men. cõs. 625. num. 25. & lib. 4. Præs. 89. Cephal. cons. 306. numer. 8. cons. 197.

Verum Iustin. rationem carpit Fab. lib. 7. Conject. cap. 14. Inter cæteras restrictiones d. l. ea est, vt non proce-
2 dat vbi†statim quis rogatur, vt restituat hæreditatem, ac etiam intra annum, immo in vita sua. Barbat. in d. l. cum acutissimi. num. 289. Gabr. de fideicom. concl. 2. num. 42. Menoch. dicta præs. 89. num. 137. Rusticus in d. l. cum auus. lib. 1. cap. 17. num. 3. vbi huiusce rei ratio affertur. Cæte-
3 rum ex dictis legibus, atque adeo tanquam ex earum medullis, visceribus, & intimis præcordijs, vt loquitur Tiraquel. manauit l. si vnquam. C. de reuocat. donat. Tiraq. ibid. in verb. Donatione largitus. num. 250. quem vna cum alijs sequitur Rustic. in d. l. cum auus, lib. 1. cap. 1. nu. 9. & cap. 15. num. 7. & lib. 3. cap. 18. num. 36. existimat tamen Faber d. cap. 14. & 15. d. l. si vnquam, solum sibi vindicare locum in patrono, sed pugnat eius opinio cum communi opinione, & cum ratione legis. Quamobrem facessat nunc vir alioquin ingeniosissimus, cum suis coniecturis.

SVMMÆ.

1 *Actus pro validitate vehemens sumitur præsumptio, quæ alias superat.*
2 *Tempore habili censetur facta declaratio.*
3 *Actus censetur præcedere, quando ita requiritur, vt sit validus.*

De validitate actus. Cap. XXIX.

1 VEHEMENS est adeo præsumptio, quæ sumitur pro validitate actus, vt existimetur superare alias omnes præsumptiones. Alb. cons. 119. num. 39. latè Menoch. de præs. lib. 6. præs. 4. Cum igitur præfinitum fuisset alicui certum tempus
2 ad faciendam declarationem, neq. constaret, quo nam die esset facta, respondi præsumi factam tempore habili, nimirum intra tempus statutũ, alioquin corrueret actus, pro cuius validitate adeo est facienda interpretatio, vt si incontinenti eodem tempore
3 duo†actus sint gesti, & requiratur aliquem eorũ præcedere, ita factum esse credatur. Magon. decis. Flor. 10. num. 27.

SVMMÆ.

1 *Legata relicta in testamento nullo sustinentur iure authenticorum.*
Auth. ex causa. C. de lib. præt. an procedat in omni præteritione. Opinio Bart. & Fabri.
2 *Institutio hæredis irrita fit ob præteritionem & exhæredationem. Clausula codicillaris eam sustinet.*
Clausulæ codicillaris vis, & effectus.
3 *Præteritione nullum testamentum an sustineatur quoad legata, & ob clausulam condicillarem, vbi præteritio fit ab ignorante.*
Clausula codicillaris nullius effectus, vbi deficit voluntas, & nu. 5.
4 *Opinio Turreti, Fachinei, & auctoris.*
5 *Testamenti mutandi facultas plerumque adimitur.*
6 *Clausula codicillaris an ex stylo censeatur adiecta.*
7 *Clausulam codicillarem censetur rogatus notarius, an adijciat, probata consuetudine eam adponendi.*

De relictis in testamento, in quo filij sunt præteriti, maxime ignoranter & de clausula codicillari. Cap. XXX.

1 LEGATA in testamento † relicta, quod nullum, vel rescissum est ob præteritionis, vel exhæredationis vitium, sustineri iure authenticorum neminem latet auth. ex causa. C. de liberis præteritis: accipitur e-

nim ille tex. de omni præteritio: Bart. ibidem num. 2. & 4. Licet ego in illius interpretatione cum Fabro de err. Prag. decad. 39. err. 5. existimauerim præteritionem in ea Constitutione intelligi, quæ testamentum nõ facit nullum, sed quæ habetur pro exhæredatione, vt est p̃terito lineę maternæ. Institutiones autem † omnino
2 sunt irritæ ex prædictis causis, nisi adiecta sit clausula codicillaris, qua censẽtur vocati venientes ab intestato, vt scriptis hæredibus hæreditatem restituant, cuius clausulæ naturam, vim, & effectus vberrimè tradunt. Doct. in d. auth. Ex causa, in l. 1. ff. de iur. codicill. & Fab. Turret. ex professo, De effectibus, & defectibus clausulæ codicillaris. Gratian. lib. 2. Discept. Foreñ. cap. 398.

Est autem dubia illa quæstio. An,
3 quod dictum † est de præteritione, vindicet sibi etiam locum in ea, quæ ignoranter facta est à testatore, qui forte fortuna vel nondum vxorem duxerat, vel eam, cum qua matrimonium contraxerat, ignorabat graui vtero esse. Et post lõgam disputationem vtrinque relatis rationibus, & Doctorum auctoritatibus placuit Turret. in d. tract. quæst. 68. num. 78. & 101. tunc non conseruari legata, nulliusq. potestatis esse prædictam clausulã. Andr. Fachin lib. 4. Contro. iur. ca. 12. & ca. 14. Cui sentẽtiæ me subscribo, etenim quotiescunq. certi sumus voluntatem testatoris deficere, vel nobis sit verisimile, aliquid nolle testatorem, toties pronunciabimus sine effectu esse clausulam codicillarem, quæ vim suam solet à voluntate testatoris accipere. Alb. cons. 463. num 19. Atqui † creden-
4 dũ est, testatorẽ, si de filijs cogitasset, non eo modo suprema sua fuisse ordinaturum. idem Turret. quæst. 75. nu. 15. Aliud sequimur, vbi potest colligi ex mẽte testatoris, cum nihilominus relictum fuisse legata, licet de liberis cogitasset: cuius rei varias cõiecturas recensent Doct. in d. auth. ex causa, & præcipuè Cagnol. ibidem Men. de arbitr. cas. 147. Turret. q. 74. Ea præcipua est, quando testator non statim fuit mortuus, ita vt fuerit prohibitus,
5 morte † videlicet præuentus, testamẽtũ mutare, sed diu vixit, vt illius mutandi habuerit facultatem, tũc enim creditum est valere relicta ob clausulam codicillarem, cum censeatur testator in eadem voluntate decessisse. Mantic. De coniect. vlt. volunt. lib. 12. tit. 2. num. 35. & tit. 1. num. 12. Gasp. Thes. lib. 2. Quæst. Forens. quæst. 70. latiss. Turret. quæst. 62. Cost. De Rem. subsid. rem. 109. Cæterum an sit modicum, an longum tempus, iudicis arbitrio relinquitur. Gabr. cons. 113. nu. 13. & 16. lib. 1. Turret. quæst. 63. num. 3. Ego tamẽ prædictam distinctionẽ, videlicet, Diu ne superstes fuerit testator, an intra breue temporis spacium decesserit, non vsquequaque veram esse existimo, cum testatores negligant mutare testamenta, quæ susceptis, liberis sibi persuaserunt corruisse, ideo cõtrarium quandoq. respondi, maximè cum Turret. d. quæst. 62. nu. 27. fateatur dubiam esse prædictam opinionẽ, & mecum sentientem reperiam Fachin. lib. 4. Contr. iur. cap. 13. Et multo magis in ea sententia permanere, si testator diu quidem vixisset, sed repentinò interijsset, vt consului in causa cuiusdam, qui fuerat interfectus, ademptaque illi prorsus mutandi testamenti facultas. Nitebar auctoritate Iustin. in auth. Vt factæ Nou. Const. Non enim, ait Iustinianus, omnia sunt in nobis, nec semper quibusq. tempus est testandi, & repente plerumque incidunt hominibus mortes, testandi eis pòtestatem auferẽtes. Omnino autem inanis erit hæc clausula, si à legum imperito fue-

rit adscripta, cui tabellio illius vim minimè exposuerit. Bursat. cons. 436. nu. 7. lib. 4. Turret. quæst. 9. num. 2. quæst. 62. num. fin. quæst. 68. nu. 94. ignorantis enim quæ posuit esse volũtas? Quamobrèm cum hodie potius
6 ex stylo, & consuetudine † tabellionũ huiusmodi clausulæ consueuerint adponi, quam adhibita aliqua in consilium ratione, non temerè pronunciabunt iudices per eas sustineri relicta in testamento nullo. Sed non desunt existimantes, non ex consuetudine censeri adiectam hanc clausulam, sed ita iubente testatore. Hond. cons. 74.
7 num. 43. lib. 1. Immo † si non sit adiecta, licet non subintelligatur Bertazzol. cons. 25. nu. 42. Turr. de clausula cod. quæst. 138. def. 55. & quæst. 143. def. 56. tamen probata consuetudine rogatus censetur notarius, vt eam adponat. Masc. conclus. 1103. Dixi in cap. 19.

SVMMÆ.

1 *Societas an sit fœneratitia, vbi sors est in tuto & num. seq. Societas sit vno conferente pecuniam, altero operam.*
2 *Mutuum censetur, nõ societas vbi trãsfertur dominium in accipientem.*
3 *Contractus qui possunt fieri separatim, fiunt etiam eodem tempore.*
4 *Societatis contractus iustus.*
5 *Pro periculo pecuniæ certa merces solui potest.*
6 *Periculum pecuniæ, quod quis in se suscipit, potest compensari cum maiori lucro, quod facit.*
7 *In societate periculum pecuniæ ad quem spectet, vbi vnus ponit pecuniam, alter industriam.*

De pacto societati adiecto circa lucrum, & sortem. Cap. XXXI.

1 SI quis det alicui † pecuniam, qui artẽ quæstuariã exerceat, hac lege, vt, pecunia sit in tuto, pertineatq; eius periculum ad mercatorem, lucrũ autem diuidatur, traditum est huiusmodi pactum fœneratitium esse. Nat. cons. 403. & seq. licet in societate possit vnus ponere pecuniam, alter operam. Oliu. decis. 1316. Gratian. lib. Disc. Forens. cap. 160. num. 8. vbi ait operã esse loco iterusurij, Gam. dec. 110. nu. 28. Neq. enim est hæc socie-
2 ta, sed † mutuum, cum transferatur dominium pecuniæ in mercatorem, Laderch. cons. 189. nu. 4. & ita obtendatur contractus falsę, & simulatæ societatis vero mutuo, ex quo percipiantur vsuræ. Addo Sot. de iust. & iur. lib. 6. q. 6. art. 2. Fachi. lib. 2. Contr. cap. 95. Lud. Lopez. lib. 1. contr. c. 64. Plot. in l. si quãdo nu. 498. C. vnde vi, Dec. cons. 116. nu. 5. Hect. Felic. De societ. cap. 18. Anton. Come. in Comm. suis Var. Resol. tom. 2. cap. 5. De societ. nu. 5. Ant. Nald. in suis Quæst. Pract. in Verb. Societas nu. 6. Verum Caiet. lib. 16. resp. c. 11. existimat ita demum improbam esse huiusmodi conuentionem, si vno, & eodem contextu fiat, secus si ex interuallo, veluti si inita sit societas, & susceptum periculum pecuniæ separatim, vide Farin. decis. 130. Gras. part. 1. dec. aur. lib. 2. cap. 120. At Did. Couar. lib. 3. Variar. Res. ca. 2. num. 4. nihil referre putat an incontinenti, an ex interuallo initi sint huiusmodi contractus. Si enim se-
3 paratim † fieri possunt, quid prohibet quin etiam vnico celebrentur contextu, modo absit fraus, & prudentis viri arbitrio seruetur æqualitas? Val. Reginal. lib. 25. For. pœnit. nu. 247. causa 18. & num. 396. Dub. 5. tit. An licitè initi possit societas &c.
4 Societatis † contractus per se iustus est: Pariter contractus ille, in quo id
5 agitur, vt pro periculo pecuniæ † certa merces soluatur illi, qui pecuniam saluam fore promittit. Com-

pen-

pensatur igitur periculum pecuniæ,
6 quòd quis † in se suscipit cũ maiore lucro quod facit suscipiens periculũ. Hanc sententiam defendit Molin. de contract. tract. 2. Disp. 417. num. 17. Less. de iust. & iur. lib. 2. cap. 25. dub. 3. vbi hac de re latiss. Mariscott. lib. 2. Variar. Resol. cap. 132. num. 21. & olim in causa D. Saxoniæ Bartolæ eam multis rationibus, & auctoritatibus comprobauit præstantiss. I. C. Ludouicus Vismarius publicus in hoc Ticinensi Gymnasio Interpres, cuius responso simpliciter me cum alijs subscripsi, fuitq. ita Iudicatũ. Vide Cost. de facti scient. cent. 2. dist. 72. Alia est
7 † opinio distinguentiũ in simili questione, an videlicet periculum amissionis pecuniæ debeat esse commune inter socios, vbi quis confert pecuniã, alter operam, & industriam, videlicet, Aut statim contracta societate ante operas præstitas perit pecunia, & damnum debet esse cõmune, aut post ex interuallo, & secus est. Quam distinctionem non probat Fachin. d. cap. 95. Hect. Felic. De Societ. cap. 16. num. 11.

SVMMÆ.

1 *Actui quandoq. obest, quod statim fit.*
2 *Sententia lata festinanter nulla est, idem in laudo, decreto, & similib. num. 4. & quomodo id procedat num. 8. & 9. vbi distinguitur.*
3 *Pro Iudice cessat præsumptio ob temporis breuitatem.*
Festinatio solida scientia nouerca.
4 *Temporis breuitas sententiam, & alia reddit nulla.*
Iudici afferenti solemnitatem interuenisse an credatur.
Celeritas inimica negotijs magni consilij.
Tutela testamento data non censetur ob breuitatem temporis agnita.
Citationes debent cum suis fieri interuallis.
5 *Tempus ad deliberandum nonnullis petentibus concedendum, vbi res pluriũ consilio expedienda, licet alij velint suam statim proferre sententiam.*
6 *In causis criminum multo magis procedendum sine festinatione.*
In crimine lesæ maiestatis non debet iudex nimis præceps esse.
Celeritatem celeris consequitur pœnitentia.
7 *Celeritatem qua nam causa desiderent.*
Periculum vbi est in mora, iudex post impositam pœnam reddet certiorem Principem.
Mora solet inualescere seditio.
Pericula summa negligunt iuris solemnitates.
Procuratoris dimissio quando necessaria.
8 *Sententia nullitas ob temporis breuitatem non opponitur, causa iam instructa.*
Item non opponitur ab eo, cuius non interest.
9 *Tempus congruum, quo iudex possit instrui, quodnam sit.*
In Iudice subrogato non attenditur temporis breuitas. Quod declar. 1.
10 *Iudicum nimia cunctatio reprehendenda, & punienda.*
Lites celeriter terminandæ.
11 *Celeritas in bello commendatur, & in gratia referenda.*
12 *Mora longa quandoq. pro absolutione est.*
Smyrneæ mulieris exemplum clarum.
Areopagitarum præclarum iudicium, facta comperendinatione.
Statim non respondent, qui recenté peritiæ mescunt inuidiam.
13 *Mora in parendo punitur. Exemplum Regis Persarum.*
Femina neq. videre viros, neq; videri velit.

14 *Ad Principem, ad Praetorem vocati statim adcurrant.*
Rumoribus non statim credendum.
15 *Nunciata quandoq. statim, quae resciri nonnisi longo interuallo poterant.*
16 *Veritas filia temporis.*
Veritas mora, falsum valescit festinatione.

De sententia festinanter lata, & similibus. Cap. XXXII.

1 SOLET sępenumero † quod statim fit, actui obesse, exemplo nobis
2 bis sit sententia, quam si ferat † iudex statim post acceptum processum, vel modico interiecto interuallo, nullam esse tradunt Doct. in l. prolatam. C. de sentent. Fęnut. de moment. temp. cap. 27. num. 7. & 8. Vid. Felin. in c. ecclesia, num. 19. de const. Men. de praesumpt. lib. 1. praesumpt. 67. num. 31. & praes. 75. lib. 2. num. 35. & 72. Alex. Raud. resp. 17. lib. 1. num. 120. part. 1. Caball. resol. crim. 286. num. 42. Quamobrem praesumptio, quae
3 pro Iudice † est, cessat vbi temporis breuitas interuenit. Mascard. concl. 951. num. fin. solidae enim scientiae nouerca festinatio, vt inquit Plato in Dial. de Regno. Ian. Langl. lib. 11. semestr. cap. 2. pag. 708. Aldou. cōs. 20. num. 91. & seq. Valenz. cons. 6. num.
4 32. Quod procedit † in Laudo, decreto iudicis, consensu curatoris, confirmatione, alienationibus bonorū pupilli, & similibus, quae temporis breuitas reddit irrita, Men. cōs. 501. num. 43. cons. 387. num. 18. Cephal. cons. 316. num. 61. Men. cons. 508. num. 25. Redoan. de reb. Eccl. non alien. q. 32. n. 68. Benint. decis. 2. nu. 6. Borell. in sum. decis. tit. 63. num. 233. Laur. de iud. suspect. cap. 7. num. 30. Laderch. cons. 98. num. 9. & ideo iudici non creditur afferenti aliquid gestum solemniter, vbi ob temporis breuitatem nō potuit ea solemnitas interuenire. Men. cons. 108. num. 42. Praeclare Damocritus Aetolorū Praetor apud Liuium lib. 31. ait rem magni consilij negotijs nullam tam inimicam, quam celeritatem. Sed nec videtur agnita tutela testamento data ob breuitatem temporis inter mortem patris, & pupilli Surd. cons. 541. num. 1. Citationes etiam cum suis interuallis fieri debent ita, vt possint peruenire ad notitiam citati, & ille possit se iudicio sistere. Farinac. cons. 85. num. 125. 168. Immo verò si in re aliqua plurium consilio sit o-
5 pus, petentibus † tempus ad deliberandum est concedendum, licet alij velint suam statim expromere sententiam. Quod tempus arbitrio iudicis est concedendum Abb. in c. cum in veteri nume. 5. de elect. Immo si pars videat iudicem praecipitem ferri, & nimis breuem dilationem concedere poterit appellare, quae tamen appellatio non tenet, vbi grauamen nimis breuis dilationis reparari potest in diffinitiua. Maluas. cons. 73. num. 9. & 10. Quod si causae cognitio est adhibenda, & sine festinatione procedendum in causis pecunia-
6 rijs, multo magis id fieri conuenit † in causis criminum, ita, vt traditum sit etiam in crimine laesae Maiestatis non debere iudicē nimis praecipitem esse in procedendo. Vid. Farin. de crim. laes. maiest. q. 118. §. 2. num. 4. celeritatem enim celeris poenitentia, sed eadē sera, atq. inutilis sequitur, vt inquit idem Damocritus loco citato. Plura tradit in hanc rem Ann. Robert. lib. 1. Rer. iud. c. 4. l. fin. ff. de ferijs. Nulla de morte hominis cūctatio longa. Duar. ibid. Vide Lāgl. d. cap. 2. vbi latè agit de differendo supplicio. Exciperem eos casus, in
7 quibus † periculum est in mora. Crauet. cons. 179. num. 1. tunc enim iudex post

post impositā pęnā, statim reddet certiore Principē. Adeas l. si quis filio, §. hi autē, ff. de iniusto rupto, cuius sunt hæc verba. Nō pœna festinatione, sed præueniendi periculi causa. Ideo in summis periculis iuris ordine, atque accusationum formulis non vtimur, sed inauditos, indicta causa, immo priusquam inter reos sint recepti, dānamus, occidimus. Mora.n. inualesceret seditio. P. Aerod. lib. 7. Rer. iud. tit. 9. cap. 2. In illis etiam causis, quę celeritatem desiderant, vt dāni infecti, rerum breui tempore perituratum, & similium deber quis procuratorem dimittere, etiā si alioquin eius dimissio nō esset necessaria. Odd. de restit. in integr. q. 30. art. 10. Latiss. autem agit Maur. Burg. De modo proceden di ex abrupto, & in quibus causis sic procedatur in suo peculiari libro. Ve-
8 rum quod diximus † nullam esse sententiam, vel similem actū ob temporis breuitatem, ita temperandum est, vbi causa non est instructa, & adeo breue est tempus, vt intra illud nō potuerit de causa cognosci, quæ per sententiam fuit decisa. Menoch. d. cons. 387. num. 18. cons. 508. num. 25. Stephan. Gratian. Discept. Forens. cap. 153. nu. 2. & 8. vbi num. 9. ait nō posse opponi hāc nullitatem propter temporis breuitatem ab eo, cuius non interest, Seraph. Oliu. decis. 455. num. 9. vbi inquit tēpus dierū 27. visū fuis-
9 se † congruum. quo iudex potuerit instrui. Crau. d. cons. 179. nu. 1. & 5. quo in loco affirmat, non posse allegari hanc nullitatem sententiæ, nisi probetur, iudicem aliter pronuciaturum vbi tàm citò sententiam non protulisset. Quod minimè probo. Caball. d. resol. 286. num. 42. Item in iudice subrogato hæc temporis breuitas non spectatur. Marisc. lib. 2. variar. Resol. cap. 115. Quod intelligo, vt nō requiratur tātum temporis spacium ad instructionem illius, quantum in primo. Aut igitur constat non fuisse adhibitam cognitionem, aut constat ad hibitam, & res clara est; aut du bitatur, & tūc ex tempore interiecto sumimus coniecturam adhibitæ, vel non adhibitæ causæ cognitionis, & præsumitur id factum, quod consueuit præcedere. Surd. decisio. 334. E contrario nimia cunctatio, & negligentia iudicū reprehendēda, ne lites fiant immortales, ideo celeriter eas
10 terminari debere statuit † Sum. Pont. in cap. iurgantium de sent. & re iud. vbi plura hac de re Doct. Immo puniuntur, iudiciarioque munere priuantur iudices, vbi ter ex interuallo requisiti negligunt ius reddere. Sol. ad Const. Sab. Quo temp. proc. sint form. gloss. vnica. num. 11. Libet hęc concludere præclara illa Sallust. sententia in Catil. Priusquam incipias, consulto, &, vbi consulueris maturè factos est opus, quod à Græcis mutuatus est. Celebre est adagium Festina lente, de quo multa Parœmiographus Celeri-
11 tas quādoq; † summopere commendatur, vt in bello. M. Tull. Pro Lege Man. vnde illud Veni, Vidi, Vici. Quod sit vt ait Liui⁹ lib. 25. in occasionis momento, cuius præteruolat opportunitas, cunctatus paulum fueris, ne quiquam mox amissam queratis. In referenda pariter, & promerenda gratia minime cunctadū. Celebre est Epigramma Græc.

Gratia, quæ tarda est, ingrata, est gratia namque.
Cum fieri properat gratia grata magis.

Vel

Si bene quid facias, facias cito, nām cito factum
Gratum erit, ingratum gratia tarda facit.

Vide Parœmiograph. *Bis dat, qui cito dat.*

Tacit.

Tacit. lib. 1. Annal. licet aliò spectās, Tarda sunt, inquit, quæ in commune expostulantur. priuatam gratiam statim mereare, statim recipias. Non omitto hoc loco quandoque longam
12 † moram, & dilationem, siue comperendinationem damnandi, absoluendiuè pro absolutione esse. exemplum refert Petr. Aerod. lib. 8. Rer. iud. cap. 4. tit. 6. De Parricidijs. Materfam. Smyrnę ex nescioquo pepererat iuuenem eximiæ indolis. Hunc secundus vir Smyrnææ mulieris, & filius occiderant. Quamobrem percita ira, & dolore mulier vtrunque veneno sustulerat. Accusata fuit. Gn. Dolabella Procons. Asiæ rem totam ad Areopagitas Athenas reiecit. Illi accusatorem, & mulierem centesimo anno iusserunt adesse. Qua comperendinatione, neque absoluta fuit mulier, cum per leges id fieri nequiret, neque pœna adfecta, quæ veniā meruit. Meminit Valer. Max. lib. 8. Fact. & dict. mem. Agellius lib. 12. cap. 7. Noct. Attic. Menoch. de retinenda possessione rem. 3. num. 750. Et qui recentem pertimescunt inuidiam non solent statim se ab obiecto crimine purgare, sed postea, vt apud Cic. Pro Rabirio. Mora etiam in-
13 † non parendo statim punitur ita, vt confestim non parere perinde esse videatur, ac non parere. Exemplum suppeditat P. Aerod. lib. 4. tit. 17. cap. 1. De diuort. de Rege Persarum Assuero, qui ex sententia consilij Reginæ repudium misit, quod statim non paruisset. Verum illa omnino venire detrectauerat, quod rem parum decoram Rex, post epulas factus hilarior mandasset, inquit enim D. Ambrosius, Neq. videre viros, neque videri velit femina. Magis appositum exemplum affert idem Aerod. lib. 3. tit. 3. cap. 5. de eo, qui non statim accurrit vocatus ad Principem. Incon-
14 tinenti † igitur vocati ad Prætorem, & multo magis ad Principem debent ire. Periculosum est valde præterea rumoribus temere, & statim credere, & multo magis ex illis aliquid statuere. Hinc enim infinita propemodum manarunt incommoda, licet, quandoq. contigerit, vt quæ nisi longo interuallo resciri poterant,
15 † momento fuerint verè nunciata, quod exemplis illustrat P. Aerod. lib. 6. Rer. iud. cap. 26. 27. tit. 8. expectandi igitur certi cuiusq. rei nuncij, neque statim ex rumoribus quidquā decernendum. Notum est adagium.
16 veritatem † esse temporis filiam, & præclarè Tacitus lib. 2. Annal. Veritas visu, & mora, falsa festinatione, & incertis valescunt.

SVMMÆ.

1 *Obreptio, & subreptio an differant.*
2 *Rescriptum vitiatur, nisi fiat mentio litis mota, & quomodo id procedat nu. 3.*
3 *Litis mentio non debet fieri in rescripto, vbi ob diuturnitatem temporis illis esset renunciatum.*

De obreptione, & subreptione. Cap. XXXIII.

NOTVM est discrimen, quod
1 † inter obreptionem, & subretionem nostri constituunt Doctores; illa enim falsa narratione committitur, hæc veri taciturnitate, vel obscura, & perplexa eius narratione Abb. in cap. cū dilecta nu. 15. de rescript. Verum, & veteres I. C. & recentiores, ac etiam boni alij omnes scriptores promiscue hisce vtuntur vocabulis; vt animaduertit Menoch. de arbitr. cas. 201. nu. 9. vbi, & in cap. 202. latè agit de hoc vitio. Cæterū vbi lis
2 est cœpta, debet † illius mentio fieri: alio-

alioquin eius omissio vitiat rescriptũ. Sufficit autem causam fuisse commissam, & partem aduersam fuisse citatam, vel eius notitiam habuisse. Menoch. d. cap. 202. num. 4. Marisc. lib. 2. Variar. Resol. cap. 85. nu. 10. Quod tamen non procederet, vbi diu abstinuissent litigatores † a lite ita, vt illi
3 dicatur renunciatum. Menoch. d. ca. 202. num. 14. Quam sententiam non aliter amplecterer, quã si ex lapsu téporis diuturni renunciatio litis induceretur.

SVMMÆ.

1 Fuga potest alicui obijci tanquam delictum, & tanquam indicium.
Fuga quando faciat indicium.
2 Fugiens e carcere qua pœna puniatur.
3 Fugiens si statim reuertatur an puniendus, & qua pœna num. 4.
Redeundi animum ille dicitur habuisse, qui statim redijt.
4 Fideiussor de non recedendo a certo loco, & districta, Carceris priuati pœnam euitat, qui captos statim consignat.
Carcerem priuatum non committit, qui capit, vt statim occidat, nam maiori est locus pœna.
Senatus qua pœna afficiat aufugientes è carcere, & statim redeuntes.

De fuga. Cap. XXXIV.

1 FVGA aut obijcitur † alicui tanquam delictum, & ea probata, delictum dicitur probatum. Doct. in l. admonendi, ff. de iure iur. Men. conf. 230. num. 79. Aut obijcitur ad probationem alterius delicti, & tunc requiruntur alia adminicula, vt faciat indicium. Men. d. conf. 230. num. 77. & distinguitur, an quis arripiat fugam ante citationem, vel accusationem, siue inquisitionem, an post Menoch. conf. 183. num. 25. Farinac. conf. 88. num. 10. conf. 5. num. 85. & latiss. quæst. 48. Peregr. decis. 17.
2 Non leuis autem † oritur perpetrari criminis suspicio contra fugientes è carcere, quos etiam solet Sen. Excellentiss. pœna aliqua, veluti tribus ictibus equlei plectere, Farinac. quęst. 30. num. 22. vbi Clar. allegar, immo fugiens è carcere, eo facto habetur pro cõfesso quoad delictum, pro quo fuerat carceri mancipatus, Cabal. resol. crim. 213. Clar. in sua praxi crim. §. fin. quæst. 21. vers. Tertio autem, Boss. in tit. De captura num. 20. & De carcere num. 4. Mascard. de probat. concl. 265. Farinac. conf. 59. nu. 5. & latiss. q. 30. vbi num. 22. post enumeratas plurimas opin. censet hanc esse pœnam arbitrariam. Caball. resol. crim. 100. num. 14.
3 Verum si fugiens † statim reuertatur, excusandus erit Boer. decis. 215. num. 18. & 19. Clar. d. loco, vel mitiori pœna erit puniendus, etiam si post aliquot dies redierit. Thes. decis. 77. num. 4. Nihil enim est tam naturale, quàm libertatis appetitio, in quam se quilibet modis omnib. studet vindicare, & præsertim vbi tetro alcui carceri fuit inclusus, quæ tamen ratio nimis late patet, nam per eam excusari deberent, etiam non reuertentes. Addo Hond. conf. 94. num. 3. & 25. vbi probat habuisse eum animũ redeundi, qui statim redijt, Farinac. q. 30. nu. 156. vbi causam requirit, cum nec dicatur factum, quod factũ non durat, Mascard. d. concl. 265. nu. 22. Quæ obtinent in eo, qui promisit non recedere a certo loco. Caball. resol. 212. & in fideiussore, qui districtæ dicitur, vide Caroc. decis. 28. in fine. Eodem modo euitat quis pœ-
4 nã priuati † carceris, de qua Farin. conf. 60. nu. 4. & q. 27. qui capit statim delinquentes, & qui incontinenti captos consignat. Farin. conf. 59.

G nu.

num. 77. & 78. Clar. in §. fin. Prax. Crim. quæst 68. ver. Priuatum, immo qui capit, vt statim occidat, non tenetur pęna priuati carceris, quia maior eum manet pœna, Farin. d. conf. 80. num. 4.

Verum non impunè omnino solēt abire ij, qui fugiunt, licet statim reuertantur Men. cas. 301. Mascard. d. concl. 265. num. 24. Farin. q. 30. num. 151. Caball. d. resol. 212. & solet Senatus aliqua pœna eos coercere. Die 26. Nouembris. 1619. me referente censuit Senatus quosdam Bazinettos loci Albirati duobus ictibus funis publicè plectendos ob arreptam fugam è carcere, eo effracto, licet eodem die redijssent.

SVMMÆ.

1 *Portio an accrescat inuitis, an volentibus in iure accrescendi. Iulius Sannazarius I. C.*
2 *Accrescit portio in hæreditatibus inuitis, & quare nu. seq. Hoc quandoque cessat nu. 5. vsque in fi.*
3 *Hæreditatis partem qui agnouit non potest amplius repudiare.*
Hæreditatis pars adiri non potest, pars repudiari.
4 *Ius accrescendi cum substitutione vnitum multo magis habet locum quoad inuitos.*
5 *L. cum hæreditate. ff. de acq. hær. declaratur.*
Inuitis non accrescit portio hæredis necessarij, qui abstinuit, vel minoris restituti.
6 *L. si duo, l. si minor. ff. de acq. hær. exponitur.*
7 *Portio deficientis cohæredis alteri accrescit, non autem cohæredis patrimonium.*
8 *Hæres vbi quis fuit semel, non desinit esse hæres.*
Hæreditas adita fit patrimoniū hæredis.
9 *Ius accrescendi non procedit quoad inuitos hæreditate delata domino per seruum.*
10 *In legatis habet locum ius accrescendi solum quoad volentes; & quæ sit ratio.*

De iure accrescendi. Cap. XXXV.

IN materia iuris accrescendi inter cæteras quæstiones, quas præt. anno examinauimus, dum publicè rub. & l. vnicā, C. quādo non petent. part.
1 † interpretaremur, quam commentarijs suis editus illustrauit præstantiss. I. C. & Interpres Collega meus Iulius Sannazarius illam expendimus. An videlicet portio accrescat inuitis, an volentibus. Quam sane quæstionem subtili distinctione explicat, & decidit doctissimus Massinius, mirus, vt ita dicam, distinctionum architectus in d. rub. num. 164. & 167. Ego sic statuo in præsentia
2 omissa omni disputatione. In † hæreditatibus accrescit portio hoc iure inuitis. glos. in d. l. vnica. in fin. vbi Paulus Pic. num. 28. Crass. in §. ius accrescendi quæst. 29. Duar. lib. 1. De iure accrescendi, cap. 2. & 3. lib. 2. cap. 1. Hug. Donell. De iure ciuili, c. 12. lib. 7. in princ. Ex quo præcipuè habemus huius rei rationē a duobus principijs iuris nostri peti posse: quorū vnum est. Qui partem hæreditatis
3 † agnouit, amplius non potest eam repudiare, l. 4. C. de repud. hæred. alterum est, eiusdem hæreditatis partem non potest quis habere, partem repudiare, l. 1. & l. 2. ff. de acquir. hęred. l. quidā in fine. C. de iure delib. His duobus principijs efficitur, vt inuitis accrescat portio, l. vnica, §. his ita, C. de caducis tollēd. Accedat reg. l. ius nostrum, ff. de reg. iur. Multo magis quoad inuitos existimatur
4 † habere locum ius accrescendi cum sub-

fubſtitutione vnitũ l. teſtamento, C. de impub.

5 Ceſſat, quod dixi multis in † caſib⁹, Primus eſt in l. cum hæreditate, 55. ff. de aequ. hær. cuius rei multiplex affer tur ratio. Rip. in l. re coniunċti. ff. de leg. 3. num. 184. & quam exponit, & confirmat. Ann. Rob. lib. 4. Rer. iud. c. cap. 5. Vaſq. de ſucc. progr. lib. 3. §. 23. num. 48. Fab. de err. Prag. decad. 50. err. 8. & 9. vbi eam legem declarat. Ego puto id procedere ea ratione, q̃a ibi agitur de hærede neceſſario, qui Prætoris beneficio ſe abſtinuit ab hæreditate, l. neceſſarij 57. ff. de acq. hær. quod beneficium in cohæredum dam num non eſt trahendum. l. impub. 40. ff. de admin. tut. & ideo quando neceſ ſarius abſtinuit poſt aditam à cohærede portionem, datur optio ipſi cohęre di, vt poſſit, vel totam retinere hæreditatem, vel totam repudiare, ſicque non præciſè, ſed cauſatiuè accreſcit in uitis portio abſtinentis. Quamobrem improbantur DD. quos refert, & ſequitur. Craſſ. d. quæſt. 29. num. 2. dũ exiſtimant d. l. cum hæreditate procedere etiã in extraneo. Eadẽ ferè ratione reſp. I. C. in l. ſi minor 61. ff. de

6 acquir. hæred. † non accreſcere inuito portionem minoris, qui ex parte hæres extitit, ſi deinde in integrum fuit reſtitutus poſt agnitam à coherede portionem. ſecus eſſet, ſi cohæres poſt reſtitutionẽ agnouiſſet portionẽ ſuã, vel nõ fuiſſet adita portio à minore l. qui ex duab. §. qui ſemel. ff. de acquir. hæred. Odd. De reſt. in integr. quæſt. 62. art. 11. Addo rationẽ, l. ſi. duo 38. ff. de acq. hæred. ob quam crediderim, ſi incontinenti poſt abſtenſionem vel re ſtitutionem agnoſcat cohæres portionẽ ſuam, non cogi eum præciſè adire hæreditatem totam, neque enim ſcit aut ſcire potuit fore, vt oneribus implicaretur, & ideo ea conditione non cenſetur adire, quando nimirum ſtatim adit, & hoc etiam probatur per dictionem illam. Poſtea in d. l. ſi duo, quã ſæpe diximus indicare temporis interuallũ. Acceda talia ratio d. l. cum

7 hæreditate & d. l. ſi minor, nã † portio deficientis cohæredis alteri deber accreſcere, nõ aũt ipſi⁹ cohæredis patrimonium, l. qui ex duabus 53. §. vlt. ff.

8 de acq. hæred. Sed vbi ſemel † quis fu it hæ res, non deſinit eſſe hæres. l. ait 7. §. ſed quod Papinian⁹, ff. de minor. & hæreditas cœpit fieri patrimoniũ hæredis, nec eſt amplius hæreditas, d. l. qui ex duabus 53. §. vlt. ff. de acquir. hæred. & ideo Fab. d. loco exiſtimat in dictis legibus non eſſe locum iuri accreſcendi, cum portio ſit quæſita, ſed d. l. cum hæreditate procedere in abſtinente ſuo iure, l. ſi minor in reſtituto in integr. Alius eſt caſus, in quos prædicta regula ceſſat in §. ſi quis implens. in auth. De hæred. & Falcid.

9 Tandem, vt cæteros † omittam, ceſſat dicta regula, quando delata eſt hæreditas domino per ſeruum, nam tunc poteſt dominus, cui pars vna quæſita eſt, alteram repudiare, quæ illi poſtea fuit delata, iuxta l. ſi ſolus 80. §. fin. ff. de acqu. hær. Quod verũ quãdo ex interuallo altera portio defertur domi no per ſeruum. ſecus ſi incontinenti vno, & eodem tempore. l. ſi hæres. 35. ff. de acq. hær. & tradit Duar. d. cap. 1. lib. 2. & ſequitur Maſſin. dicto num. 167.

10 Cæterum in legatis ſolum uolentibus pars repudiata accreſcit. l. vnica §. vbi autem, C. de cad. tollendis, nam legata fiunt tantum gratia legatariorum, cum hæredes etiam gratia teſta torum inſtituantur. Qua tñ in re diſtinguitur iuxta varietatem coniunctionis. Doct. in l. re coniuncti. ff. de leg. 3. vbi Bolog. nu. 355. & ſeq. Duar. d. ca. 1. in fi. Craſſ. d. §. ius accreſcendi in fi. q. 29. De qua coniunctione agendum cap. ſeq.

SVMMÆ.

1 *Coniunctio iuris accrescendi fundamentum.*
Coniunctio quid.
2 *Coniunctio quotuplex.*
L.1.§.1.ff.de vsufructu accresc.
L.& Proculo,ff.de leg.2.declarantur, et conciliantur.
3 *Coniunctio verbalis,qua.Coniunctio mixta qua.*
4 *In l.huiusmodi,§.quibus,ff.de leg.1.nulla adest coniunctio.*
Coniunctio non est, vbi non est vnitas, & vbi sunt res demonstrabiles ad oculum.
5 *Coniuncti vbi concurrunt quinam praferendi,& num.seq.*
6 *L.Re.coniuncti,ff.de leg.3.sententia.*
Octauianus Picenardus I.C.publicus Interpres.
L.si ita quis haredes,ff.de hared.inst.sensus.
Coniunctus verbis re cõiuncto praefertur iuxta communem opinionem.

De coniunctione plurium reali, reali, & verbali, & verbali tantum.
Cap. XXXVI.

CAPVT spectans ad ius accrescendi iure sequitur præsens, in
1 quo agendum de coniunctione † quæ solet esse iuris accrescendi fundamentum, Pereg.conf.57.nu.3.vol.5.est autem coniunctio nihil aliud, quam plurium personarum connexio, vel vnio ad successionem. Hinc appellantur cõ
2 iuncti. Duplicem † esse tradunt DD. cõiunctionem, legalem, & hominis Bolog.num.16.in rub.C. quando non pet.part.quæ traditio est præter veterum Iurisconsultorum morem, apud quos nulla reperitur legalis coniunctionis mentio. Legalis exemplum affertur, quando lex plures vocat eodem, tempore ad eandem rem nominibus collectiuis, puta filiorum agnatorum, cognatorum, fratrum. Licet enim dicat lex. Agnatus proximus familiam habeto, tamen non est dubiũ, quin si plures sint agnati, omnes admittantur §. si plures. in Inst. De leg. agnat.success.l.2.ff.de suis, & leg.hæred.Duar.lib.1.cap.1. De iure accresc. Aliud affertur exemplum in l. & Proculo, 20.ff.de leg.2.vbi Celsus I. C. refert sententiã Proculi, à quibus dissentire Iulianum in l.1.§.1.ff.de vsufr. accrescendo existimat Iacobus Cuiacius in Parat.eiusdẽ tit. licet d.l.& Proculo loquatur de proprietate relicta seruo plurium dominorum, vbi non habet locum ius accrescendi, & l.1.§.1.de ipso vsufructu, vbi procedit ius accrescendi. Rationem discriminis pete à Duar. d.lib.1. De iure accresc. cap.13. Ideo per d.l.& Proculo traditum est in coniunctis legatarijs legali coniunctione nõ habere locum ius accrescendi. Peregr.d.consil.57.num.2.Alc.in d.rubr. C. quando non pet. num.9. Coniunctio hominis duplex est, plena, & semiplena. Bolog. ibidẽ. Sed melius est, sequi veteres I.C. in l.triplici, ff.de verb.sign.in l.re coniũcti.ff.de leg.3. Constituentes, triplicẽ coniunctionem re tantum, re & verbis, & verbis tantum. in l. Si duob.§. vlt.ff.de leg.1. ponitur discrimen inter coniunctos re, & verbis, & coniunctos verbis tantum, vt enim adsit coniunctio verbalis, quidquid statuant alij, requiritur, vt plures ad eandem rẽ
3 † vocentur, sed partibus distributis, cum in coniunctione mixta re, & verbis non fiat distributio partiũ expressa. Duar. d.lib.1. cap.9. Quamobrem si duobus eadem oratione res diuersæ
4 legatæ sint, non erunt verbis † coniuncti, l.huiusmodi, §. quibus. ff.de leg.1. vbi existimo nullam factam esse coniunctionem. Peregr. de fideicom. art. 9.nu.

9.num.8.Coraſ.in l.teſtamento,C.de impub.num.10. Hug.Donell.de iure ciuil.li.7.c.13.nec.n.adeſt vnitas,& vbi res ſunt ad oculum demonſtrabiles nõ eſt coniunctio verbalis. Pereg.cõſ. 59.lib.1.num.1.Fachi.lib.4.cõtr.iur. cap.94. Men.conſ.1008.nu.2.& conſ. 10069.nu.22.Vid.Mãt.d.tract.li.10. tit.3.num.6.Cæterum vbi inter ſe cõcurrunt coniuncti hac triplici coniun
5 ctione † non eſt ambigendũ, quin potiores ſint, & cæteris preferendi re, & verbis coniuncti, Mant. de coniect. vlt. volunt. lib.4. tit. 11. nume. 13. Sed anceps eſt quæſtio vbi re tantum coniuncti,& verbis tantum coniuncti inter ſe contendunt. Difficile eſt autem hanc dirimere quæſtionẽ, quæ fuit olim inter veteres gloſſatores; & recentiores interpretes in d. l. re coniuncti ob legis illius obſcuriſſi-
6 mam ſententiam. Ego ſemper exiſtimaui Paulum I. C. in d. l. re coniuncti affirmare coniunctum verbis tantum præferri, re, tantum coniuncto, cum verba illa finalia. Et magis eſt, vt & ipſe præferatur,ſint accipienda de verbis tantum coniuncto,de quo fuerat quæſitum. Inci di nuper in præclarum locum Fachin. lib.4. contr. c. 94.vbi hæc comprobãtur, & eandem opin.defendit clariſſ.I. C. Cremonenſis Collega meus D. Octauianus Picenardus in d. l. re coniuncti: vocantur enim verbis tantum coniuncti ad eãdem rem, licet partes diſtribuãtur, & coniunctorum nomina veniunt, l. 1. §. interdum, ff. de vſufr. accreſc. quaſi in vnum corpus ſint redacti, cũ tamen re coniuncti, diſiuncti appellentur, l.vnice.§. his ita, §. ſi eadem res C. de cad. tollend. Communem hanc appellat Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 46. eamq. ſequuntur relati per Craſſ. lib. commu. ſent. §. ius accreſcendi, quæſt. 13.num.7.Coraſ. in d.l. teſtamento, num.14.vbi reſpondet contrarijs, ſimulque tẽperat hanc opinionem,vt procedat,quãdo ex interuallo realis poſt verbalem, aut verbalis poſt realem coniunctio facta eſſet. Si autem incontinenti vna coniunctio aliam ſequatur, tunc ait veram eſſe Bart. & aliorum opinionem, quæ videtur æquior, admittit enim ex æquo dictos coniunctos, Craſſ. d. num.7.cum tunc non tam coniuxiſſe, quam celeriter dixiſſe videatur, & ita erit accipienda, l.ſi ita quis hæredes.ff.de hæred.inſt.At Vaſq. De ſucceſſ. progreſſ. tit. de hæred. inſt.lib. 1. §. 3. numer. 86. poſt relatas aliorum opiniones latiſſime probat eam ſentẽtiam, quod re coniunctus præferatur verbis coniuncto. Et hanc rem totam aliter explicat Hug. Donell. de iure ciuil. d. cap. 13.exemploque declarare nititur d. l. re coniuncti quo Baro. in §.ſi eadem.in Inſt. De leg. vſus eſt. Sed nobis placet prædicta opin. quod verbis coniunctus præferatur, vel ſaltem amplectimur æquitatem ſententiæ Bart. Cæuall. lib. Quæſt. commu. cõtra commu. quæſt. 99. maxime vbi incontinenti vna coniunctio aliam ſequitur.

SVMMÆ.

1 *Voluntas Teſtatoris, maxime ſpectanda.*
Voluntas colligitur ex incontinenti ſcriptis.
2 *Corrigere incontinenti ſe ipſum quis non creditur.*
3 *Vxori non cenſetur ſtatim relicta proprietas poſt legatum vſus fructus, idẽ in filia.*
Voluntatis mutatio non præſumitur.
4 *Teſtator non cenſetur receſſiſſe a priore inſtitutione ob pœnam nullitatis adiectã alienationi.*
5 *Ratio adiecta prohibitioni alienationi incontinenti non extendit, fideicommiſſũ*

vbi

vbi refertur praecedentibus.
Iulius Aresius, Iacobus Menochius Praesides.
6 *Prohibitio alienationis cuius fauore censeatur facta.*
7 *Filij primi matrimonij, an, & quando in casu stat succedant iuxta l. hac edictali.*
8 *Ex testamento nullo, & reuocato colligitur declaratio voluntatis.*
9 *Henricus Arsagus I.C. Med. & Iacobus fratres.*
Ludouicus Madius Vicepraeses Sen. Med.

De voluntatis mutatione non praesumenda. Cap. XXXVII.

1 VOLVNTATEM testatoris† quam potissimũ in vltimis voluntatibus spectamus Rol. Vall. cons. 35. nu. 3. lib. 3. Menoch. cons. 95. num. 104. lib. 1. Gall. cons. 114. non praesumimus mutatam Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 12. tit. 1. maxime incontinenti. Neque enim quis cen-
2 setur † statim vellem se ipsum corrigere, l. non ad ea 89. ff. de cond. & demon. Rot. Rom. decis. 640. part. 1. nume. 20. in nouiss. Quamobrem consuluit Bellon. cons. 6. numero 13.
3 non censeri relictam † proprietatem vxori, licet adscripta sint nonnulla verba statim post legatum vsusfructus, quae videantur inferre dominiũ, idem tradit Barth. Bertazz. consil. 51. nume. 16. in ciuilibus. absurdum enim esset, testatorem ex continenti voluntatem mutasse, & veluti à se ipso desciuisse. Alb. consil. 529. nu. 23. & cum voluntatis mutatio non praesumatur, multo minus debet praesumi incontinenti. Honded. consil. 69. numero 12. & seq. libr. 1. vbi ait non cẽseri relictam proprietatem filiae, sed tantum vsumfructum, ne substitutiones dicantur statim reuocatae, quae factae fuerant in eodẽ testamẽto. Hinc ad alia similia posset inferri. Surd. cons. 352. nu. 3. cons. 362. nu. 15. cons. 365. nu. 10. Aldouin. cons. 71. nu-
4 23. Quamobrẽ olim respondi † testatorem, qui institutionem fecerat sub cõditione non censeri ab ea recessisse ob poenã nullitatis adiectam prohibitioni alienationis, ne statim videretur se ipsum correxisse, & ideo non esse contẽtũ poena nullitatis, vt in casu Surd. cõs. 559. nu. 4. & seq. vbi specialis prouisio facta est in vtroq. casu. Ob eandẽ rationem dixi etiam in alia specie nõ
5 censeri inductum † nouum fideicommissũ, vltra personas supra expressas ob rationem subiectam, Bardell. cõs. 99. nu. 38. ne censeatur quis incõtinẽti se ipsum correxisse, Odd. cons. 44. n. 19. & 39. Gabr. de claus. concl. 9. nu. 9. Vid. Thes. quaest. Forens. 117. nu. 18. li. 3. & quia ratio incontinenti adiecta censetur correspectiua ad praecedẽtia iuxta celebre cõs. Dec. 636. nu. 8. Alex. cõs. 59. in fin. lib. 3. Ruin. cõs. 134. nu. 14. 15. & 16. lib. 3. Peregr. cõs. 23. n. 23. li. 4. Seraphin. Oliu. decis. 1023. nu. 5. & 10. & decis. 1216. num. 12. Quod sequitur Rot. Rom. decis. 558. in pri. parte Borgnin. decis. 5. nu. 66. & seq. part. 3. & caret omni dubio, vbi adsũt verba relatiua, & restrictiua. Men. cons. 376. nume. 47. & seq. cons. 315. num. 43. lib. 3. Surd. decis. 85. cõs. 448. num. 17. Fachin. lib. 3. cõsil. 92. num. 21. Cephal. cons. 17. num. 24. consil. 477. num. 16. cons. 269. nume. 46. Torniol. cons. 8. num. 80. cons. 76. num. 19. Mariscott. libr. 2. variar. resol. cap. 103. Bursat. cons. 195. nume. 7. Peregr. de fideicom. artic. 11. numero 55. & art. 14. num. 22. Rim. iun. cons. 279. num. 34. vol. 3. cons. 535. nu. 46. vol. 5. Bardell. d. consil. 99. Odd. consil. 66. Alban. cons. 1. numero 9. Hond. cons. 78. nu. 50. lib. 1. Molin. de Hisp. primog. lib. 1. c. 5. num. 37. & lib. 3. cap.

cap. 5. num. 24. Seraph. Oliu. decis. 1373. Ex his respondi in eadem specie pro vxore Illustriss. Præsidis Iulij Aresij, quem vnice semper obseruaui, & colui contra d. Menoch. pariter Præsidis, ac etiam Præceptoris mei cons. 900. Ob eandem Decij tra-
6 ditionem d. cons. 656. in alia † causa dixi non fauore prohibiti, sed aliorum censeri factam prohibitionem alienationis a testatore ex eo, quod factum fuerat incõtinenti, prohibitio enim alienationis statim facta censetur respicere fideicommissarios. Ob huiusmodi rationem, & alias responsum fuit contra Ruin. cõs.
7 59. vol. 3. verb. illa, Saluo iure liberorum in Stat. Med. 298. de quo Carpan. vol. 1. efficere, vt filij primi matrimonij non vindicent sibi vniuersam successionem, sed solum succedere possint iuxta l. hac dictali, C. de sec. nupt. Dec. cons. 283. num. 4. Carpan. dicto loco nu. 318. qui perperam allegat Rum. Addo Alc. Rol. Vall. relatos per Menoch. de præsum. lib. 6. præs. 37. num. 25. & ideo cum id statuto Serrauallensi cessent prædicta, & aliæ rationes, existimaui posse sustineri opinionem Ruin. Neque
8 vero † declaratio in vltimis voluntatibus, & in alijs ab eo petitur solum, quod incontinenti est secutum, cuius rei innumeræ sunt species, sed ex eo, quod antea est factum, etiam ex interuallo. Crauet. consil. 113. num. 6. Immo ex actu etiam nullo voluntas declaratur. l. fin. ff. de rebus eorum, quæ lex procedere existimatur non solum in testamento nullo, sed etiam in reuocato, vt inde pariter dubiæ voluntatis sumatur interpretatio. Crau. d. num. 6. licet alij dissentiant, vt videre est apud Peregrin. de fideicom. art. 16. num. 51. Gabr. consil. 97. nu. 28. volum. 1. qui in eo vim facit, an statim, an ex interuallo sit reuocatũ. Barzi. decisio. 93. nu. 17. & seq. Ego
9 hac de re egi in causa † præstantissimi I.C. ex selectis Iudicib. Mediol. Henrici ex Capitanis de Arsago de Ripalta, & fratris Iacobi, viri ornatissimi aduersus quosdam alios cum subtilissimis dubitationibus Illustrissimi Vicepræsidis Senatus Mediol. Ludouici Madij satisfacere conarer. Vide Torniol. consil. 76. num. 30. Gall. cons. 106. num. 105. Menoch. de Præsumpt. lib. 4. Præs. 15. & præsumpt. 177. eod. libr. Valasc. consult. 61. num. fin. qui vberrime hac tota de re tractant.

SVMMÆ.

1 *Quantitas, de qua in duobus instrumentis an sit eadem, nec ne.*
2 *Temporis diuersitas arguit diuersitatem facti.*
3 *Subscribens censetur approbare scripturam, cui se subscribit. Distingue.*

De quantitate repetita, & scriptura subscripta. Cap. XXXVIII.

ILLVD sæpenumero venit in quæstionem. An quantitas, cu-
1 ius † fit mentio in duobus instrumentis, vel apochis sit eadem, an vero diuersa. Qua de re eleganter, & pluribus distinctis capitibus tractauit Menoch. de arbitr. cas. 213. In vniuersum, quod præsentem respicit tractationem affirmamus, præsumi diuersitatem summarum, vbi plures scripturæ ex interuallo sunt scriptæ. Surd. consil. 80. num. 18. Mascard. de probat. conclus. 1255. num. 33. diuersitas
2 † enim temporis arguit diuersitatem facti. Plurimum pariter refert, an quid
3 fiat statim, an ex interuallo in † quæstione de subscribente, numquid censeatur scripturam approbare, cui se subscribit. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præs. 66. num. 26.

SVM-

SVMMÆ.

1 *Commissoria lex quæ in venditionibus, & pignoribus. Fiducia quæ fuerit antiquis.*
2 *Commissoriæ legis pactio perperam appellatur.*
3 *Commissoriæ legis pactio quæ dicitur in pignoribus improbatur, secus in venditionibus.*
Et quomodo id procedat.
Pacta resolutiua contractus statim debent adijci.
4 *Pactioni commissoriæ an censeatur receptione, vel petitione pretij renunciatum.*
Temporis ad redimendum lapsus, an censeatur sublatus receptione pretij.
5 *Venditor pretium petendo censetur recedere a pacto resolutiuo contractus, & quomodo.*
6 *Denunciatio facta debitori, vt soluat non statim eum constituit in mora.*
Fructuum petitione censetur renunciatum promissioni implementi.

De lege Commissoria. *Cap. XXXIX.*

1 IN venditionibus, & † oppignerationibus solet illa pactio vsurpari, qua id agitur, vt si intra diem statutum emptor pretium non soluerit, & venditor rem venisse nolit, res nec vendita, nec alienata sit. tot. tit. ff. de leg. Commiss. &, nisi debitor soluat definito tempore, pignus fiat creditoris. Mantic. de tac. & ambig. Conu. lib. 4. tit. 29. in princ. Fiduciã antiquis appellatam esse nonnulli putant, de qua Paulus lib. 2. tit. De leg. Commiss. licet alij putent fiduciam esse pactum reuendendi. Verum non ita fiebat hoc pactum vt vulgo creditum est, sed interueniebat fiducia, id est pignoris dominũ transferebatur in creditorem ita, vt soluta ad diem pecunia, rediret ad debitorem, non soluta, creditori pleno iure committeretur. Faber de error. Prag. decad. 21.
2 err. 1. vbi etiam admonet † perperam appellari pactionem legis Commissariæ, cum perinde sit, ac si dicatur pactio pactionis, lex enim significat pactionem. l. 1. §. si conuenit. ff. Dep. Du-
3 ar. De lege Commiss. Hæc pactio † in pignoribus improbatur. l. 1. C. de pactis pign. Surd. decis. 259. nu. 2. latiss. Mant. De tacit. & ambig. Conuet. li. 8. tit. 20. num. 40. libr. 11. tit. 9. vbi rationem affert, & lib. 4. tit. 29. num. 5. nisi adijciatur ex interuallo, Abb. consil. 69. par. 2. circiter med. Rip. in l. nemo potest ff. de leg. 1. Bereng. Fern. in l. pacta. ff. de contr. empt. numero 17. Cæs. Vrsill. ad decis. Afflict. 368. Cin. in l. fin. C. de pactis pign. Can. in cap. significante. De pign. Quod tamen cõfutat Faber d. dec. 21. Err. 2. Borell. in sum. Dec. tit. 60. num. 268. In venditionibus licita est. l. 3. vbi Bald. & Salic. C. de pactis inter empt. & vendit. l. Celsus. §. 1. ff. de contr. empt. D. Præses Morot. resp. 40. num. 6. in quibus passim solẽt adponi pacta contractus resolutiua, quę legi Cõmissoriæ æquiparantur. Morot. resp. 6. nume. 25. & seq. Surd. d. decis. 259. num. 13. Sed debent adijci statim Ios. Sess. decisio. Arag. 17. numero 20. Alex. cons. 10. volum. 1. num. 5. & seq. vbi sit differentia, an verba sint directa, an obliqua. Vid. cap. 74. De pacto reuendendi. Vincent. Franch. decisio. 355. num. 3. & Mantic. d. libr. 4. tit. 29. num. 24. & seq. vbi ait idem receptũ, in pacto addictionis in diem. Cæterum quæritur
4 † An huiusmodi pactioni commissoriæ censeatur renunciatum receptione, vel petitione pretij. Qua de re agitur in l. Aemilius. 38. ff. de minorib. Distinguo. Aut venditor accepit re ip-

sa

sa pretium, aut solũ illud petijt. Priore casu non potest petire res vendita, sed censetur renunciatum prædicto pacto. l. de lege. ff. de lege Commiss. l. cõmissoriæ. 4. C. de pact. inter empt. & vẽd. Gratian. lib. 2. Discep. Forens. cap. 302. nu. 3. nisi tamen alia coniectura, quam renunciationis sumi posset, vt in specie, de qua Morot. d. resp. 6. nu. 26. Sic etiam ex receptione pretij post lapsum tempus ad redimendum censetur renunciatum exceptioni lapsus temporis, licet partem pretij emptor receperit. Vid. Caual. decisio. 16. numero 38. part. 2. Altero casu rursus distinguit Castr. in l. 1. C. de pactis inter empt. & vend. num. 11., quam distinctionem refert, & sequitur. Morot. d. resp. 40. num. 11. Aut petitio fit extra iudicium, & potest petentem pœnitere, aut in iudicio, & tunc aut pretium non potuit consequi petens, sed tulit repulsam ob aliquam exceptionem, & nihil prohibet, quominus ad pactum reuertatur; aut non fuit sommotus aliqua exceptione, & tunc ita demum repellit emptor venditorem, illiq. intercludit viam rem vindicandi, quasi †

5 venditor pretium petendo recesserit a lege sua d. l. Aemilius, si statim pretium offerat, secus si ex interuallo. Videtur enim venditor non simpliciter petijsse pretium, sed ea lege, & conditione, vt sibi incontinenti soluatur, idest, intra aliquod modicum tempus. glos. in d. l. Aemilius. in verbo Restitui, ex qua habemus de-

6 nunciationem factam † debitori, vt soluat, non statim eum constituere in mora, sed censeri concessum modicum aliquod tempus ad comparandã pecuniã. Bald. ibid. Menoch. de arb. cas. 27. Caroc. De Depos. q. 6. par. 2. n. 39. Sic ex petitione fructuũ censetur renunciatum promissioni implementi, Qua de re Gratian. d. cap. 302.

S V M M Æ.

1 *Contumaciam varia pœna.*

2 *Contumax non appellat, licet restituatur in integrum.*

3 *Contumacia alia vera, alia præsumpta.*

Contumax quis.

4 *L. Diuus. ff. de restitut. in integr. de quo contumace loquatur.*

Contumax fictus appellat nec eget restitutione.

5 *Comparitio statim facta tollit suspicionẽ contemptus.*

De contumace. Cap. XL.

1 INFINITÆ propemodum † pœnæ imponuntur a legibus contumaci, vt videre est apud Marant. de ordin. iud. part. 6. membr. 2. pr incip. num. 9. & seq. Surd. consil. 340. num.

2 9. & 10. præcipue † autem eius appellatio non recipitur. l. 1. C. quorum appell. non reci. Marant. d. membr. 2. num. 17. Habet tamen restitutionem in integrum, vt possit appellare, quãdo confestim adijt Prætorem, adhuc videlicet sedentem pro tribunali. l. Diuus. 7. ff. de restit. in integr. Sed cũ

3 duplex sit contumacia † vera, & ficta. Menoch. de arbitr. cas. 194. num. 50. Alb. cons. 162. num. 8. late d. Oddus præceptor meus in suo vere aureo tracta. de restit. in integrum quæst. 72. art. 7. num. 81. quæritur de qua contumacia accipi debeat d. l. diuus. Cõtumax est, qui tribus edictis propositis, vel vno pro tribus, quod vulgo peremptorium appellatur, litteris euocatus, præsentiam sui facere contemnit. l. contumacia. 53. ff. de re iudic. Contumacia vera, & manifesta contrahitur, si reus dicat se non compariturum, aut non obtemperaturum. Præsumpta, & ficta, cum reus ad domum citatus, vel in valuis ecclesiæ nõ comparet. Ceuall. in suo tracta. com-

H mun.

mun. contra commu. quæst. 266. &
4 quæstio. 412. Azo. igitur † credidit dictam l. diuus procedere in contumace ficto. Sed & in vero eandem sibi locum vindicare existimo. glos. & Bartol. ibidem num. 4. nam fictus cótumax non eget restitutione, cum iure communi appellet. l. post edictum in fin. ff. de iud. Ceuall. d. quæst. 412. & quæst. 612. Ergo hoc recipitur in vero contumace ea ratione, quod statim comparuerit, restitutioq. in integrum attribuitur comparitioni ex
5 continenti factæ, quæ omnem † tollit suspicionem contemptus Prætoris, ob quem arcendum verum contumacem ab appellatione traditum est. Vide Guttier. lib. 1. Pract. Quæst. cap. 105.

SVMMÆ.

1 *Rogatus restituere quidquid supererit potest alienare vsque ad dodrantem, etiã interuertendi fideicommissi gratia, iure nouissimo.*
Auth. Contra cum rogatus. C. ad Treb. declaratur.
2 *Rogatus restituere data facultate alienandi potest etiam dodrantem alienare, Si data sit statim. num. 5.*
3 *Fideicommissum, & facultas alienandi stant simul, & num. 4.*
4 *Alienandi facultate prohibita ad tempus, censetur permissa post tempus, non obstante fideicommisso.*
5 *Alienandi facultas continet etiam eã, quæ fit in vltima voluntate. & num. 13.*
6 *Rogatus restituere data facultate alienandi potest etiam donare paulo ante mortem.*
Fraude caret, qui iure suo vtitur.
7 *Matrimonium contrahitur etiam in articulo mortis, vt legitimentur filij.*
8 *Vendendi verbo quid contineatur.*
Et num. 16. vsque in fin. cap. An etiam donatio.
9 *Detractiones variæ ex fideicommissis fiunt.*
10 *Ratio extendit dispositionem, & præcipuè vbi testator spectauit effectum, & num. 16.*
11 *Verba generalia, & repetita plura comprehendunt.*
12 *Restrictio, & correctio non censetur fieri statim.*
13 *Disponendi verbum refertur ad vltimas voluntates.*
14 *Restrictio non fit, vbi verba media sũt specialia, alia generalia.*
Laderch. consil. 141. num. 3. declaratur, & Menoch. cons. 216. num. 31. Vid. num. 15. 16.

De rogato restituere quidquid superit, & concessione facultatis alienandi, vel vendendi. Cap. XLI.

1 ROgatus restituere quidquid † superit ita demum alienare olim permittebatur, si non interuertẽdi fideicommissi gratia alienasset. l. Titius. 54. ff. ad S. C. Trebell. Nunc etiam in fraudem fideicommissi donate, & alienare non prohibetur vsq; ad dodrantem, ita vt vltra quartam nihil præterea reseruare teneatur fideicommissario auth. contra cum rogatus. C. ad Trebell. § nob. in auth. De restit. & hęc est communis opinio Alciat. resp. 66. lib. 9. Licet alij dissentiant. Castr. in d. l. Titius num. 2. Cum. nu. 13. Natt. consil. 115. num. 8. Crau. cons. pro Genero In condimento. num. 13. Menoch. de arb. cas. 182. num. 4. & videre est apud Surd. decis. 93. num. 23. Hond. cons. 22. nu. 134. lib. 1. Peregr. cons. 45. vol. 4. Thes. quæst. Forens. 25. lib. 3. Verum quidquid hac de re dici possit, illud
2 crebriore † Doctorum calculo recipitur, data expressa facultate alienandi in testamento, posse non solum dodran-

drantem, sed etiam ipsam quartam fideicommissorio reseruatam in d. auth. contra cum rogatus alienari. Etenim cum in arbitrio ipsius fideicommittentis esset positum, vt non fideicommitteret, potuit multo magis permittere grauato, vt alienaret, non obstante substitutione, ita vt fideicommissum censeatur solum eo casu illi iniunctum, quo non secuta esset alienatio. Hanc sententiam multis rationibus, & auctoritatibus probat Hier. Gabr. consf. 99. li. 2. Surd. cõs. 10. & consf. 71. consf. 294. num. 10. Peregr. de fideicõm. art. 40. num. 46. Tib. Decian. resp. 27. lib. 3. nume. 10.

3 Stant † enim simul facultas alienandi, & fideicommissum, neque dicitur fraudẽ committere, qui iure suo vtitur, & facultate disponendi, D. Præses Morot. resp. 29. num. 42. resp. 4. n.

4 4. † & 5. Stephan. Gratian. lib. 1. Discept. Forensf. cap. 131. num. 17. Marcobr. consf. 81. nu. 27. Gratian. lib. 3. Discept. Forensf. cap. 416. num. 5. & ideo censent multi prohibita facultate alienandi vsque ad certum tempus censeri concessam post tempus non obstante fideicommisso, cum stet simul fideicommissum cum facultate alienandi, Surd. dec. 75. num. 7. & consf. 294. num. 12. contra Fachin. lib. 4. cap. 75. Contr. iur. Vide infra cap. 48. imò facultas alienandi continet etiam institutionem hæredis, & eam

5 alienationem, quæ † fit in vltima volũtate, Peregr. consil. 66. lib. 5. Gratian. Discept. cap. 315. Quod multo magis esset dicendum data facultate disponendi per verba amplissima, & repetita. Surd. cõs. 213. num. 4. Menoc. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 188. num. 5. Cost. de Rem. subsid. rem. 9. num. 2. Anguiss. consil. 138. volum. 1. Verum procedunt prædicta, vbi facultas alienandi concessa est statim, idest in eodem testamẽto, in quo facta fuit substitutio, secus si ex interuallo fideicõmissum esset inductũ, vt in specie, de qua Morot. d. resp. 4. num. 9.

6 Dubitatum quandoq. fuit, an † donatio à fideicommissario grauato restituere eo pacto, vt iã dixi, facta paulo ante mortem, valeat nec ne. Qui in re vidi responsa celeberrimorum Iurisconsultorum, Et licet ex his, quæ incontinenti fiunt, possit colligi aliqua præsumptio malitiæ, Crot. consf. 13. num. 26. vol. 1. Menoch. cõs. 1095. num. 17. & 18. maxime quando de re aliqua disponitur, quæ breui in aliquem erat peruẽtura. Morot. resp. 52. num. 8. tamen cum hic rogatus restituere habeat amplam facultatem disponẽdi, fraude dicetur carere, qui iure suo vtitur, & facultate sibi tributa, & facit quod potest, nec iure aliquo prohibetur, Morot. d. resp. 52. num. 35. l. nullus videtur, ff. de reg. iur. l. iniuriarũ, §. 1. ff. de iniurijs, & ideo non cõsideratur dolus, & fraus his, in quibus habet quis arbitrium disponẽdi, vt optimè tradit idem Morot. d. resp. 29. num. fin. Dicimus igitur ex eo solum non præsumi fraudem, quod paulo ante mortem sit facta donatio dein de frustra quæritur de fraude, vbi quis facit actũ iure permissum. l. Gracchus, C. de adult. Men. d. præs. 188. &

7 ideo responsum † est etiam in articulo mortis cõtrahi posse matrimonium, vt legitimentur filij ad exclusionem substituti, Andr. Fachin. li. 4. Contr. iur. cap. 55. Menoch. lib. præsumpt. 4. præs. 81. num. 28. Alia exorta fuit dubitatio in eadem specie, quam prudẽtissimus excitauit iudex satis subtiliter, nam in testamento de quo agebatur, non alienandi generalem facultatem concesserat testator, sed vendendi, & ideo restricta videbatur facul-

8 tas ad venditionem, qua nõ erat vsus grauatus, cum in matrem liberali donatione ferè omnia contulisset, Me-

nochi.consil.216.num.31. Licet agere
9 tur de re modica fideicommisso† sub-
iecta,ob varias detractiones dotium,
& aliarum rerum,quæ fieri possunt.
Decian.resp.85.num.2. vol.2. tamen
responsum fuit multipliciter prædi-
ctæ dubitationi. Primo nam post fa-
cultatem vendendi subijciuntur illa
10 verba per modum causæ,&†rationis
videlicet, Quia mens & intentio ipsi⁹
testatoris fuit, & est substituere eidẽ,
prout substituit d.Caium in dicta hæ
reditate, & parte hæreditatis, & seu
bonis, vel parte bonorum tantum,
quæ superetit tempore mortis dicti
filij &c. & ideo dispositio quæ alio-
quin procederet in casu speciali, de-
bet extẽdi ob traditiones communes
Doctorum in l. filiusfam. §. diui vbi
Rip.nu.120.ff. de leg.1. Decian. resp.
3.nume.61.volum.1.Surd.consil.67.
Galli. consil. 17. Torniol. consil. 41.
Gam.decis.206.nu.14. Menoch.con-
sil.173.nume.65.qui omnes allegãt
Bart.in l.pater filium.§.fundum.ff.de
leg.3.vbi I.C. Scæuola vtitur verbo
venundari.Cephal. consil. 16. nume.
57.& num.7.Peregr.cons.44. nu.25.
cons.62.nu.8.volum.2.Et multo ma-
gis ex ratione debet extendi disposi-
tio,cum clarè appareat testatorem re
spexisse effectum,vt videlicet filius nõ
obstante substitutione possit dispone-
re de rebus suis, & de hæreditate, nõ
autem verba. Laderch. consil.87.nu.
10.& in terminis Surd. consil. 394.
num.26.

11 Secũdo in eo casu erant† verba val-
de enixa,& generalia,quæ comprehẽ
dunt ea,quæ alioquin non comprehẽ
derentur.Alb. consil.73.nu.6. Immo
ratio erat geminata, & repetita ibi.
Quia mens est, & Quia vult &c. Ce-
phal.cons.614.num.18.

Tertio cum verbis amplissimis da-
12 ta † sit facultas alienandi non cense-
tur postea testator statim voluisse illã
restringere,& seipsum corrigere ver-
bis specialibus, l. non ad ea.ff.de cõd.
& demonst. cum etiam genus præce-
dens non restringatur per speciem,
Menoch.cõs.1157.n.14. Vid.Decian,
resp.35.lib.3.

Quartò res videbatur carere dubi-
tatione,nã in eo testamẽto priore lo-
co data fuerat facultas alienandi am-
plissima, deinde facta videbatur re-
strictio ad venditionem, & postremo
data rursus potestas disponendi non
obstante dicta substitutione, & licet
potestas alienandi referatur etiam ad
13 heredis†institutionem.Surd.cõs. 213.
num.4. Hond.cons.43. num.47.cons.
33.num.48.lib.1.cons.39. num.30.li.
2. Surd. cons.352. nume. 10. Peregr.
cons.53.num.14.lib.1.& cons.66.lib.
5.tamen multo magis idem dicendũ
de verbo Disponẽdi. Bertazzol. cons.
9.num.14.cons.10.num.25.Laderch.
cons.133.num.8. Peregr.cons. 19. nu.
48.li.4.Vsusq.etiam fuit testator ver-
bis præcisis, Nec aliter, nec alio mo-
do.Morot.resp.62.num.26. Quod cũ
ita sit verba posteriora in omnem
casum ampliabunt præcedentia Ce-
phal. cons. 13. num. 13. Nec obstant
verba, Durãte vita, quia adsunt etiam
verba Alienandi,& disponendi. Man
tic.de coniect.vlt.volunt.lib.3. tit.18.
num.9.illudq. obtinebit,quòd tradit
Gabr.De reg.iur.concl. 4. nume. 35.
vt nimirum, quoties præcedunt ver-
14 ba generalia†deinde specialia, & po-
stea subijcitur clausula generalis,non
fiat aliqua restrictio per specialia. &
hoc pacto cessat, quod obijci poterat
ex Laderch.cõs.141.nu.3. vbi ait,quo
ties venditionis verbo subijcitur ver-
bũ alienãdi debet id intelligi de alie-
natione inter viuos onerosa. Cephal.
d.cõs.13. Etenim ibi agitur de ꝓhibi-
tione,deinde licet intelligi debeat de
alienatione inter viuos, tamen nõ est
restrictio facienda ad onerosam alie-

nationem

nationem, & tandem non procedũt eius dicta, vbi præcedit generalis facultas, & tandem secuta est alia generalis & ampla. Media enim verba nõ sunt attendenda, iuxta prædicta. Optime faciunt pro hac sententia tradita per Peregr. consil. 36. numer. 4. cum seq. volum. 5. vbi Surd. decisio. 124. improbat ex professo. Idẽ peregr. art. 14. nu. 4. & consil. 16. nu. 16. volu. 3. Et opinionem Laderch. non esse tutã apparet ex eodem Cephal. conf. 153. num. 6. & 108.

15 Quintò appellatione † venditionis lex 12. tab. complexa fuit omnem speciem alienationis. l. statu liberi à cæteris. ff. de statu lib. Et ideo passim traditum est eo verbo omnem alienationẽ cõtineri. Vide l. fin. §. filiusf. C. de bonis, quæ lib. Gratian. Discept. Forens. 460. num. 27. Doct. in d. l. filiusfam. §. Diui. vbi Rip. numer. 100. Tiraq. de Retract. lign. §. 1. glos. 2. in princ. Sol. ad Constit. Sabaud. De forma, & solem. obser. num. 5. pag. 692. Alberic. in suo Diction. in verb. Venditio. Surd. d. consil. 394. numero 25. Et præsertim continetur donatio. l. 4. vbi Bart. & alij, C. de fideicom. Quod multo magis videbatur dicendum in casu iam proposito, cum ageretur de fauore. Alberic. in d. verbo venditio, Bald. in d. l. 4. num. 11. fauorabilis enim est promissio alienandi, & maximè in matrem, ne filij luctuosa careat successione, verbum hoc vendendi declaretur alijs verbis alienandi, & disponendi, Peregr. d. cons. 36. simpliciter fuerit permissa venditio, non autẽ in casu necessitatis, iuxta l. sicut. §. venditionis, ff. Quibus modis pign. vel hyp. non fiat mentio pretij, Alex. cõs. 120. num. 1. lib. 1. & in terminis istis Cephal. conf. 16. num. 4. vbi ait quẽadmodum prohibita venditione censetur ꝓhibita alienatio quælibet Doct. in l. 2. C. de vsucap. pro empt. Natt. conf. 528. num. 4. Fabian. de Monte in tract. de empt. & vend. quæst. 2. ita ẽt ea permissa, etiam si fiat mentio pretij, immo permissio alienandi est fauorabilior. Addo si de venditione stricté accepta tantum intellexisse testator, quorsum permisisset alienare, & disponere de parte, & tota hæreditate verbis amplissimis, & sic non solũ titulo particulari, sed etiam vniuersali? Quo casu continetur etiam hæredis institutio, maxime attentat ratione subiecta, quæ tantum abest, vt restringat, vt potius extendat, Bolog. in d. §. Diui. num. 260. Ratio enim gene-

16 ralis, Quia † vult dictum filium posse de dictis bonis disponere, non obstante dicta substitutione, procedit etiam in donatione, & in vltimis voluntatibus, ideo hæc ratio extendet verbum vendendi, quod alioquin ex se complectitur quamcunque alienationem in materia fauorabili. Men. autem in contrarium allegatus d. cons. 216. num. 31. loquitur in materia stricta.

Non ommitto hæc esse verba dicti testamenti, videlicet; Non censeatur adempta facultas alienandi, & alienare possendi dictam hæreditatem, & seu eius partẽ ad eius libitum in quascunque personas voluerit, & sibi placuerit, non obstantẽ substitutione, de qua supra, casu quo dictam hæreditatem, & bona vendere vellet, aut eius partem, quia meus &c. postea repetitur, Quia vult præfatum &c. satis esset igitur apparere de voluntate vendẽdi, cum etiam facilius permittatur donatio, quam venditio, l. fin. C. de præd. decur. lib. 10. Ann. Robert. lib. 2. Rerum. iud. cap. 14.

SVMMÆ.

1 *Inuentarij forma.*

2 *Inuentarium intra mensem debet inchoari, & intra alios duos perfici.*

Quid si non fuerit inchoatum intra mensem,

sem, fuerit tamē completum intra tres menses? & nu. seq.
3 *Solemnitatis leuis omissio non nocet.*
4 *Inuentarium statim conficit tutor.*
5 *Pœna priuationis hæreditatis valet. Clausula Ipso iure, significat statim.*
6 *Inuentarium arbitrio iudicis intra breue tempus conficiendum, quando testator mandat statim debere confici.*
Aditio debet fieri statim, vt quis se iuuet inuentario.

De Inuentario. Cap. XXXXII.

1 INVENTARII conficiendi † formam, & solemnia præscripsit Imper. in l. fin. C. de iure delib. vbi Doct. Borgnin. de tut. num. 106. & num. 58. & ex professo De inuentario scripsit Phan. & Rol. Vall. Cost. De
2 rem. subsid. rem. 39. Inter cætera † illud requiritur, vt primo quoque tempore inchoetur, & perficiatur, idest intra mensem incipiat hæres illud conficere Bertazz. cons. 107. num. 33. & intra alios duos menses finiat. Quæstio autem est non leuis, An satis sit illud perfici intrà tres menses, licet non sit cœptum intrà mensem. Assertores vtriusque opinionis refert Borgnin. d. tit. De tut. num. 79. qui in eam videtur inclinare sententiam, nimirum inchoandum esse intrà mensem, licet non teneatur hæres vltra vires hæreditarias, ex eo, quod intrà illud tēpus non inchoauerit, modo spatio trium mensium perfecerit omnia, nam tam
3 leuis † solemnitatis omissio non debet nocere. Et pro hac sententia potest expendi d. l. fi. §. fin vero. ibi, Ad inuentarij confectionem effluxerit, quasi requiratur totum tempus lapsum esse, vt hæres beneficio inuentarij se iuuare non possit, licet videantur obstare verba sequentia, videlicet. Secundum formam præsentis constitutionis, forma autem constitutionis est, vt intra mensem debeat inchoari, nisi dixerimus leuem esse hanc formam, & non esse aliquem vltrà vires hæreditarias obligandum ob tam modicam negligentiam. Tutores autem incontinen-
4 ti debēt † inuentarium cōficere. gloss. in d. l. fin. vers. Sin autem in verb. Capiat. Menoc. de Arb. cas. 174. Tort. ad Stat. Ticin. 123. num. 31. Gutt. de tut. 2. part. cap. 1. num. 10. Osasc. decis. 58. Thes. lib. 3. Quæst. Forens. quæst. 6. Vid. Io. Castill. decis. 86. num. 34. Nihil itaque geret tutor, ante inuentarium confectum nisi id quod dilationem, nec modicam expectare possit, vt ait Vlpian. in l. tutor. 7. ff. de admin. tut. Solent autem quandoque iu
5 bere testatores adiecta pœna † priuationis, vt statim hæredes, vel vsufructuarij conficiant inuentarium, alioquin ipso iure pœnam incurrant, quæ clausula idem significat, quod inconti nenti, Cauagnol. ad decret. Montisf. decret. 7. §. 5. lib. 4. Quam pœnam valere existimamus, iuxta tradita infra cap. 76. Borell. in summ. Decis. tit. 32. num. 157. vbi ait verbum Statim accipi iuxta iuris terminos. Et ideo cum hæc species contigisset, consului clięti meo, vt nullo modo cunctaretur inuētarium conscribere, & antequam substituti, & vocati in casu priuationis illius negligentiam accusassent, cum
6 mora † possit purgari re integra, & multæ recenserentur causæ excusationis à pœna priuationis, verbumque illud. Statim accipiatur cum aliquo temperamento, & arbitrio iudicis iuxta subiectam materiam, vt dixi in præfat. Aditio etiam debet fieri statim, vt quis possit se iuuare inuentario, & protestatione de qua Bertaz. cō sil. 107. num. 40. & 50.

SVMMÆ.

1 *Posthumi præteritione rumpitur testamentum; quod tamen ex æquitate sustinetur,*

natur, si nascatur viuo testatore, & decedat, alias licet illico decedat, testamentum rumpitur.

Menoch. locus ab errore vindicatur.

2 *L. quod certatum declaratio.*

Veterum consuetudo, vbi quis natus esset. & nu. 3.

3 *Femina exclusa ob masculos perpetuò remanet exclusa, etiam ijs statim mortuis.*

4 *In conditionibus prima spectatur existentia.*

Causa cessante, an cesset effectus.

Factum dicitur esse factum, licet postea desinat, & quomodo id procedat.

Momentaneum, & successiuum quid, & num. 11.

6 *Donatio reuocatur filio nato, licet illicò decedat.*

7 *Infans transmittit hæreditatem, licet statim post mortem patris decedat.*

8 *Mulieri relictum si vidua erit, debetur etiam si non remanserit in viduitate.*

9 *Obligatus ad rem tradendam liberatur tradendo semel.*

10 *Tutela excusatio ob liberos non irritatur, licet liberi decedant.*

11 *Conditionem sufficit semel impleri, nisi tractum habeat successiuum, & perpetuum.*

12 *Oldr. consil. 21. reijcitur, & declaratur.*

13 *In primogenijs perpetua successio, & repetitum censetur fideicommissum in descendentibus.*

Don Petrus Toletus Gubernator Med.

Don Io. Salamanca Magnus Cancellarius.

14 *Nati post conditionem an admittantur.*

15 *Restituti in gratiam, an admittantur ad hæreditates, quæ delatæ fuerunt tempore exilij siue banni.*

De posthumo præterito, & conditione existente. Cap. XLIII.

1 POSTHVMI præteritione† rumpitur testamentum, l. si posthumus. 14. ff. de lib. & post. l. quod certatum, C. de posth. hæred. inst. De posthumis vide quæ scripsit doctissimus Massinius ad l. Gallus. ff. de eod. & quæ in d. l. si posthum⁹ scripsit Fab. lib. 9. Coniect. cap. 15. Hoc tamen non est perpetuum, nā si nascatur viuo testatore, & decedat, sustinebitur testamentum ex æquitate quadam, poterit que hæres scriptus bonorum possessionem secundum tabulas accipere, licet iuris scrupulositate, nimiaq. subtilitate testamentum ruptum videatur, vt inquit Vlpian. in l. posthumus. ff. de iniusto rupto. Ann. Robert. li. 3. Rer. iud. cap. 8. Præterea cessat ea sententia, si natus illico decedat. Menoch. de arbitr. cas. 491. Verum in eum locum Menochij manifestus irrepsit error, nam immo licet illico decesserit, testa
2 mentum rumpitur. d. l. quod † certatum, quam idem Menoch. allegat & ita declarat in addition. ad d. cas. 491. num. 9. vbi latè hac de re. Qua sane in lege Iustin. censetur respexisse ad antiquam consuetudinem, dum inquit, Postquam in terram cecidit: consueuerant enim veteres, vbi quis natus esset, nudum protinus in terra statuere, opemq. Deum implorare, quod ex D. Augustino, Plinio, Macrobio, Statioq. docuit Alciat. in l. hominis. 152. ff. de verb. signif. num. 5. & 6. Ob
3 † eandem l. quod certatum, cui adstipulatur l. vxoris. C. eod. Dec. cōs. 623. num. 3. (qui contra aliorum sententiam putat eam procedere etiam si viuere nō possit partus. Odd. consil. 28.) traditum fuit fœminam exclusam propter masculos remanere perpetuo exclusam, licet masculi illico decesserint. Deci. dict. consil. 623. Sebast. Medic. regul. 5. part. 2. nu. 52. & 54. Purpur. cons. 5. nu. 21. Vide ca. 47. Sic etiā satis erit conditionem filiorum semel extitisse, licet statim decesserint, in conditionibus enim consideratur in

tium

4 tium primæ † existentiæ, nec requiritur permanentia, nec spectatur, quid postea sequatur, vt videre est ex his, quæ tradit vberrime Menoch. consil. 760. Peregr. de fideicom. art. 29. præcipuè num. 23. † Et factum dicitur esse

5 factum, licet postea desinat, nam satis est causam suam effectum produxisse in momentaneis. l. 11. quis hæredem. C. de instit. & substit. l. pen. ff. de testam. tutel. Purpuret. d. conf. 5. nume. 21. Rot. Rom. decif. 689. part. 1. Vid. Rustic. ad l. cum auus. lib. 4. cap. 3. ff. de cond. & demonstr. Vide latissimè hac de re agentem Fænut. de momento temporis, cap. 19. Cephal. cõs. 460. num. 52. volum. 4. Peregr. artic. 11. de fid. num. 47. Men. rem. 13. rec. nume. 85. Tiraq. in tract. Cessante causa &c. limit. 23. nume. 4. Vbi ait momentaneũ illud esse, cuius est esse tempore momentaneo, vt adquisitio hæreditatis. Successiuum est, quod ad suum esse requirit, vt sic loquar, temporis successionem. Vbi etiam ait causas esse quadruplicis generis. Aliæ enim sunt momentaneæ, quæ habent momentaneum effectum, aliæ momentaneæ, quæ habẽt effectum successiuum aliæ successiuæ, quæ habent successiuũ effectum, & aliæ demum successiuæ, quæ habẽt effectum momentaneum. Et late circa illas distinguit, vnde habes, an & quando cessante causa cesset effectus in successiuis, & in momentaneis. Eodem pacto si fiat donatio, re-

6 uocatur nato filio, † licet illico decedat. d. l. quod certatum. d. l. vxoris. Crau. consil. 151. num. 28. Rot. Auen. decis. 23. in decis. diuers. tom. 3. Et In-

7 fans † licet post mortem patris statim decedat, tamen transmittit hæreditatem. Sebast. Med. d. reg. 5. nume. 39. Doct. in l. si Infanti. C. de iure deliber. optimè Valasc. consult. 31. n. 5. & seq. vbi ait idem esse siue incontinenti moriatur filius, siue post aliquod tempus, intrã quòd possit pater donata reuocare. Vide late hac de re agentem Tiraq. in l. si vnquam. C. de reuoc. donat. in verb. Susceperit liberos. numero 187. cum seq. vbi multis similibus id comprobat. Et ideo relictum mulieri sub conditio-

8 ne, si † vidua erit, vel viro, si ad cœlibatum peruenerit, debetur, cum mulier erit vidua, aut vir viduus etiam si non perstiterint in viduitate. Vide Mant. de tac. & ambig. conuent. li. 14. tit. 44. num. 8. Gratian. lib. 1. Discept. Forens. cap. 137. Gall. De except. in Success. tit. 4. except. 17. seu quart.

9 part. 2. nu. 25. 34. Et † obligatus ad rẽ tradendam ex contractu, vel sententia, liberatur semel tradendo, nec reuiuiscit obligatio, licet res redeat postea

10 ad tradentem: item excusatio † tutelæ ob liberos non irritatur, licet postea liberi decesserint, cum alijs similibus, de quibus ibidem Tiraq. & d. lim. 23. agit de alijs munerib. & passim in hac tractatione. Surd. conf. 501. nu. 12. Molin. de iure prim. lib. 1. cap. 6. nu. 16. Alia similia vide apud Ann. Rob. lib. 3. Rer. iud. cap. 8. Bald. conf. 42. lib. 5. Doct. in l. si quis hæredem. C. de inst. & subst. Et de his, Et alijs, vide Mant. de tac. & ambig. conuent.

11 d. lib. 14. tit. 44. Et in summa sufficit † conditionem semel impletam fuisse, licet postea non duret. Quod tamen non procedit in conditione habente tractum successiuum, & exigente perseuerãtiam iuxta cõgestos per Grass. De except. ca. 33. num. 25. & Tir. in d. lim. 23. Mor. resp. 68. Ideo respondi in cã primogen. Com. De Cifuentes

12 regni Hispan. non esse locum illi celebri cons. Oldr. 21. cum enim in primo

13 genijs † perpetua successio attẽdatur, conditio, si decesserit sine liberis censetur repetita in nepotibus, & in cæteris descendentibus. Molin. d. cap. 6. nume. 18. Peregr. de fideicom. art. 29. num.

num. 36. vbi ait fuisse Iudicatum per Collegium Patauinum contra illud consil. 21. Oldrad. Addo Menoch. consil. 220. num. 43. vbi illud declarat, & seipsum consil. 85. Laderch. consil. 72. nu. 8. Andr. Fachin. lib. 13. Contr. Iur. cap. 25. Card. Seraph. Oliuar. decisio. 1373. Marisc. lib. primo, Var. Resol. ca. 45. Vide Galuan. cons. 49. num. 71. Rot Rom. decis. 677. lib. 1. Rust. ad d. l. cum auus. lib. 4. cap. 2. neque enim possent bona cōseruari, inter vocatos ad primogenituram, si non cēseretur facta repetitio fideicommissi, & conditionis in nepotibus, & descēdētibus, vt latè in eodē meo responso, qđ edidi mandatu Illustrissimi Don Ioānis De Salamanca, Magni in hac ditione Mediol. Cancellarij, cuius vicaria opera nunc vtitur absens, belli causa Excellētissimus Don Petrus Osorius Toletus Prorex noster, non minus pacis, quam belli artibus clarus. Quod eiusdem victoriæ, & Italiæ reddita pax testantur, Vide Odd. consil. 67. latè agētem de cons. Oldr. 21. & Menoch. d. consil. 760. qui scripsit in eadem causa. & cons. 1216. nu. 8. lib. 13. Et Mant. d. tit. 44. constituit prædictam regulam, nimirū momentaneum conditionis implementum sufficere, quam postea octo limitat modis, exemplisq. appositissimis omnia illustrat. Sed
14 conditionis † prima existentia spectatur regulariter. Et ideo in fideicōmisso cōditionali nati postea quā extitit conditio, non admittuntur cum alijs, qui extabant tempore euenientis conditionis. l. si quis hæredem. C. de inst. & subst. Menoch. consil. 413. nu.
15 26. Quemadmodum si incapaces † aliqui extitissent tempore euenientis conditionis, puta banniti non admittuntur, etiam si postea in gratiam restituantur, vbi per alios vocatos fuit facta apprehensio. Boss. de remed. ex sola Princ. clem. numero 13. Gabr. consil. 134. numero 32. lib. 2. Menoch. consil. 103. num. 24. & 25. Peregr. de iure fisci lib. 5. tit. 2. nu. 33. & seq. Doct. communiter in l. Gallus, §. & quid si tātum, ff. de lib. & post. Cost. de re integr. distinct 30. nume. 4. De Rat. quæst. 30. nume. 11. De Retrotract. cas. 17. cap. 8. Farin. quæst. 102. num. 103. Gall. cons. 43. nu. 25. Surd. cons. 79. num. 15. consil. 90. num. 41. & licet anceps sit quæstio non facta apprehensione, Ant. Gom. var. Resol. li. 3. ca. 13. num. 36. Andr. Fachin. lib. 1. Contr. ca. 39. tamen facta apprehēsione res videtur carere difficultate, nisi tamen aliam esse appareat testatoris voluntatem. Qua de re Laderch. consil. 184. num. 19. Surd. consil. 125. Menoch. cōs. 413. Fachin. li. 4. Contr. iur. cap. 88. Gasp. Thes. lib. 2. Quæst. Forens. quæst. 58.

SVMMÆ.

1 *Momento temporis inducta momento tolluntur, & quomodo.*
2 *Immunitas inducta momento temporis, puta contractu vnico actu contrario tollitur.*
Quod auctor non probat.
Solutionib. pluribus tollitur immunitas.
3 *De tempore diuturno hic præcipue non agitur.*
4 *De antiquitate temporis qui nam tractent.*

De inductis temporis momento. *Cap. XXXXIV.*

1 MOMENTO temporis inducta, pariter momento poterunt tolli. Veluti si priuilegio, vel
2 contractu, † qui momento fit, concessa fuerit immunitas, & momento, vnico videlicet solutionis actu tolletur, secus si consuetudine quæsita est. Sed puto, licet momento sit inducta, tamen quia priuilegiū, vel

contractus non continet effectum momentaneum, sed iterabilem, ideo requiri plures solutiones cum lapsu temporis iuxta Surd. cons. 262. numer. 78. & 80. & cons. 419. num. 32. Cæterum de vi, & potestate temporis diuturni, & de effectibus inde
3 manantibus † non est mihi propositum, vt agam in hac tractatione, licet id pertinere videatur ad temporis interuallum, cum etiam ex profes-
4 so † & Crauet. & alij diligenter, ea fine exsecuti, quæ temporis respiciunt antiquitatem.

SVMMÆ.

1 *Venditio an sit facta ad corpus an mensuram spectatur incontinenti adiectum & nu. 3.*

2 *Venditio quando dicatur celebrata ad corpus, vel ad mensuram.*

3 *Venditio censetur contracta ad corpus, vbi à corpore incipiunt contrahentes, licet statim subijciant mensuram.*
Quod declaratur eodem nu. 3.

4 *Mensura quo tempore fieri debeat.*

Venditione facta ad corpus, vel ad mensuram. Cap. XXXXV.

1 IN ea pariter quæstione, An † videlicet venditio sit facta ad corpus, an ad mensuram, solet spectari illud quod incontinenti fuit adiectum. Communis enim est traditio Doct.
2 tunc dici † venditionem celebratam ad corpus quando contrahentes animi sui conceptum incipiunt a corpore explicare, vbi autem à mensura incipiunt, tunc ad mensuram celebrari. Thes. decis. 185. Peregr. cons. 94. num. 2. vol. 4. Surd. decis. 64. & 257. Mantic. de tacit. & ambig. Conuent. lib. 4. tit. 17. qui latè quamplura constituunt capita huiusq. decisionis ostendunt vtilitates.

3 Verum non censetur † contracta ad corpus, licet a corpore incipiant contrahentes, vbi illico subijcitur mensura, quæ tamen opinio improbatur à Doctoribus, nam licet eadem oratione, & incontinenti post corpus expressum, mensura subijciatur, tamen non taxatiuè, sed demonstratiuè censetur id factum, neque desinet venditio esse ad corpus. Mantic. d. tit. 17. nu. 16. Surd. Thes. locis iam citatis, nisi tamen aliud suadeant coniecturæ, veluti si non perfunctoriè facta sit mensuræ mentio iuxta cons. Laderch. 130. num. 4. Gratian. lib. 2. Discept. Forens. cap. 256. num. 46. Benint. decis. Bonon. 30. Decian. cons. 44. lib. 1. Cæterum quo tempore debeat fieri mensura, tradunt allegati Doct. quibus addo eundem Surd. cons. 366. num. 18. Bertazzol. De clausul. claus. 20. gloss. 20.

SVMMÆ.

1 *Confessiones qualificatæ fieri solent a reis.*
Confessio qualificata sit, Occidi, sed ad defensionem, Peperi filium, sed statim perijt.

2 *Confessio qualificata an possit diuidi.*
Confessio potest diuidi in probibitis, & & vbi adest præsumptio contra confitentem.

3 *Confessio dicentis se extraxisse frumentum extra territorium cum licentia, & facta solutione vectigalis, an scindi possit.*

4 *In confessione qualificata diuidenda, an sit spectandum, vna ne oratione, an ex interuallo sit adiecta qualitas, & numer. 5.*
Qualitas adiecta confessioni etiam ex interuallo potest probari.
Confessionem suam etiam ex interuallo potest quis interpretari.

5 *Qualitatem confessioni ex interuallo adijci posse sed maiores requiri tunc probationes.*

tiones.

6 *Confessiones qualificatæ non possunt in ciuilibus diuidi, vbi sumus in connexis.*

De confessione qualificata diuidenda, vel secus. Cap. XXXXVI.

SOLENT quandoq. rei delicta
1 † confiteri non simpliciter, sed adiecta qualitate, quas cõfessiones qualificatas appellamus, veluti si homicidij insimulatus fateatur se illud admisisse ad necessariam defensionem, Doct. in l. vt vim, ff. de iust. & iur. vel cum mulier confitetur se peperisse filium mortuum, vel statim illum interijsse, postea quam editus fuisset, iuxta decis. Thes. 13. num. 6. Magna tunc est quæstio, an huiusmodi confes-
2 siones sint à iudicibus † omnino recipiendæ, an vero possint scindi, & pro parte reijci, pro parte acceptari. Quod vltimum passim recipitur, cum versamur in his, quæ sunt prohibita natura sua, vel iure communi, & in his, in quibus presumptio viget contra confitentem. Bart. in l. Aurelius, §. idem quæsijt, ff. de liberat. leg. vbi Alex. in Schol. Dec. in d. l. vt vim num. 19. vbi Bolog. numer. 47. Alexan. in l. prima. §. si quis simpliciter, ff. de verb. oblig. Canon. in c. 1. de confess. lib. 6. alioquin facta confessione qualificata posset quis iudicibus illudere, & pœnam euadere, quod è re pub. minime est, Andr. Fachin. lib. 1. contr. iur. cap. 27. Communis est igitur hæc Doct. sententia, licet Salom. & Claud. in d. l. vt vim videantur dissentire. Vid. Gabr. lib. 7. Comm. opin. concl. 19. tit. De malef. nu. 1. Clar. in praxi crim. §. fin. q. 55. vers. Posset quoq. reus vbi Baiard. Hond. consil. 96. nu. 25. lib. 1. Men. de Arb. cas. 93. num. 37. & alios de communi testantes recenset Farinac. de reo conf. quæst. 81. c. 4. nu. 110. vbi hanc opin. multis modis extendit, & restringit. Addo eruditiss. Caballum Resol. crim. 254. vbi idcirco
3 ait posse diuidi confessionem † illius, qui dixit se frumentum extraxisse extra territorium, cum licentia, & vectigalis solutione, & maxime eodem tempore, cum iure communi id non sit prohibitum, Qua in quæstione non est constituenda differentia iuxta prædictos, quidquid alij distinguant, an
4 eadem oratione, an diuersis † sit facta confessio, & qualitas adiecta, an incõtinenti, an ex interuallo, sẽper enim iudex potest recipere confessionẽ, reiecta qualitate, quæ est contra fiscum. Quod si reus velit qualitatem adiectã probare, iuxta tradita à Fachin. lib. 1. Contr. cap. 30. & quæ exposui in d. l. vt vim, vbi probaui testibus non esse credendum, etiamsi testificentur de necessaria defensione nisi ex narratione facti idipsum colligat prudens iudex. Bald. ibid. nu. 27. vide Bolog. nu. 35. Si igitur reus velit adiectam qualitatem probare, tunc erit audiendus, licet ex interuallo qualitatem tutelæ necessariæ, vel similem adiecerit, quæ à delicto excusare possit, nemo enim etiam ex interuallo prohibetur interpretari suam confessionem, Dec. d. num. 19. in d. l. vt vim, vt declarat Bolog. nu. 50. Mascard. de probat. concl. 867. num. 5. & 6. vbi alios allegat, licet aliud sentiat Ias. in d. l. vt vim, num. 13. non potest tamen reuocari, nisi statim Farinac. De reo confess. q. 81. num. 348. Neq. vero potest fiscus allegare sibi ius fuisse quæsitum ex simplici confessione, cum totum fundamentum constituatur in probationibus pro reo. Est tamen obseruanda differentia, nec leuis inter qualitatem adiectam incontinenti, & ex interual-
5 lo, nã si ex interuallo † adijciatur, maiores à reo exigi debent probationes,

tunc enim presumendum ad suggestionem alterius, vel dato tempore ad cogitandum, falsò fuisse additam huiusmodi qualitatem iuxta ea, quæ tradit idem Farinac. d. cap. 4. num. 118. ex Iasone, & Mascardo. Neque enim dubium, quin etiam ex interuallo possit addi qualitas, & probari, Farin. conf. 6. num. 29. Qualitas etiam personarum est consideranda, Fachin. d. ca.
6 27. Cæterum vbi † huiusmodi confessiones fiunt in causis ciuilibus, scindi non possunt in connexis qua de re latè Men. de Arb. cas. 93. nu. 21. & cas. 95. Surd. decis. 258. Cæuall. in suo tract. commu. contr. commu. q. 362. Mariscot. lib. 2. var. Resol. ca. 45.

SVMMÆ.

1 *Masculus an transmittat ius excludendi feminas ex statuto, ad hæredes.*

2 *Transmisso an fiat debiti ex legis, vel statuti dispositione.*

3 *Femina semel exclusa remanet perpetuo exclusa, licet statim maculus moriatur. Quod procedit in emphyteusi, feudis, primogenijs.*

— *Exclusionis feminarũ effectus, natis masculis dicitur consumatus.*

De masculo excludente feminas.
Cap. XXXXVII.

SÆpenumero incidit apud nos il-
1 la quæstio, An masculus † excludẽs feminas, ita cauente lege municipali, si moriatur nondum adita hæreditate, ius illud excludendi sorores ad hæredes transmittat. Quæ in quæstione valde dubia, & ancipiti varia vtrinque affert argumenta, Sur. dec. 258. aitq. Senatum eam fuisse secutum sententiam, quæ est contra sororem, vt videlicet illius, iuris transmissio fiat ad hæredes. Eandem probat Morot. resp. 51. licet Hond. conf. 14. num. 75. li. 2. affirmet valde dubium esse, an
2 † debitum ex legis. vel statuti dispositione trãsmittatur. Magon. decis. Florent. 148. n. 14. Gabr. de statutis cõcl.
3 4. nu. 27. & 28. Verum vbi filius † succedit, tunc sine dubio excluduntur feminæ, licet postea deficiat masculus, & semel exclusæ, perpetuo remanet exclusæ, nisi tamen masculus statim moreretur, Gab. d. concl. 4. in princ. & in fin. Quod habet locum etiam in emphyteusi, & in feudis, Clar. in §. feudum, q. 80. Hond. conf. 54. nu. 37. lib. 1. Morot. d. resp. 51. n. 4. ait sufficere masculum momento superuixisse ad perpetuã exclusionem feminarũ, & transmissionẽ. Quod probo Vide c. 43. Addo Hond. cõs. 9. num. 9. lib. 2. vbi probat feminã exclusam semel perpetuo remanere exclusã, nisi statutũ illã ad tẽpus excluderet, quòd latè ꝓbat in eo resp. Vbi aũt est exclusa, licèt illico decesserit masculus, nõ põt amplius admitti femina, siue redintegrari, effectus enim exclusionis iã videtur cõsumatus. Tiraq. in l. si vnquã. C. de reu: don. ĩ verb. Susceperit liberos. n. 194. & 195. vbi ait idem dicendum in femina exclusa à successione feudi, & primogenituræ existentibus masculis. Surd. conf. 370. num. 6. Thes. lib. Quæst. Forens. cap. 34. num. 27. Molin. De Hisp. Prim. lib. 3. ca. 10. num. 38. Men. conf. 1170. num. 28. & seq.

SVMMÆ.

1 *Tempus limitatum contrariam inducit dispositionem.*

Ad tempus concessum, post illud censetur denegatum, & contra.

2 *Tempore elapsõ ad redimẽdum, nulla amplius datur facultas redimendi, exceptis nonnullis casibus.*

Reuendere an teneatur, qui intra tempus partem pretij accepit.

3 *Fideiubẽs pro aliquo actu, nõ tenetur post tempus actu celebrato.*

4 *Alienatio permissa in casu necessitatis, cen-*

censetur prohibita illa non existente.

5 *Argumentum a contrario sensu non inducit dispositionem iuxta Dec. sed cõmunis opinio est contraria.*

6 *Alienatio prohibita ad tempus, an post tempus censeatur permissa anceps est quæstio, in qua multi a se ipsis desciuerunt, & num. 7.*

7 *Doctores variarunt quandoque in dubijs quæstionibus.*

8 *Substitutio, & prohibitio alienandi non censetur statim sublata.*

De tempore limitato, & prohibitione alienandi ad tempus. *Cap. XXXXVIII.*

1 TEMPORIS limitati † ea est vis, vt eo elapso contraria inducatur dispositio, latè Caroc. decis. 76. Et ideo si quid alicui denegetur ad tẽpus, post illud erit permissum, & cõtra, concessum ad tempus, censebitur denegatum, vbi tempus effluxerit. Verall. decis. 140. part. 2. & 399. Surd. decis. 75. num. 2. decis. 207. num. 18. decis. 244. num. 10. cons. 294. num. 5.
2 & seq. Quam ob rationem, elapso † tempore ad redimendum, nulla datur amplius facultas venditori rẽ venditam redimendi. Tiraque. de Retract. Conuent. §. 1. gloss. 2. num. 46. Exceptis tamen nonnullis casibus, & præsertim vbi adest pretium iniustum iuxta declarationẽ Sol. ad Cõst. Sab. tit. De pact. inter empt. num. 90. Surd. dec. 34. in fin. Steph. Gratian. lib. 1. Disc. Forens. c. 26. Prædicta procedere existimauit Surd. cons. 52. etiã si ille, qui promisit intra certum tempus reuendere, intra illud partem pretij receperit, nisi tamen stipulator incontinenti post lapsum terminum obtulisset pretium, & promittentis conditio non esset facta deterior, Surd. d. cons. 52. num. 44. nam & qui fideiussit
3 pro aliquo † actu tunc faciendo, non tenetur, si post temporis interuallum fiat, secus si statim, Menoch. cons. 212. num. 22. Ob eandem rationem sæpe respondi testatorem permittentem
4 † alienationem in casu necessitatis, cẽseri illam prohibere, non subsistente necessitate, maxime cum adesset dictio taxatiua, & clausulæ resolutiuæ. Osasc. decis. 85. num. 13. & 14. Alb. cons. 147. Magon. decis. Florent. 49. nu. 2. Thes. decis. 270. num. 27. ibi Respondetur, quamquam Dec. in l. 1. ff. de offic. eius, subtiliter putat argu-
5 mento † a contrario sensu non induci contrariam dispositionem, sed cessationem tantum voluntatis, ita, vt res decisioni iuris relinquatur in casu cõtrario, quam opinionem in eiusdem legis interpretatione non probauimus, Mantic. lib. 3. De coniect. vlt. volunt. Andr. Fachin. lib. 13. cont. iur. cap. 3. & in illa celebri, & ancipiti quę
6 stione, An † videlicet, si pater substituerit filio sine liberis decedenti puta Sempronium, & postea prohibuerit filio, ne ante 25. annum ætatis alienaret, possit post illud tempus alienare, in illa inquam quæstione, prædicta ratione freti quamplurimi magni nominis Doct. responderunt posse alienare, Menoch. cons. 151. num. 27. cons. 152. num. 60. Surd. cons. 294. num. 5. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 3. tit. 17. num. 11. Decian. resp. 10. lib. 4. Io. Petrus Bimius cons. 116. num. 1. & seq. lib. 2. Verum licet non facile dijudicari possit quænam sit magis communis, & solidioribus rationibus munita opinio, tamen liber amplecti contrariam sententiam, quæ nititur rebus iudicatis maxime Rotæ Florent. & Romanæ, & quam secuti sunt Castr. cons. 263. num. 3. lib. 3. Dec. cons. 386. Alciat. cons. 42. nu. 12. lib. 9. cons. 136. num 3. cod. lib. Soc. iun. cons. 131. num. 12. lib. 1. cõs. 188. in fin. lib. 2. Paris. cons. 31. num. 27.

27. lib. secundo, cons. 25. numer. 30. lib. 3. Ferdinand. Leaz. ad l. filius fam. §. diui, num. 25. ff. de leg. 1. Ruin. cons. 117. num. 27. lib. 2. cons. 121. numero nono, lib. 3. Gabr. cons. 132. num. 6. lib. 1. Ceph. cons. 153. num. 42. Osasc. d. decis. 85. numer. 13. & cons. 40. Non. cons. 98. num. 8. Hieron. Manfred. de Attent. lib. primo, part. 6. num. 5. Fachin. libr. 4. Contr. iur. c. 75. qui latissime de hac quæstione ad partes disputat, tandem hanc tenet opinionem, & multis comprobat rationibus, Steph. Gratian. lib. Forens. Discept. c. 69. & lib. 3. cap. 416. Petr. De prohib. alien. bon. fid. q. 6. num. 18. Odd. cons. 95. num. 98. & cons. 48. Vinc. Hond. consil. 69. num. 84. lib. 2. Peregr. de fideic. art. 40. num. 64. & cons. 73. num. 8. lib. 5. Cost. cons. 70. vbi num. 18. ait Men. mutasse sententiam, & recessisse ab eo, quod scripserat d. cons. 151. & 152. Quod fecisse apparet Menoch.
7 cons. 1267. † num. 4. volum. 13. quod nuperrimè fuit typis excusum, & multi ante eum in hac eadem quæstione fecerunt. Addo pro eadem opinione Magon. decis. Florent. 149. Marisc. lib. 1. var. Resol. c. 4. num. 9. Illustriss. Card. Seraph. Oliu. decis. 829. & decis. 1244. num. 6. & maximè hãc opinionem debemus sequi, vbi apparuerit prohibitionem alienationis nō solum esse factam fauore prohibiti, vt eius imbecillitati consulatur, sed etiam ad augendam legalem prohibitionem, resultantem ex fideicommisso fauore substitutorum, ita, vt non debeat contrarium efficere, nec præsumendum sit testatorem incontinenti voluisse tollere tacitè, & a contra-
8 rio sensu iam factam † substitutionē maximè perpetuam & eius prohibitionem. Cost. d. resp. 70. num. 22. Seraph. d. decis. 1244. num. 6. Bimius d. cons. 116. num. 10. Licet igitur post tempus cesset prohibitio testatoris expressa, tamen remanebit alia legis. Vide Gasp. Thes. lib. 3. Quæst. Forens. quæst. 117. num. 25.

SVMMÆ.

1 *Caducitas multas ob causas declaratur.*
2 *Caducitas incurritur ob alienationem.*
3 *A caducitate excusatur quis ob alienationem necessariam, ac etiam ob voluntariam propter clausulam, Nec aliter &c.*
Quomodo id procedat, vsque in finem, & an facta traditione.
Domini Consensus ex interuallo superueniens, confirmat alienationem.
4 *Clausulæ, Nec aliter &c. quæ sit vis.*
5 *Caducitatem non incurrit ignorans emphyteusim.*
6 *Ignorans, nec consentit, nec contemnit.*

De caducitate excusanda, facta alienatione. Cap. XXXXIX.

1 SOLENT domini directi † multiplicem ob causam declarare aduersus emphyteutas, caducitatem, &
2 præcipuè † ob alienationem rei emphyteuticæ, sese inscijs factam, Vide cap. 73. num. 16. Excusatio autem petitur quandoq. a necessitate, etenim †
3 cessat caducitas, vbi necessaria est insolutum datio, Ias. in l. fin. C. de iure emphy. num. 113. quandoque sumitur ab eo, quod reseruatus sit consensus domini directi, qui confirmat alienationem etiam ex internallo, vt etiam solemnia adhibita ex interuallo confirmant. Gratian. cap. 202. For. Disc. nu. 20. Hanc reseruationem prodesse respondi sæpenumero, ne incurratur caducitas, vbi addita sunt illa verba, Nec aliter, nec alio modo &c. Ias. in d. l. fin. nu. 14. Clar. in §. emphyteusis, q. 13. vers. item quæro, vbi ait

in

in iudicando ab hac opinione non esse recedendum, laté Menoch. consil. 38. Gasp. Thes. quæst. 53. Huiusmodi .n.
4 verba ostendunt præcisam † mentem contrahentium, habent vim conditionis, & operantur, vt nihil actum videatur, Morot. resp. 62. nu. 26. Verall. decis. 82. part. 3. Multo magis procederet hæc opinio, vbi interiecto modico tẽporis interuallo post celebratam venditionẽ, ac etiam translatam possessionem corporalem rei venditæ, adiretur domin⁹ directi, ab eoq. peteretur consensus, sed si longæua esset possessio translata in emptorẽ, tũc fortasse aliud esset dicendum, cõtemptusq. eo casu diceretur dominus directi, & recessum à protestatione prædicta, vbi venditor † nõ ignorasset emphytheusim, ignorans enim non con-
5 dicta, vbi venditor † nõ ignorasset em phytheusim, ignorans enim non con-
6 sentit, ideo non dicitur † contemnere. Vide M. Ant. resol. 62. lib. 1. & Thes. d. q. 53. Marisc. lib. 1. var. Resol. ca. 78. Galuan. consi. 10. nu. 51. Giurb. decis. 80. Vid. Nou. Const. hui⁹ ditionis De iure emphy.

SVMMÆ.

1 *Soluenti pro alio fit cessio.*
2 *Cessio statim debet fieri soluenti pro alio.*
Solutione facta omnis extincta est obligatio.
3 *Cessio quando possit fieri ex interuallo.*
Soluere quis censetur pro sua obligatione.
4 *Fisco soluens an consequatur eius priuilegium.*
5 *In cessione accessoria non requiruntur solemnitates statutorum.*
6 *Cessio quæ fit fideiussori soluenti esse debet generalis.*
Cessio quæ fit à fideiussore etiam ex interuallo fit.

De cessione. Cap. L.

1 QVI pro alio † soluit curare solet, vt sibi à creditore cedãtur actiones. Beneficium hoc appellatur cedendarum actionum. Doct. in l. 2. C. de fideiuss. l. nulla, C. de solut. Surd. cons. 536. nu. 3. & seq. Vbi vero
2 plures † tenerentur solida obligatione, si vnus soluat, nihil ei proderunt actiones ex interuallo cessæ, l. Modestinus 76. vbi Bart. & alij, ff. de solut. Rot. Rom. decis. 123. part. 2. nume. 8. in nouiss. Surd. decis. 308. nume. 10. & passim. Fab. lib. 11. Coniect. cap. 9. & lib. 15. cap. 5. nam facta solutione omnis extincta fuit obligatio, & actio ita vt nulla superfit creditori, quam possit cedere. Gratian. c. 269. num. 38. Discept. Forens. Oliu. decis. 558. Secus esset, si quis pro sua tã tũ obligatione soluisset, etenim posset
3 fieri † cessio non solum incontinenti, sed etiam ex interuallo, Alb. cõs. 738. nu. 6. & cons. seq. nu. 10. & 24. Gabr. cons. 63. nume. 3. & 10. libr. 2. vel vbi in solutione præcessisset pactũ de cedẽdo. Bart. in d. l. Modestinus. Rot. Rom. 153. & 1212. part. 2. in dubio si quis soluat simpliciter cẽsetur soluere pro sua obligatione. & ita valebit cessio etiam ex interuallo. Vide Felic. De cẽsibus li. 3. c. 3. nu. 6. & Surd. d. decis. 308. & vbicũq. ita videtur suadere æquitas, tũc etiam ex interuallo potest implorato officio iudicis fieri cessio, vt in causa gẽtilis mei D. Octauij Belloni patricij Casalẽsis respõdit Surd. d. cons. 536. num. 5. & sequitur Costa de remed. subsid. rem. 33. num. 16. & seq. immo licet in contractibus requiratur cessio, tamen secus est, vbi lex aliud statuit, tunc enim migrant actiones in soluentem sine cessione, etiam quoad priuilegium personale, Surd. consil. 444. qui loquitur de soluen-

4 uente † fisco, & concludit eum succedere in priuilegium competens fisco, quod procedit etiam si non constet pecuniam fuisse mutuatam, vt creditori solueretur, nam ex breuitate temporis id præsumitur. Surd. consf.444.nu.
5 10. Vide c.1. suprà. Cæterum in hac † cessione, quæ est accessoria solutionis non requiruntur solemnitates iuris communis, & statutorum, Bart. in d. l. Modestinus num. 13. & maxime si fiat ex interuallo. Carpan. ad stat. Med. cap. 447. num. 10. nam huiusmodi solemnitates non sunt necessariæ in cessionib. accessorijs. Stat. Ticin. 135. Alb. consf.217. Cessio autem
6 quæ fit fideiussori soluenti † debet esse generalis de omnibus iuribus, & & pignoribus, quæ ad creditorem pertinent ob illud creditum, ita vt creditor teneatur etiam cedere illud pignus, quod ex interuallo accepit post fideiussionem pro eodem credito. Morot. De sec. cred. offer. numer. 62. Neguf. quæst. 301. numer. octauo, agens de cessione, quæ fit a fideiussore, ait eam fieri posse etiam ex interuallo.

SVMMÆ.

1 *Metu gestum non debet esse ratum.*
2 *Metus purgatur per consensum ex interuallo, & num. 6.*
3 *In Carcere facta promissio non valet, & quomodo.*
4 *Confessio facta ob tormenta approbari potest.*
5 *Matrimonium metu gestum approbari postea.*
6 *Testamentum quando præsumatur metu conditum.*
Testatori an credendum circa metum illatum.

De gestis per metum. Cap. LI.

1 QVOD metus causa gestum erit ratum non habebo, inquit Prætor l.1. & passim, ff. de eo, quod metus causa, Menoch. de arbitr. cas.135. latiss. Honded. consil.29. lib.1. Berr. consf.75. num.29. in ciuil. lib. Verum si quod per metum factū
2 † fuit, ex interuallo fuerit approbatum, cessant Prætoris verba, communiter enim traditur cēseri sublatum, & purgatum metum, Alb. consf. 4. num.37. iuxta scripta in l.ex ea stipulatione, ff. de cond. ob turpem causam, & ideo promissio, quam quis
3 ab aliquo extorsit, quem † in carcerem detruserat nullius est momenti nisi promissor in promissione perseueret, l. qui in carcerem, vbi gloss.& alij ff. de eo, quod metus causa. Sic
4 dicitur de confessione † metu tormentorum extorta, quam ex interuallo quis approbauit, qua de re vide quæ
5 scripsi cap. 100. sic etiam dicitur † de matrimonio iuxta tradita in cap. ad id. de sponsalib. & matrim. quo casu satis est eum, qui per metum contraxit, consentire, Sanch. de sponf.& matr. lib.2. Disp.32. numer. 8. & in vniuersum debet rescindi quidquid metu est gestum, nisi ex interuallo subsequatur cōfirmatio actus gesti, Doct. in c.1. de his, quæ vi metusue causa, l. 2. C. qđ metus causa. optime Surd. consf.513. num. 16. videlicet eo tempore, quo præsumatur metus illatus non amplius durare. Morot. resp.28. num.14. & seq. & resp.75. num.9. & 10. Hond. consf. 23. num.40. & 41. lib. 1. Sed si subsit eadem causa, non est, quòd dicamus metum esse sublatum. Surd. consf.513. num.41. 43.
6 Thes. quæst. For. 51. num. 19. † Sic dicitur de testamento ob metum condito, qui tamen non præsumitur, etiā si te-

si testator dixerit ex interuallo, se eo modo testatum fuisse per metum, nisi exprimat, se ab hæredibus, vel substitutis compulsum fuisse ad testandum, libenterq. se alio pacto ordinaturum suprema, nisi met⁹ obstaret, hæc enim assertio testatoris coram Notario facta, vel coram duobus, aut tribus testibus etiam ex interuallo, plene probat metum, Mant. De coniect. vlt. volũt. lib. 2. tit. 7. nu. 5. Quando dicatur metus purgatus. Caroc. decis. 16. nume. 32.

SVMMÆ.

1 *Conductio censetur renouata, vbi conductor in ea post tempus perseuerat. Ratio qua nam sit.*

2 *Conductio non censetut renouata, vbi modico tempore quis in ea remansit.*

3 *Cõductio non præsumitur renouata præcedente protestatione cõtraria. Et quomodo id procedat, & nu. seq.*

4 *Protestatio an trahatur ad ea, quæ sequuntur ex interuallo.*

De reconductione præsumpta.
Cap. LII.

1 QVI impleto tempore † conductionis remansit in cõductione, non solum reconduxisse videbitur, sed etiam pignora videntur durare obligata, l. item quæritur, §. qui impleto. ff. locati. De qua tacita, & præsumpta conductione plura, vide apud Alciat. De præsumpt. reg. 3. præs. 17. Menoch. eodem tract. lib. 3. præs. 85. Mãtic. de tac. & amb. conuẽt. lib. 5. tit. 15. Mascard. de probat. cõclus. 993. Ratio est iuxta Alciat. & Men. d. præsumpt. 85. numero quarto quia tam locator, quã conductor, ille patiendo, hic perseuerando in possessione rei, siue detentione, præsumuntur eundem habendo animum, quem in prima locatione habuerant. Alb. consil. 178. Surd. consil. 460. latiss. de hac materia agit Caroc. De locat. part. 3. De renouat. locat. Polyd. Rip. Obs. sing. 154. vbi etiam spectat anteriorem hypothecam respectu initij primæ locationis, quod ego non probo, Vide Caroc. d. tit. q. 34. decl. 12. Bellon. cons. 87. Corna. 22. decis. 117. Verum non est perpetua illa regula, petitur enim multas ex-
2 ceptiones, & præcipue non habet locum, vbi modico tempore perseuerauit conductor in re conducta, quod etit arbitrio iudicis diffiniendum, Menoch. dicta præs. 85. numer. 45. Masc. d. conclu. 993. num. 21. Caroc. d. loco declaratione 11. Mant. d. tit. 15. num. 16. Magon. decis. Flor. 47. numer. 10. Item non habet locum,
3 vbi locator † sæpe protestatus erat, nolle se in ea locatione perseuerare, licet enim taceat finito tempore, tamen ob protestationem non censetur facta reconductio. At contrarium sequitur Caroc. d. tit. quæst. 31. nam
4 protestatio solum porrigitur † ad actum, qui tunc fit, vel incontinenti sequitur, qua de re latè tractaui in cap. 98. De Protestatione. Verum circa hanc limitationem puto censeri recessum a protestatiene, si diù passus sit locator conductorem perseuerare in locatione, sed maiora argumenta huius reconductionis requiret iudex, stante protestatione contraria.

SVMMÆ.

1 *Carceratus an possit recommendari ob aliud delictum, vel ob debitum ciuile.*

2 *Reccommendatio carcerati permittitur, vbi statim potest consuli eam petenti.*

3 *Seruo damnato, dominus non amittit peculia.*

4 *Crimine liquidato, sententia non est*

K dif-

differenda exceptis nonnullis casibus.
5 *Pœna vel ox sequitur conuictos.*
6 *Condemnatis a Principe dies 30. conceduntur.*
L. si vindicari, C. de pœnis.
7 *Sententia non debent celeriter ferri, secus in exsecutione.*
3 *Confessus non semper tradendus statim supplicio.*

De Recommendatione carcerati. Cap. LIII.

1 QVAESTIO notissima, & valdè, dubia est, An carceri † mancipatus ob delictum, possit ob aliud delictum eidem reccommendari, vt nostri loquuntur Doctores, vel (quod magis ambiguum est) ob debitum ciuile. Hanc tractat Bart. in l. 2. §. qui exhibendi num. 4. ff. de cust. & exhib. reor. Farinac. tit. de Inquis. quæst. 7. num. 42. & De Carcer. quæst. 27. nu. 154. Caball. resol. crim. 299. Ad quos sufficiat in præsentia lectorē reijcere. Illud non omittendum,
2 quod huc pertinet, hanc † recommendationem permitti, vbi modica dilatione concessa exsecutioni pœnæ corporali, potest consuli petenti recommendationem, Caball. d. resol. 299. nu. 6. & 13. Peguer. decis. 22. l. 1. C. de
3 bonis proscript. vbi seruo † damnato non auferuntur peculia domino, sed debet velociter instare dominus, vt sibi reddatur ratio, vt postea seruus pœ-
4 næ subijci possit. Neq; † enim liquidato crimine debet sententia differri, l. cum reis, C. de pœnis, l. si quis forte, ff. eod. tit. sed debet celeriter mitti exsecutioni exceptis nonnullis casibus. Caball. d. res. 299. num. 16. con-
5 uictos † enim velox pœna sequi debet, iuxta l. si quis, l. de his, C. de cust.
6 reorum. Verum in l. vindicari, † C. de pœnis, damnato à Principe dies 30. dantur. De qua lege vide, quæ scripsit Cuiac. lib. 5. Obs. cap. 9. Cagnol. in l. quidquid calore. num. 11. & 12. ff. de reg. iur. Ian. Langl. lib. 11. Semester. cap. 2. pag. 681. Et quod dixi Cap. 32. De Sententijs latis fe-
7 stinanter, procedit in ferendis † Sententijs, in quibus non est æquum iudicem præcipitem esse, sed exsecutio celeriter fieri debet, vbi appatet de crimine. Vide quæ vberrimè, & eleganter scripsit Robert. lib. 1. Rer. iud. c. 4. vbi ait non † sufficere solam confessionem, vt quis tradatur illico supplicio, sed debere quandoque in vinculis asseruari, donec certis probationibus veritas eruatur l. 1. §. diuus, ff. de quæst. l. si confessus, ff. de cust. & exhib. reorum. Vid. Langl. dicto loco.

SVMMÆ.

1 *Venditioni rei suæ potest quis statim quæcumque pacta adijcere. Declara vt infra.*
2 *Venditor an possit adijcere venditioni pactum, vt res vendita sit posteriori creditori obligata.*
5 *Dominij reseruatio an post venditionem fieri possit.*
Negusantij opinio reiecta, & num. seq.
4 *Creditori priori res empta ex pecunia posterioris an sit obligata.*
5 *A minore empta res an possit obligari ipsi venditori.*
Incontinenti quæ fiunt, censentur inesse.
Surdi opinio contra Negus. & num. 7.
6 *Pacta plura si reperiantur in eodem Instrumento vnum respicit alterum.*
7 *Dotis æstimationē potest petere mulier, licet statim secuta sit æstimatio.*
8 *Contractus quando dicatur perfectus.*
Cōtractus dicitur vnicus cum suis pactis.
9 *Pacta adiecta sunt pars contractus.*
Contractus, vel in totum reijciendus, vel omnino acceptandus.
Instrumenta duo eodem tempore confecta pro vno habentur.

10 Li-

10 L. licet, C. qui potior. in pign. sententia.
11 L. 1. §. fin. cum l. seq. ff. de reb. eorm exponitur.
Minoris contractus potest partim valere, partim secus.
12 Minoribus interdicta alienatio, & obligatio bonorum, & quomodo id procedat.
Minorum contractibus an possint adijci pacta.
13 Filius, & seruus an possint addere pacta contractibus in damnum patris vel domini.
14 Prælatus an possit addere pacta contractibus a se initis.
15 Stat. Ticinense De modo obligandi minorem.
Solemnitates illæ requiruntur in pactis adijciendis. quæ in contractibus.
16 Adquirens alteri, potest statim eidem in eodem actu obesse. Maritus post adquisitionem factam nomine vxoris, an possit addere pactum redimendi.
Ius patronatus instituens potest eidem addere conditiones statim.
Procurator post instrumentum an possit apocham statim in præiudicium domini scribere.
17 L. 2. ff. de reb. eorum declarata.
Pignoris pactum an possit addi contractui emptionis.
18 Confirmandum non est, quod est validum.
19 In emphyteusim an possit statim accipi ab Ecclesia fundus eidem venditus.
Cæsar Manentus Senator.

De pactis adijciendis emptioni, & venditioni tàm à maiore, quàm à minore, & ab administratoribus alieno nomine contrahentibus. Cap. LIV.

1 POTEST dominus † venditioni, & traditioni rei suæ quæcunq. voluerit pacta adijcere, l. in traditionibus, ff. de pactis, l. legem, C. eod. nisi tamen improba sint, & legibus prohibita. Et ideo inquit Bald. in l. nulla, C. de iure dotium, in venditione rei propriæ quidquid non est expressè prohibitum, censetur concessum, l. qui absenti, §. 1. vbi gloss. & Doct. ff. de acquir. possess.

Quod tamen est intelligendum, si modo pacta initio ante traditionem, vel saltem, dum fit traditio apponantur, secus si post, tunc enim non valent, etiam si incontinenti adijciātur,
2 exempli gratia. Venditor post venditionem, & traditionem dominij, quæ fit etiam per constitutū. Tiraq. in suo trac. De iur. const. possess. pactus est, vt res vendita esset specialiter alicui creditori posteriori hypothecata, nam tunc si præcessit pactum valet, secus si secutum fuit. Quod multis rationibus probat Negusant. De pign. in 4. part. princip. numero 33. & 35. Qua
3 ratione etiam si † post constitutum fiat reseruatio dominij, quæ fieri potest, quousque pretium soluatur, non tamen, vt res perpetuo sit penes venditorem Bald. in rubr. C. de contr. empt. quæst. 13. Afflict. decisio. 398. Magon. decis. Florent. 91. & seq. ea dominij reseruatio non valebit.

Hæc autam Negus. opinio nititur præcipue, l. licet. C. Qui potiores in
4 pignor. hab. vbi priori † creditori res empta ex pecunia posterioris remanet obligata, nisi in ipsa emptione statim aliter conuenerit inter contrahentes. Did. Couar. libr. 1. Variar. Resolut. cap. 7. numero 2. Et l. 1. §. fin. cum l. seq. ff. de rebus eorum, vbi non valet pactum, quo conuenit, vt
5 res à minore empta sit † obligata pignori ipsi venditori, nam vbi dominium quæsitum est minori, cœpit non posse obligari.

Contrariam opinionem sequitur Surd. decis. Mant. 157. ob sæpe repetitam reg. l. lecta, ff. si cert. pet. nam

quæ fiunt incõtinenti censētur in esse, neq. tũc spectatur quid prius, quid po sterius sit scriptum in eodem contractu, & instrumento, l. cum duo, ff. de in diem addict. l. cum plures, ff. de euict. in quo si plura reperiantur †
6 pacta, vnum censetur alterius gratia initum. Becc. conf. 52. num. 6. & 8. & conf. 45. num. 34. Surd. consil. 217. nu. 9. late Andr. de Florent. in sua Apol. nu. 61. cum seq. Anton. Gabr. De præsumpt. concl. 13. num. 4. & seq. & ideo Alb. conf. 136. num. 9. & 10. ait mulie-
7 rem agere posse ad † æstimationem do tis, cum censeatur facta vēditio, licet æstimatio non præcesserit, sed statim sit secuta.

Et licet Neguf. dicto loco tripliciter respondeat d. l. lecta, eamq. totidem modis declaret, tamen nihil eum agere ostendit, Surd. d. decis. 157. cuius opinionem sequimur, cum enim contractus, qui vnico actu, & con
8 textu fit non antea dicatur † perfectus quam fuerit perfectum instrumentũ, lectum, & approbatum à partibus, nõ poterit dici facta translatio dominij, & ita ius quæsitum emptori, nisi cum pactis adiectis, quæ illi translationi dominij insunt, contractus enim vniuersus cum suis pactis, & conditionibus est vnicus, & indiuiduus. l. 2. §. 1. ff. locat. & pacta apposita dicuntur †
9 pars contractus, l. fundi partem, vbi Bald. Salic. & alij, ff. de contr. empt. Tiraq. latè in præf. retract. conuent. num. 21. & ideo debet, vel omnino acceptari, vel in totum reijci, l. cum quæritur, ff. de admin. tut. Tiraq. de retract. conuent. in fin. num. 4. & seq. Gab. d. concl. 15. poteftq. venditor in ipso actu rei suæ, vt initio dixi, legem quã voluerit dicere, verum, vbi Doct. de foro compet. cap. dilectus de consuet. Surd. decis. 344. num. 26. Quamobrem contra eundem Neguf. cēsuit. Franc. decis. 369. posteriorem creditorem præferri in re vēdita statim illi obligata, licet in alio instrumento creditori anteriori. Afflict. decis. 306. vbi Cæs. Vrsill. Duo enim instrumenta eodem tempore confecta pro vno habentur. Qua de re Borgn. decis. 27. num. 27. part. 2. Iof. Lud. decis. Perus. 45. num. 19. Hart. de cred. cap. 16. lib. 2.

10 Non obest, † d. l. licet, nam ex prædictis patet solutio, nam dicitur statim facta conuentio, vbi inest eidem contractui, & dicitur facta in ipsa emptione, & venditione, & ita etiam accipitur l. si ad resoluendam, C. de præd. min. Surd. d. decis. 344. nu. 24. vt videlicet procedat, quando ex interuallo adijcitur pactum, secus si incon-
11 tinenti, Non obstat † d. l. 1. §. fin. cum l. 2. quia varijs modis illa lex accipitur. Surd. d. decis. 157. & decis. 173. numero 22. & seq. Alciat. in l. post cõ tractum, ff. de donat. nume. 54. Tiraq. de retract. conuent. in fine numero 1. & 13. vbi ait d. l. non carere mendo, cum Bald. conf. 415. libr. 2. in diuersam sententiam eam alleget Vid. Arium Pinell. ad l. 1. 3. part. nu. 52. C. de bonis mat. Borgn. de tut. nume. 426. Fænut. de momento cap. 22. nu. 14. Franc. decis. 105. nu. 8. Quidquid sit satis erit pro responsione circa præsētē quæstionē, tex. illum loqui de minore, cuius cõtractus potest pro parte valere, pro parte secus, l. Iulianus. §. si quis à pupillo, ff. de act. empt. Surd. d. decis. 173. num. 24. Menoch. de arbitr. caf. 171. num. 31. Quæ omnia, vt melius intelligamus, altius rē totam repetendo sciendum est mino-
12 ribus interdictam esse † alienationem, & obligationem bonorum oratione Seueri Imper. cuius verba refert Vlp. in l. 1. ff. de rebus eorum, nisi interueniant ea, de quibus late Bertazzol. conf. 12. nu. 1. in ciuilibus, immo verò si minor prædia emerit, & adiecerit

pactum,

Pactum, vt pignori sint obligata vēdi tori, quoad pretium soluatur, non valebit conuentio pignoris, nisi adhibitis solemnibus, vbi enim dominium quæsitum est minori, cœpit non posse obligari d. l. 1. §. fin. idem in pacto reuendēdi adiecto per minorem, & in alijs pactis, & quod dicitur de minore procedit in tutore, vel curatore contrahente nomine pupili, vel minoris, Idem recipitur in filio, &
13 seruo † adijciente pacta in damnū patris, vel domini, quibus ius est quæsitum, etiam per contractum eiusdem filij & serui. Ang. Castr. & Ias. in l. fin. autem, ff. de pactis. Tiraq. de retract. conuent. in fin. nume. 1. & 12. Gratian. lib. 2. Discept. Forens. cap. 242. num. 32. Surd. cons. 290. numer. 62. & d. decis. 344. numero 24. & 25.
14 vbi id extendit ad † prælatum, & alium quemcunq. administratorem. Et ideo infertur ad Stat. Ticin. sub
15 rub. 119. in ciuilibus De modo, & † forma obligandi minorem, nam eædem solemnitates requirūtur in adijciente pacta. Verum hæc intelliguntur si ex interuallo adijciantur pacta, secus si incontinenti. late Stephan. Gratian. lib. 1. Discept. Forens. cap. 26. nu. 1. & seq. & cap. 175. etenim vbi adijciuntur incontinenti, non censetur dominium plene, & simpliciter acquisitum, sed ea lege, & conditione, quæ statim fuit adiecta. & qui alte
16 ri † acquirit eidem potest in ipso actu, vel statim post obesse, & modificare acquisitionem illiq. conditionem adijcere. Sic dicitur de marito acquirente emphyteusim, vel quid aliud pro vxore, nam ex interuallo non potest addere pacta, sed statim Gam. decis. 178. num. 6. cum eidem posset, & non acquirere, & ita procedit d. l. fin autem. ff. de pactis, l. 1. in fin. ff. de stip. ser. Imo in l. iudex posteaquam num. 8. ff. de re iud. Hier. Gabr. cons. 65. nu. 7. vol. 1. Boer. decis. 182. num. 31. & ita distinguunt Tiraq. Surd. & alij locis supra citatis. Castr. cons. 318. nume. 3. & 4. volum. primo, & consil. 245. volum. 2. Menoch. consil. 576. num. 33. vbi probat procuratorem post instrumentum confectum non posse apocham facere in præiudicium mandantis, secus si eam fecerit incontinenti. Eadem pene ratione potest patronus, dum iuspatronatus instituit, adijcere conditiones, & onera imponere non autem post ex interuallo. Roch. Curt. de iure patr. in verb. vtile nume. 7. Paris. consil. 48. vol. 4. Marc. q. 473. & quæst. 493. nisi respiciāt commodum patroni Vinc. Grillenz. consil. 9. num. fin. quæ tolli possunt.

17 Verum prædictis † non leuiter obstat d. l. 2. ff. de rebus eorum, vbi non valet pignus, etiam si initio, & statim adiectum sit illud pactum.

Nonnulli distinguunt inter emptionem factam a minore, & factam à tutore, quos tamē reprehendit. Alciat. in d. l. post contractum. num. 54. & Menoch. d. cas. 171. num. 31.

Alciat. ibidem sic distinguit. Aut venditor aliquas reliquias dominij penes se retinuit & valet tale pactum ex continenti adiectum, vt redimendi, aut nullas, vt quando adijcit pactū pignoris, & tunc secus sit, siue statim, siue ex interuallo id fiat, pignus enim aduersatur dominio l. neque pignus. ff. de regul. iur. Alij d. l. 2. aiunt procedere in quocunque pacto a minore, vel eius curatore statim, vel ex interuallo adiecto. Menoch. d. num. 31. idq. fauore minoris, & ideo ad alios nō erit facienda extensio. Surd. d. decis. 173. nu. 24. Accedat prædictis, nā licet I. C. Considerauit illā rationem in d. l. 2. quod videlicet statim in ipso actu adiectum sit pactū pignoris, ibi. Videtur illud mouere, quod cū domi-

dominio pignus quæsitum est, & ab initio obligatio inhæsit, tamen subijcit Imperiali beneficio esse opus, vt ex rescripto pignus confirmetur. Super-
18 fluum autem est † precibus aliquid petere, vt confirmetur, quod validũ est. l. 1. Cod. de Thes. lib. 10. Procedit igitur dicta lex solum in minore, eius fauore: sed ob rationem ibidem ad ductam à I.C. erit confirmanda obligatio Imper. rescripto. Non erit autem ad alios facienda extensio. Quamobrem tradidit Alciat. in d. l. post cõtra ctum num. 54. si quis ecclesiæ vendidisset fundum, & incontinenti in em-
19 phyteusim, absq. aliqua solemnitate requisita in concessione emphyteusis, eundem recepisset, valere contractũ emphyteuticũ. Nunc solent Pragmatici adijcere pactũ expressum, vel verba illa, Citra animum incorporandi. Verum ex hac receptione in emphyteusim arguit cõtractum fœneratitiũ. Cæsar Manent. Mant. Senator, quem ego semper merito obseruaui in suo tract. De contr. liuell. q. 1. numero 10. & 15. Vid. supra cap. 2. in fine.

SVMMÆ.

1 *Minoris alienationem an superueniens cõfirmet ætas.*
2 *Ratificatio alia tacita, alia expressa, & quomodo differant.*
L. fin. C. si maior factus alien. rat. declaratur.
Ratificatio contractus minoris an reddat contractum validum, vt nunc, an vt tunc.
Cæsar Augustus I. C. & publicus iuris Pont. Interpres.
3 *Legis maior potestas, quam hominis.*
Repudiatio tacita validior expressa.
4 *Ratificatio inducitur ex lapsu temporis.*
5 *Impubes an possit recedere à sponsalibus, vbi peruenit ad pubertatem.*

De maiore ratum habente, quod fecit in minore ætate. Cap. LV.

LICET alienatio minoris non valeat, vt diximus ca. præced. tamẽ
1 † superueniente ætate confirmari poterit, l. fin. C. si maior factus rat. hab. Dec. in l. quod initio nu. 11. ff. de reg. iur. vbi Cagn. nu. 2. latè Masc. De probat. concl. 1261. nu. 14. & 18. Magon. decis. Luc. 13. nu. 10. Ant. Gabr. in tit. De minor. concl. 4. num. 1. Aliud tamen respondit Rom. cons. 54. ex nonnullis circunstantijs, quæ in facto possunt considerari, veluti si adsit dolus, & pauculis diebus post perfectam ætatem sequatur ratihabitio, Barbat. cõs. 70. vol. 3. Veral. decis. 1. part. 3. Surd. decis. 70. num. 27. Masc. d. concl. 1261. num. 56. Ego tamen existimo illud minimum quid operari, quod videlicet incontinẽti sequatur ratihabitio, cum dolus potissimum sit spectandus. Verũ in huiusmodi ratificatione est
2 illud obseruandum, nam aut † est expressa ratificatio, aut tacita. De expressa agitur in tit. C. si maior. factus rat. hab. De tacita in l. finali, C. si maior factus alienat. rat. hab. Prior tit. procedit, vbi minor est læsus, posterior vbi deficit decretum, & ita nulla est venditio, Castr. in d. tit. C. si maior factus rat. hab. Tacita aũt ratificatio inducitur p lapsũ quadriennij, vbi petitur rescissio cõtractus, & ob lapsum quinquẽnij, vt in d. l. fin. vbi nulla est alienatio ob defectũ decreti. Alb. cõs. 11. num. 20. & in alijs nonnullis casibus, de quibus abunde Rol. Vall. cõs. 72. vol. 4. Surd. cons. 49. num. 29. Menoch. cons. 196. num. 41. li. 2. D. Cost. cons. 18. Morot. resp. 42. nu. 7. 9. & 12. Menoch. De Recup. rem. 15. nu. 165. cons. 29. Gratian. Discept. 513. Gall. cons. 73. num. 49. cons. 105. nu. 21. Borgnin. De Tut. nu. 146. Laderch. cõs. 66. num.

num.19. cōs.86.nu.3.conf. 139. nu. 4. ex quibus habemus declarationem d. l.fin.& in quibus casibus procedat. Et de illius legis interpretatione egi annis superioribus in causa quadam pro DD.fratribus Alberitijs coram Cæsare Augusto I. C. præstantissimo huius Ticinensis Collegij Iudicum selectorum, & publico ordinario Canonum Interprete quem multis nominibus semper obseruaui. Si igitur expressa interuenit ratificatio, ea reddet contractum validum, vt nunc, quemadmodum loquimur in foro, si tacita operatur, vt tunc. Surd. decis. 245. D. Costa de Retrotract. cap. 8. cas. 4. num. 2. Tacita enim fit à lege, expressa ab homi-
3 ne, atqui maior est legis, quam † hominis potestas. Et traditur in l. 1. C. qui admitti, vbi Bald. num. 32. Bolog. nu. 36. plus operari tacitam repudiationem, quam expressam. Inducitur etiã
4 ratificationis † præsumptio ob lapsum longi temporis, puta decem annorũ. Mascard. d. concl. 1261. num. 10. & quandoq. id contingit ob modicum
5 † tempus, ideo licet impubes possit à sponsalibus recedere etiam factus pubes, tamen id intelligitur si statim id faciat, Sanch. de matrim. lib. 1. Disp. 51. num. 14.

SVMMÆ.

1 *Pro facto habetur illud, quod imminet.*
2 *Debitoribus condemnatis, vel statim condemnandis non conceduntur induciæ.*
3 *Fideiussor condemnatus, vel condemnandus incontinenti, agit contra reum.*
Fideiussor quando agat contra reum ante condemnationem.
4 *Emptor agit de euictione, vbi ea imminet.*
Auctoris destinctio, & nu. 7.
5 *Emptor, cui imminet euictio non cogitur ad soluendum pretium, quod declara.*
6 *Sequestrum affectum non prodest.*
Pretia, quæ parum durant, non sunt spectãda.
7 *De euictione quando agatur.*
8 *Emptor tenetur litem venditori denunciare.*

De fideiussore statim condemnando, & euictione imminente. Cap. LVI.

QVandoque non solum, quod incontinenti factum fuit, sed etiã
1 † quod imminet, & breui faciendum est plurimum operatur, cuius rei ex vniuersa hac tractatione multa desumi possunt exēpla, & ideo proxime cōdemnandus habetur pro condemnato, & proxime banniendus habetur pro bannito. Vide ca. 23. De pace non frangenda, nu. 4. & cap. 69. De potē. prox. act. ob hanc rationem licet debitoribus soleant concedi induciæ à Principe, tamen secus est, vbi
2 debitores † sunt sententia condemnati, vel statim condemnandi, Thes. decis. 186. num. 7. Præcipuum autem in præsentia affero exemplum in fideiussore, qui non solum condemnatus †
3 agere potest contra reum, sed etiam vbi intra modicum tempus est condēnandus. Bald. in l. si pro ea, C. mand. Ias. in l. diuortio, §. interdum. nume. 16. ff. sol. matrim. Surd. decis. 94. num. 4. Andr. Gaill. obs. 29. lib. 2. nume. 13. vbi recenset casus, in quibus fideiussor ante condemnationem agit contra eũ, pro quo fideiussit, Guid. Pap. quęst. 117. Afflict. decis. 241. Vid. cap. 58. Aliud est præcipuum exemplum in emptore, vbi enim imminet periculũ
4 euictionis † agere potest contra venditorem, licet res nondum sit euicta. Qua tamē in re ne decipiaris, est etiã atq. etiam animaduertendum. Aut enim quærimus, An emptore, cui imminet euictio, cogi possit ad solutionem

5 nem † pretij, & concludo non posse, l. ex his prædijs, l. si post perfectam, C. de euict. Alb. cons. 347. num. 2. & 21. Surd. cons. 36. num. 14. Giurba decis. 100. num. 24. Sufficit autem imminere euictionem, etiam ob hyppotecã. Franc. decis. 555. vbi latè disputat, an pro tota euictione præstanda fideiussio, an pro ea, quæ imminet. Verum quia solent quãdoq. callidi, & improbi emptores, vt quoad fieri possit pretii solutionem effugiant, vel saltẽ differant, curare, vt ex composito ab amicis sibilis moueatur, ideo eorum fraudibus, & calliditatibus multis modis occurritur, de quibus præceptor me° Iacobus Menochius, Præses Illustrissimus in suo libr. De arbitr. cẽt. 3. cas. 224. optime Surd. cons. 32. ostẽdit emptorem non posse sibi pretium retinere, vbi litem sibi intendi affectauit. Qua ratione nuperrime consului, nullam esse habendnm rationem cuiusdã
6 † sequestri, propter quod allegabat nescio quis, se non soluisse rem debitam, vt euitaret moram, & illius pœnam, de qua in l. quod te in l. vinum. ff. si certum petatur. Non tamen tenebitur quis ob moram ad pretia quæ inconti nenti fuerant mutata, & momẽto durarunt, l. pretia, §. fin. ff. ad leg. Falc. Fæn. De moment. cap. 31. num. 22. Et enim apparebat sequestrũ illud fuisse affectatũ multis rationibus, & ideo quod affectatum est, non debet prodesse. Addo nunc Caroc. decis. 93. nu.
7 3. Aut quærimus, An † possit agere emptor de euictione ante sententiam, & non posse existimo, l. qui rem. C. de euict. etenim, vt locus sit euictioni, requiritur rem venditam effectu fuisse euictam, l. 3. vbi Cin. & alij, C. de euict. Crauet. cons. 845. num. 12. Thes. decis. 85. ideo ne sententia quidem secuta agere emptorem posse traditum est, nisi res ablata sit. Cæs. Vrsill. ad decis. Afflict. 241. Sol. ad const. Sabaud. in tit. De dilat. ad denũc. tit. 12. gloss. 3. in fine. Caroc. decis. 96. Osasc. decis. 181. nu. 4. cum alijs allegatis à Thes. decis. 102. qui tamen ab hac opinione discessit, cum sufficiat, sententia condemnatum quem esse, vt possit agere de euictione. Contrarijs autem rationibus respondet dicta decis. 102. Sed vide Mariscot. lib. 2. Var. Resol. cap. 79. Steph. Gratian. cap. 3. num. 7. cap. 22. num. 5. Discept. Forens. Surd. decis. 22. vbi sequuntur communem. Addo Caroc. d. decis. 96. num. 7. Verum quandoq. cautio imminente periculo potest peti, iuxta prædictos. gloss. & Doct. alij in l. 3. C. de euict. Addo alterum meum præceptorem Costam de Rat. q. 14. Surd. decis. 295. & d. cons.
8 32. Hoc tamen requiritur † vt denunciet emptor venditori, vt adsit ad rem defendendam, qua in re nullum præfinitur tempus, sed id non faciet prope condemnationem. l. si rem. in fine. ff. de euict. Vide Sol. d. tit. Rebuff. de dilat. art. 5. glos. vn. nu. 24. & infrà ca. 71.

SVMMÆ.

1 *Fideiussor constituens se principalem remanet adhuc fideiussor. Quod improbat auctor.*
2 *Fideiussor habetur pro principali vbi ita se obligat, videlicet respectu creditoris.*
In Depositi contractu possunt plures rei debendi constitui.
3 *Fideiussoria obligatio quãdo non dicatur sequela principalis.*
Excussionem non potest opponeret fideiussor, qui se principaliter obligauit cum renunciationibus, & nu. 6.
4 *Fideiussoria obligatio an extinguatur ex tincta principali.*
Confiscatis bonis rei principalis, an fideiussor liberetur.
Proclamatis, siue cridis non contradicens ius

ius suum amittit.
5 *Non contradicens respectu vnius iuris, alterum non amittit.*
Iuri vni renuncians alterius non facit iacturam.
6 *Papyrius Cattaneus Senator Mediol.*
7 *Excussionis beneficium competit fideiussori, etiam si creditor habeat pignus.*

De fideiussore se principalem constituente. Cap. LVII.

1 SI fideiussor † constituat se principalem debitorem, non facta aliqua nouatione existimat Accur. in §. 1. in verb. fideiusorem. in auth. de fideiuss. remanere adhuc fideiusoré, neq. esse duos reos principales. Quam sententiã latissimè secutus fuit præceptor olim meus Sfort. Odd. consil. 41.

Ego contrarium probaui sæpenumero, prout casus tulit in praxi. Vbi enim incontinenti fideiusor se obligat principaliter, & insolidum non
2 ex interuallo, tunc habetur pro reo † æquè principali neque locus est excussioni Natt. cons. 345. num. fin. Fenut. de moment. temp. cap. 22. numero 18. Alb. consil. 638. numero 6. Decian. resp. 72. numer. 5. vol. 2. Sunt enim reus principalis, & fideiussor quoad ipsum creditorem æque principales, & insolidum obligati, licet pecunia peruenerit ad ipsum reũ. Rot. Gen. decisio. 65. num. 2. Natt. cons. 52. nume. 6. Surd. decisio. 308. num. 11. Alb. d. cons. 638. numero 6. Gabr. de fideiuss. conclus. 2. neque dubium, quin iuxta communem sententiam etiam in contractu depositi possint duo, pluresue rei debendi constitui. Alb. consil. 263. vbi Vincen. Anib. Surd. consil. 318. num. 13. Et ideo
3 fideiussoria † obligatio non potest appellari sequela principalis obligationis eo in casu, cum sit æque principalis respectu ipsius creditoris, & maxime cum adiectæ sunt renunciationes, quæ nunc consueuerunt apponi, beneficio No. Const. de Duobus reis. Vide Caroc. de Excuss. part. 2. q. 16. & seq. Stephan. Gratian. lib. 1. Discept. Forens. cap. 122. num. 21. Natt. cons. 245. num. fin. Cephal. cons. 220. Surd. cons. 20. Idem reperi nunc apud Felician. in tract. De censibus libr. 3. capit. 3. numero 3. qui nominatim improbat Odd. d. consil. 41. Hine inferebam nuperrime ad decisionem infrascriptæ quæstionis videlicet. Penes Titium depositi sunt mille aurei nummi à Sempronio. Fideiussit Mæuius, & se constituit principaliter, & insolidum obligatũ, renunciauitq. prædictis beneficijs. Titius admisit capitale crimen, propter quod iuxta Nou. Cõst. Med. fuit condemnatus in pœnam proscriptionis siue confiscationis bonorum, & iuxta earundem Constit. præscriptũ facta programmata, siue proclamata, in quorum termino non comparuit Sempronius creditor, & ideo lapso tempore allegabat Mæuius fideiussor se liberatum fuisse hac præcipua ratione, nam eo elapso tempore obligatio principalis remanet extincta. l. si eo tempore, vbi Doct. C. de remiss. pign. Dec. ad l. fin. C. de Edicto D. Hadr. tollend. numer. 47. Vbi Sap. numero 105. Zucc. numero 415. Alciat. resp. 112. libr. 5. & resp. 57. libr. 2. Bossius in tit. De procl. quod fit bonis publicatis. numero 11. § elapsis in Nou. Const. De offic. Quæst. extr. red. cum igitur obligatio principalis sit extincta, sequi videbatur, vt etiam fideiussoria tãquam accessoria corrueret. Verũ Ego cõtrariũ respõdi ob prædicta, quia fideiussor se constituerat principaliter & insolidum obligatũ. optimè Surd. cons. 20. num. pen. & fin. vbi ait non posse opponere ex-

ceptiones reo competentes, pro quo promisit, & ideo extincta vna obligatione ob lapsum temporis, remanere debet altera æque principalis, Valent Franc. de fideiuss. cap. 5. nume. 134. ita videtur loqui & facit lex. 1. C. de fideiuss. vbi fideiussor remanet obligatus, licet principalis sit liberatus ob publicationem bonorũ. Mant. de Conu. lib. 16. tit. 20. num. 27. Caball. resol. 234. & non contradicens eatenus tantum debet iuris sui iacturam facere, & eo tantum respectu, quatenus fuit negligens in contradicendo, & ideo si nitatur duplici iu-
5 re, & respectu vnius † non contradicat, illud tantum amittit, alterum retinet, quod non censetur a se abdicasse per tacitam renunciationem, & negligentiam, quemadmodum nec qui vni iuri renunciat expresse, censetur alterum amittere. l. quoties duplici. ff. de reg. iur. Faciunt quæ tradidi ad l. 1. C. Qui admitti in tribus postremis interpretationibus. Et ita respondi in causam quadam Patari-
6 ni coram Senatu Excellentissimo † de qua egi præcipuè cum amplissimo Senatore Papyrio Cattaneo, quem clarissimum Insubriæ nostræ lumen soleo appellare. Habebat enim Patarinus ius quoddam cessum, & præterea aduersarium obligatum tanquam fideiussorem, & insolidum Contendebam igitur, & iure quidem, iudicio etiam illius excellentissimi ordinis. licet Patarinus tacens fecisset iacturam iuris cessi, tamen adhuc eundem habere obligatum fideiussorem. Cęterum vbi principaliter & insolidum est obligatus fideiussor, non potest allegare beneficium excussionis,
7 † quo fideiussor simpliciter vti solet auth. præsente. C. de fideiuss. Gabr. de fideiuss. conclu. 1. Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 189. volum. 2. Quod beneficium cõpetit fideiussori, etiam si creditor habeat pignus, nam illud prius vendi debet, quam fideiussor conueniatur, siue incontinenti, & facile vẽdi possit, siue secus, nã indistinctè debent in primis excuti bona debitoris d. auth. præsente, & hanc opinionem probat Duen. reg. 335. ampl. 5.

SVMMÆ.

1 *Fideiussor soluens pro reo habet mandati actionem.*
2 *Fideiussor quando dicatur soluisse, vel satisfecisse pro reo.*
3 *Fideiussor non soluens, non agit regulariter, vt liberetur.*
Mandato impleto agit procurator.
4 *Contractus dicitur facti, & quare.*
5 *Mandatus alicui, vt fideiubeat censetur mandare, vt soluat.*
6 *Fideiussionis beneficium non est intempestiuè repetendum.*
7 *Fideiussor quandoque agit ante solutionem, vt si fuerit condemnatus, vel diu steterit in obligatione arbitrio iudicis.*
8 *Statutũ Ticin. 43. de eo, qui diu stetit in obligatione.*
9 *Fideiussor census non agit, vt liberetur eo prætextu, quod steterit diu in obligatione.*
10 *Nicolaus Leyzaldus Prætor.*

De fideiussore, & an possit agere, vt liberetur ante solutionem. Cap. LVIII.

1 FIDEIUSSOR † aut solui pro reo, aut secus. Primo casu habet mandati actionem. §. pen. in Inst. De fideiuss. Hoc igitur requiritur, vt pro
2 reo soluerit † satisfeceritue. l. Lucius. ff. mandati. l. si pro ea. C. eod. Quibus verbis tria significantur, vt videlicet quid fecerit fideiussor liberandi debitoris gratia, vt fecerit pro debitore obligato, & vt eo facto debitorem liberauerit. Hug. Donell. de iure ciu. lib.

lib.13. cap. 13. versic. Ac de fideiuss. & sat erit si probetur solutio per confessionem creditoris, quidquid tradat Bart. in contrarium. Cæuall. in tract. communem contra commun. quæst. 170. & 699. Mascar. conclu. 361. nu. 9. & conclu. 373. Hond. consil. 17. nu.
3 10. lib. 2. Altero casu, †quando videlicet non soluit non habet actionem, vt liberetur, exceptis nonnullis casibus, de quibus Donel. in d. cap. 13. & in cap. fin. vbi Doct. extr. de fideiss. Andr. Gaill. obseru. 29. libr. 2. Mar. Anton. resol. 60. lib. 2. cas. 18.

Verum illud obest, nam procurator siue mandatarius impleto mandato agit. l. si mandato. ff. mand. Mandatum autem in eo consistit, vt quid vel fiat, vel detur. Si vt fiat, statim impletum est mandatum, ac factum fuit, si vt detur, veluti, vt soluat ex promissione non impletur d. l. si mandatu. Hoc cum ita sit, videbatur fideiussorem posse agere statim, ac fideiussit, quia fecit, & sic mandatum im-
4 pleuit cōtract. †idcirco dicitur facti. l. consilio. §. vlt. ff. de curat. furiosi.

Verum hunc obicem tollit Donell. d. cap. 13. in princ. & cap. 12. ex l. indebitam. 47. ff. de cond. ind. nam qui mandat alicui, vt fideiubeat, cen-
5 setur † mandasse, vt suo nomine soluat, non enim petitur simpliciter a fideiussore, vt se obliget, sed vt se obliget pro debitore, vt in princip. inst. De fideius. & ita vt in se suscipiat personā debitoris. Addo si fideiussor posset incontinenti agere, vt liberaretur, nihil penitus prodesse debitori fide-
6 iussio, & ideo intempestiue † beneficium fideiussionis non est repetendum. Hāc rationem affert etiam glos. in d. cap. fin.

7 Sunt autem nonnullæ †species, quibus recte agitur ante solutionem. Mātic. de tac. & ambig. conuent. lib. 16. tit. 22.

Præcipua est, quando fideiussor fuit condemnatus. d. l. si pro ea. d. l. Lucius in fine. d. l. si mandatu. §. si mandauero. nam tunc licet non soluerit, tamen cum possit statim cogi ad soluēdum perinde iudicatur, ac si soluisset, humanitatis enim tantum causa condemnatis solet tempus modicum indulgeri ad soluendum licet teneantur ipso iure. l. 4. §. 1. ff. de re iud. l. cū militi in fi. ff. de comp. Andr. Gaill. d. obser. 29. nume. 12. vbi ait idem esse, vbi instrumentum habet paratam executionem. Magon. decisio. Luc. 6. nume. 5. Vide Franc. decisio. 414. part. 2. Surd. consilio 367. num. 20. & Polyd. Rip. obser. 353. vbi ait non procedere decisio. Magon. in fideiussore euictionis. Mantic. de conuent. libr. 16. tit. 22. numero 10. cum seq. vbi agit de condemnato, & condemnando.

Altera est species, si diu cessauerit reus in solutione, & ita fideiussor steterit in obligatione per longum temporis interuallum. d. l. Lucius. Diu autem interpretamur, idest, decēnium. l. si cum fidei commissa. §. Aristo. ff. Qui, & à quibus Ratio est in promptu, nam non est credendum sine causa debitorem tandiu distulisse solutionem. Quid si fortasse id fecit in damnum fideiussoris? Verum ego puto diu fideiussorem dici stetisse in obligatione arbitrio Iudicis, vt ait gentilis meus Nic. Bellon. in §. si quid autem in Inst. de fideiuss. num. 4. gloss. in d. cap. fin. Marisc. lib. 2. Variar. Resol. cap. 65. num. 11. Mantic. de Conuent. libr. 16. tit. 20. num. 2. text. autem in d. §. Aristo. procedit in alio casu.
8 Res caret dubio hic Ticini † vbi lege munnicipali. 43. dicitur quis diu stetisse in obligatione per annum. Menoch. de Arb. cas. 41. Addo nunc Fel. De Solis in suo tract. De cēs. lib. 3. cap. 3. num. 9. vbi ait relictum esse

L 2 atbi-

arbitrio iudicis, an quis dicatur diu in obligatione, & optime probat † 9 fidiussorem census non posse agere, vt liberetur eo prætextu, quod diu steterit in obligatione. Thes.lib.3.Quæst. Forens. cap.76. in fine. Et licet videatur requiri, vt diu cessauerit debitor in solutione. Afflict. decis.241.num. 4.tamẽ iuxta Menoch.de Arbitr. cas. 41. satis est, simpliciter obligationem esse purã, & diu in ea stetisse fideiussorem, quod relinquitur arbitrio iudicis. Vinc.Caroc. decis.4. num. 16. Hæc sepenumero obtinui in foro, præsertim, Prætore Illustriss. Nicolao Leyzaldo Hispano, cuius in audiendo facilitatem, in decernendo æquabilitatem nemo est, qui non suspiciat, & summis in cœlum laudibus ferat.

SVMMÆ.

1 *Sacer locus violatur carnali copula viri, & mulieris licita.*

2 *Copula carnalis coniugum polluit locum sacrum obstringitq. coeuntes mortali peccato.*

Quod non procedit, vbi coniuges obsessi detinẽtur in loco sacro, & diu ibi sunt, futuri.

3 *Opinio Sanchez. Opinio auctoris.*

Ad arbitrium iudicis recurrendum, vbi nil diffinitum in iure, & certa regula nequit tradi.

In Venereis reb. alius alio magis temperans.

De copula carnali in loco sacro.
Capp. LIX.

1 VIOLARI locum sacrum † carnali copula viri, & mulieris et licita, qualis est inter coniuges, consentiens Canonistarum, & Theologorum vox est, & opinio. Quamobrem 2 & coeuntes mortali † se obstringent peccato, & pollutus locus sacer egebit reconciliatione ob hanc sacrilegã coniunctionem, vt rationibus, & auctoritatibus pene infinitis probat Sanch. de Sponf. & Matrim.lib.9. disput. 15. nu.7. Qua in re magnam vim tempus breue, aut longum habere solet. Etenim si coniuges sacro inclusi loco, diu in eodem obsideantur, cessabit labes peccati, neque opus erit reconciliatione, secuta inter eos copula. Secus si breui tempore ibidem fuerint obsessi. Efficit enim necessitas, vt cesset irreuerentia, quæ causa est peccati, & pollutionis. Vide latè hac tota de re agentem Sanch. d. loco nu. 12. quem pro sexcentis mihi satis sit in præsentia allegasse, tũ quia alios citat, tũ qa Theologis hæc magis conueniunt, & Canonistis, tum etiam quia rarò euenire solet hic casus, vt ait Sãch. a quo facile quis posset dissentire ea in re, quod existimet ille mensem dici lon-3 gum † tempus. Nam cum nihil in iure diffinitum sit, ad arbitrium Iudicis est confugiendum. l.1. ff. de iure deliber. Et re vera nulla regula potest hoc certò diffiniri, cum alius alio sit magis temperans natura, vel ratione in rebus Venereis, alius in easdem pronior, & effusus magis. Verum nõ male Sanch. certum tẽpus definiuit, cum loquatur iuxta ea, quæ verisimiliter solent contingere. Quod spectandum in moralibus. Adde Sannaz. De Sponsal. c. 3. art. 8. Less. De Iust. lib. 4.c.3.dubit.12.num. 15.

SVMMÆ.

1 *Contra debitores de fuga suspectos multa prodita.*

2 *Suspecti de fuga capiendi, & quomodo probanda suspicio.*

Statutum Ticin.7. contra debitori suspectum.

Ordo Senatus Med. contra debitores suspectos.

3 *§. Quicunq. De offic. Abb. in No. Const. Med.*

4 Su-

9 *Suspectum de fuga non potest quis eum al legare, quem sciebat esse aduenam, & statim recessurum.*

De debitore suspecto. Cap. LX.

1 ADuersus debitores † fugitiuos vel suspectos de fuga multa singularia recepta sunt, possunt enim capi, vt latiss. tractat Caccialup. de Debit. Suspect. No. etiam Constit.
2 ditionis † Mediol. & ordinibus Sen. Excellentissimi præsertim diei 15. Iunij anni 1556. præscripta fuit forma capiendi huiusmodi debitores suspectos, ac probandi suspicionem. Et Statut. Ticin. 7. conceditur sequestrũ contra debitorem suspectum, fugitiuum, vel forensem, quem quis iurauerit proximè se credere recessurum. Borell. in sum. Decis. tit. 60. num. 210. vbi ait iuramento probari suspicionẽ, modo statim post capturam probetur debitum, & suspicio per plenas probationes. Cæterum non potest appellari fugitiuus, qui statim redijt. Carpan. ad Statut. Mediol. 69. num. 26. lib. 2. vt dixi etiam cap. 34. De fuga. Et fidefragi euitant pœnas, de quibus †
3 in §. Quicunq. De offic. Abb. & cons. Mercat. in No. Const. Med. vbi statim, hoc est intra tres menses à die publicationis factæ de fuga conuenerint cum creditoribus. d. §. Quicunq. versic. Hæc tamen pœna. Immo vero †
4 si quis contrahat cum aduena illico recessuro, non potest allegare eundem suspectum. Caccialup. d. tract. vlt. quæst. Quare enim contraxit, cum sciret statim abfuturum? Et ideo cessabit etiam hoc casu beneficium sequestri ex prædicto Statuto. Add. Menoc. de Arbitr. cas. 87. num. 16.

SVMMÆ.

1 *Donationi perfectæ nõ possunt ex interuallo addi conditiones.*

2 *Collationis legem nõ potest donator imponere donationi, vbi valuit initio, nisi tempore ipsius donationis.*

Donationi perfectæ statim possunt adijci conditiones, & nu. 4. & seq.

L. Perfecta, C. de donat. quæ sub modo explicata, & nu. seq.

3 *Postea, dictio tẽporis significat interuallum, & varie accipitur nu. 5. & seq.*

4 *Antonius Faber vir doctissimus improbat communem sententiam.*

Donatione perfecta statim ius fuit quæsitum donatario, ideo non potest etiam incontinenti tolli.

5 *Donationem perfectam ne Principis quidem auctoritate reuocari.*

Auctoris sententia, & nu. 7.

Donans si quid sibi reseruet, & intestatus decedat, an res reseruata spectet donatario.

6 *Statutum de inuento cum armis post pulsatam campanam.*

7 *L. Lecta, vers. Dicebam. ff. si certum petat. sententia.*

In Pactis distinguitur, an incontinẽti adijciantur contractibus, an ex interuallo, vt prosint ad exceptionem, vel ad actionem.

8 *Antonij Fabri summum ingenium.*

9 *Triboniani quanta esse debeat auctoritas.*

Aristarchus in Homeri versibus.

Legum interpretibus quantum tributum, & quid in illis exponendis debeant præstare.

10 *Coniecturis an sint emendandæ leges.*

11 *Iulius Aresius Præses Illustrissimus.*

Io. Baptista Saccus vir eloquentissimus.

De donatione perfecta, an illi possint adijci conditiones. Cap. LXI.

1 DOnationi perfectæ non posse †conditiones ex interuallo adijci traditum est in l. perfecta. C. de donat. quæ sub modo. Tiraquel. de Retract. tit 2. in fin. numero 106.

Did.

Did. Couar. lib. 1. Var. Resol. ca. 14. Bertazz. conf. 47. num. 73. Surd. conf.
2 192. num. 25 conf. 196. numero †. 39. Quamobrem nec potest Donator legē collationis donationi imponere, nisi tempore ipsius donationis, l. illud 20. in fine, C. de collat. Vbi tamen donatio non valuit initio, potest lex conferendi quocūq. tempore etiam ex interuallo adijci. Fab. De err. Prag. Decad. 41. err. 7. in fine. Verum, & donationi perfectę statim addi posse conditiones passim receptum est, gloss. magna in l. si quidem, in fin. C. de except. Bald. in l. 1. circiter fin. C. de operis libert. Ias. in l. 1. §. 1. col. fin. ff. de verb. oblig. Couar. d. cap. 14. in princ. Huius opinionis fundamentum constituitur præcipuè in dictione illa Po
3 stea d. l. perfecta, cuius † ea videtur esse vis, vt temporis aliquod interuallū significet, l. in bonæ fidei 13. C. de pactis, l. iurisgentium. 7. §. quin immo, ff de eodem, l. idemque, §. si cui, ff. mand. vbi hæc duo inter se opponuntur, Illico, & Postea. Tiraq. in l. si vnquā in verb. postea. C. de reuoc. donat. & dixi supra in præfat. & c. 73. De purgatione moræ.

Deinde in eandem sententiam profertur sæpe allegata regula in hac tractatione d. l. in bonæ fidei d. §. quin immo, & l. lecta, ff. si cert. pet. vers. Dicebam.

4 Verum hanc † communem interpretum sententiā improbauit nuperrimè vir doctissimus Ant. Fab. in suo libro De error. Prag. Decad. 48. err. 5. Etenim donatione perfecta ius statim fuit donatario quæsitum, quod non debet in totum tolli, vel aliqua in parte imminui absq. eius consensu ob vulgatam iuris regulam. Est præte
5 rea notissimi iuris, perfectam † donationem non posse ex pœnitentia reuocari, ne accedente quidem principalis rescripti auctoritate. l. 3. 4. & 5. C. de reuoc. donat. Si igitur liceret etiā ex continenti nouas conditiones iam perfectæ donationi adijcere, sine dubio via quadam obliqua censeretur permissa pœnitentia in donatione, quæ recta uia non conceditur. Affero ego præterea pro hac Fabri sententia verba illa d. l. perfecta, videlicet post aliquātulum temporis. Fortefortuna possumus tueri opinionem communem, vbi adeo incontinenti adijciuntur conditiones, vt quam modicum intercedat interuallū, & in ipso negotio, alioquin non video quomodo procedere possit communis sententia. Statim enim, ac fuit perfecta donatio, ius quæsitum fuit donatario, & ideo nec cōditiones adijciet donans, nec sibi quidquam reseruabit. Initio autem si quid reseruauerit sibi, & postea non disposuerit, pertinebit id nō ad donatarium, sed ad veniētes ab intestato. Surd. decis. 272. Stephan. Gratian. lib. 1. Discept. Forens. cap. 23. numero 24. Peregr. de fideicomm. artic. 40. num. 58. Menoch. consil. 210. numero 50. Anton. Mar. Corr. in Synt. commun. opin. volum. 1. in præf. numero 1. 12. & 27. Sed cum pro donatario respondeat Alb. vbi Schol. consil. 559. numero 2. consil. 415. numero 2. consil. 295. Peregr. consil. 53. num. 6. lib. 2. Bursat. consil. 266. ideo quidquid tradat Franc. decis. 45. semper secutus sum distinguentis Thes. opin. decis. 97. Caball. Resol. crim. 207. num. 15. vt opinio contra Surd. procedat reseruata facultate disponendi, non autem reseruata certa quantitate Peregr. d. loco. numero 59.

Neq. vero facessit negotiū in princip. quæstione dictio postea, nam illa varijs modis sumit, vt videre est apud Alb. in suo Lexico, & diximus initio huius tractationis. Octau. Vulpell. in suo tract. De Præp. Aduerb. & Con iunct.

6 iunct. in verb. Postea, vbi infert † ad statutum, quo cauetur, vt si quis fuerit inuetus cum armis post pulsatam campanam, puniri debeat certa pœna Aliter igitur, atq. aliter iuxta subiectã materiam, cui debent verba inseruire, accipitur hæc dicto l. si olei, C. locat. Quamobrem hæc dictio significabit temporis interuallum, vbi versabimur in his, quæ ex continenti, & ex interuallo fieri possunt, sed in hac specie negamus perfectæ donationi posse pacta, & conditiones adijci etiam incontinenti, & faciunt pro hac sentẽtia iam allatæ rationes. Accedat prædictis, nam conditio etiam postea dicitur adiecta, licet non intercesserit temporis interuallum. Neq. huc pertinet
7 reg. d. l. lecta, † vers. Dicebam, quia illa procedit in pactis, in quib. vtriusq; partis interuenit consensus, circa quæ solet distingui, An ex interuallo, an ex continenti fiant, vt prosint ad exceptionem, vel ad actionẽ iuxta ea, quæ diximus ad tit. De oblig. nu. 178. & nu. 183. & cap. 110. De Pactis incontinenti contractibus adpositis. Communis ergo opinio posset defendi ea ratione, quod pacta dicantur adiecta incontinenti antequam contractus, habeatur pro perfecto, & absoluto, vt iam dixi, Mantic. de tac. & ambig. conuent. lib. 3. tit. 5. num. 45. & 47. Cætera quæ pertinent ad confutandam cõmunem sententiam, hancq. comprobandam, pete à Fabr. d. err. 5. Cuius sa-
8 ne viri † ingenio, & doctrina mirum in modum delector, et tanti facio, quę ab eo scriptis sunt mandata, quanti celeberrimi cuiusq. legum Interpretis. Verum nollem eum quandoq. ingenio suo, & industria abuti in euertendis verius quam interpretandis veterum Iurisconsultorum monumentis, quæ ad manus nostras peruenerunt. Quin potius in eo laborem insumit, eoq. suum confert ingenium, vt, quæ videntur pugnantia in iure nostro, cõciliet, quod illi facile esset, quã vt quidquam contrarium esse affirmet aduersus ipsius Iustin. verba, l. 1. §. quibus, C. de nouo Cod. in l. 2. §. contrarium, C. de vet. iur. enucl. Immo vero eo vsq. fretus eruditione sua prouehitur hic vt ipsius Triboniani auctoritatem tãquam interpretis imperiti conuellat.
9 Mitto qui † vir sit Tribonianus, & alij, qui leges, siue potius centones nobis consuerunt. Nonne erit nefas eorum auctoritatem declinare, quæ Imperatorio nititur numine, & potestate? Inuenti nunc sunt nonnulli, qui Triboniani additamẽta ab ipsius Pauli, Vlpiani, & aliorum veterum Iurisconsultorum sententijs seiungant, & quod de Homeri versib. faciebat Aristarchus, id isti de nostris Iurisconsultis comminisci audeant. Quasi vero, liceat quædam addita essent à Triboniano, vim legis non obtinere debeant? Rideo quandoq. nudis dentibus, vt ait alicubi idem Faber, dum nequeũt isti commodè leges interpretari, eas enim miris ad cogitationes suas modis detorquent, vt libitum est, eas le-
10 gunt, leui coniectura, & diuinaci † ducti, nullo codicũ testimonio freti multa inducunt, multe addunt de suo. Nõ licebit ergo per istos, Triboniano, auctore Iustiniano quædam addere, & demere, prout visum erit? Hanc isti facultatem temerè sibi assument, vindicabunt? Libros præterea suos aliorum erroribus, vt ipsi appellant, vel potius vituperatione, alienæ laudis obtrectatores referserunt, quibus cordi est potius hoc pacto crescere, quam veram, & solidam laudem, & gloriam assequi. Sed suus cuiq. mos. Nolo hac de re plura, ne ipse in illud vitium videar incidere, quod tantopere in alijs reprehendo. Horum igitur ingenium laudo, audaciam non
11 perinde. Hac de re tota cum agerem

cum

cum Illustrissimo Præside Iulio Aresio, cuius amicitia tamquam fores mihi magis, & magis patefecit eloquentissimus vir Io. Baptista Saccus Sen. Mediol. a secretis probaretq. vir ille omni doctrinarum, & virtutum sept° comitatu ea, quæ dixeram, existimaui præclarè mecum actum esse.

S V M M Æ.

1 *Debitor mei debitoris non est meus debitor, & quæ sit ratio.*

2 *A Debitore mei debitoris non possum quidquam exigere nisi tribus concurrentibus.*

3 *Creditor si probet statim aliquem esse debitorem perinde erit, ac si ipse esset confessus.*

De debitore meis debitoris.
Cap. LXII.

1 CVM debitor † mei debitoris non possit meus debitor appellari, l. nulla sibi, C. de solut. Alb. consi. 547. num. 3. nullum enim inter me, & illum negotium est contractum. Natt. cons. 487. num. 8. Rolan. Vall. cons. 1. num. 5. vol. 2. illud consequi videtur, vt ab eo non possim aliquid
2 exigere, nisi tamen hæc † tria simul concurrant. Primò enim oportet huiusmodi debitorem fateri debitum, requiritur secundo principalis debitoris condemnatio, & tertio eiusdem excussio, l. 2. cum seq. C. quando fiscus, vel priuatus, l. à Diuo Pio, §. sed vtrũ, ff. de re iud. Surd. cons. 4. num. 1. & 2. Gabr. consil. 41. num. 6. libr. 1. Ve-
3 rum si † creditor statim probet, eum esse debitorem, perinde erit, ac si fuisset confessus, Surd. d. cons. 4. num. 27. & seq. Gratian. cap. 356. num. 32. Discept. Forens.

S V M M Æ.

1 *Negantibus, & mendacibus imponuntur pœnæ.*

2 *Fideiussor negans se fideiussisse, an habeat beneficium excussionis.*

3 *Neganti non imponuntur pœna, nisi sit in dolo, & nisi legibus sit expressum.*

4 *Negans non patitur aliquas pœnas, si incontinenti reuocat negationem.*

De negante, & mendace.
Cap. LXIII.

1 NEGANTIBVS, & † mendacibus quamplurimæ legibus sunt constitutæ pœnæ, beneficiaque ijsdem multa sunt denegata. l. de ætate. §. si cum esset. ff. de in terr. action. latè Ias. in l. quod te, num. 30. ff. si cert. pet. in l. 1. C. de transact. num. 11. in l. 2. C. de iure emphyt. q. 32. in l. sicut. §. quod autem. ff. de re iud. nu. 5. in §. omniũ. De action. Doct. in l. fin. ff. de rei vind. Bald. in l. 2. C. vbi in rem actio. num. 16. Thes. decis. 186. nu. 7. & Ant. Cuccus libellum cõposuit, De pœnis mentiẽtis ad d. l. fin. Caroc. De excuss. par.
2 2. q. 69. vbi quærit. An † fideiussor, negãs se fideiussisse, habeat beneficiũ excussionis.

3 Quæ procedunt, modo † negans nõ careat dolo iuxta eundem Ias. d. num. 5. Neque patitur mendax aliquas pœnas, nisi iure hoc sit expresse cautum. Alb. cons. 606. num. 7. Vbi autem sta-
4 tim post † negationem, veluti palinodiam cecinit, & veritatem fuit confessus, impunè illi erit priore loco, facta negatio, neq. aliqua erit adficiendus pœna, Bald. in l. ea quæ, versic. Decimo quæritur, C. de cond. ind. Ias. in §. ex maleficijs. num. 28. in Inst. De action. Tiraq. De retract. conuent. §. 1. gloss. 5. nu. 20. Sebast. Med. De reg. iur. reg. 5. nu. 165. veluti si veritatem fateatur antequam aduersarius grauetur onere ꝓbãdi, gloss. in d. l. fin. ff. de rei vind. l. cũ qui, ff. de iure iur. Adde Io. Ordelaph. in d. l. fin. nu. 764. 771. Thes. decis. 50. Gratian. Discept. Forens. 109.

SVM-

SVMMÆ.

1 *Dominus seruum in iudicio capitali defendens, sistendum satisdato iubetur promittere.*

2 *Seruus si non defendatur à domino, erit in vincula conijciendus.*

Satisdatio an postea permittatur domino offerenti in defensione serui.

3 *Satisdationem initio offerri, & incontinenti post paria sunt.*

4 *In bello dicitur factum, quando statim coortum est.*

5 *Stipulatio non committitur, quando quis statim paruit arbitro quid iubenti.*

6 *Veteranus, vt dicatur reuersus ab hostibus, longum, & breue tempus consideratur.*

7 *Arbiter non cogitur ferre sententiam, vbi post longum tempus ad eum redeũt litigatores.*

De Domino seruum in capitali iudicio defendente. Cap. LXIV.

1 SI Seruum Dominus in †capitali iudicio defendat, sistendum satisdato promittere iubetur, inquit Modest. in l. si seruum, ff. de accus. Quod
2 si non defendatur, † in vincula erit conijciendus, vt ex vinculis causam dicat, l. 2. ff. de cust. & exhib. reorum, videbaturq. dicendum ob edictũ Domitiani, non esse permittendum postea domino, offerenti satisdationem, seruum è vinculis eximere. Quod durum nimis visum est Papiniano in d. l. 2. maxime cum hoc petatur non post longum temporis interuallum,
3 erit enim perinde, ac si initio oblata
4 esset satisdatio. Sic in bello dicitur factum, quando subito bellum exarsit, l. in bello, ff. de capt. & postl. reu. & alijs similibus, id probat gloss. in d. l. 2. quæ sparsim leguntur in hac vniuersa tractatione, & stipulatio non com-
5 mittitur, †vbi intra modicũ tempus, quis dedit, quod arbiter iussit, l. si cum dies, §. fin. ff. de recept. arbitr. de qua Meno. de Arbitr. cas. 8. Sic etiam modicum, & longum tempus consideratur in eo, qui reuertitur ab hostibus, vt dicatur †veteranus, & præmia capiat, l. non omnes, §. à barbaris, ff. de re milit. quemadmodum si post
7 multum temporis litigatores ad arbitrum reuertantur, non erit is cogendus sententiam dicere, l. item si vnus, ff. de arbitr.

SVMMÆ.

1 *Fraus, & simulatio ex vicinitate actuũ colligitur.*

2 *Donans omnia sua bona, & statim delictum committens, censetur donasse in fraudem.*

Declara num. 12. & seq.

Post donationem contracta societate, præsumitur fraus.

4 *Donatio fraudulenta præsumitur etiam patrato postea delicto ex interuallo, vbi tempore alienationis suberat causa.*

4 *Fraudis suspicio oritur ex incontinenti gestis.*

5 *Contra instrumenta præsumitur fraus ob delictum statim secutum.*

6 *Donationis fraude probata fiscus vindicat bona, in cuius fraudem facta fuit donatio.*

7 *Filius potest priuari hæreditate, vbi delictum committat.*

8 *Donatio præsumitur fraudulenta, quando quis debita statim contraxit.*

Delictum quando dicatur patratum incõtinenti.

9 *ex Præsenti non præsumitur retrò, & quãdo id procedat nu. 11.*

10 *Donationes factæ post admissum delictũ valent.*

11 *Incontinenti vbi quid est secutum, tempus præteritum respicit præsens.*

12 *L. Post contractum, ff. de donat. varie exponitur, & legitur, & nu. seq.*

Opinio aucteris.

13 *Nisi, dictio est exceptiua.*

M 14 *Cle-*

14 Clericus quando fieri dicatur in fraudem, patrato delicto.

15 Emancipatio censetur in fraudem paulo ante, vel post contractum as alienum.

Donatio facta filio emancipato in fraudem an valeat.

Emancipatio in fraudem non prodest, volentibus eo modo diuidere militum hospitationes.

16 Adoptio fraudulenta censetur, quando statim emittuntur filij.

17 Incontinenti factum quandoque est sine dolo, interuallum autem arguit dolum.

Monetas expendens statim, ac audiuit fuisse probitas in alia regione, caret fraude.

18 §. fin autem mulier in auth. De aequal. dot. explicatur.

19 Mulieris priuilegium in augmento Schematicum quid Creditoribus an obsit augmentum, quod dicitur factum mulieri.

De alienatione in fraudem fisci. Cap. LXV.

1 FRAUDEM, & simulationem †colligi diximus ex factorum, & actuum vicinitate sup. cap. 2. num. 6. Purpurat. cons. 478. nu. 12. vol. 2. Idipsum quã verum sit ex eo, quod mox subijciam exemplo, liquere poterit,
2 veluti si quis bona sua alicui† donauerit, & statim delictum committat, tũc enim praesumimus, donationem hanc in frandem Fisci factam fuisse, vt traditur in l. post contractũ. ff. de donat. vbi Bart. nu. 9. Alciat. nu. 52. Pic. n. 56. Io. Annib. nu. 164. Bertazzol. cons. 19. num. 22. in ciuilib. Farinac. cons. 40. num. 62. Mantic. de tac. & amb. conuent. lib. 13. tit. 35. nu. 16. & tit. 18. n. 31. praesumit fraudem, vbi statim post donationem contracta est societas. Sic dicitur de confessionis apocha, paulò ante delictum facta. Stephan. Gratian. cap. 224. num. 7. Discept. Forens. Addo Caroc. videndum De excuss. quaest. 13. 10. quaest. princip. Boss. de Bonorum publicat. numero 51. &
3 numer. 45. vbi † ait praesumi fraudem etiam si delictũ ex interuallo fuerit perpetratũ, vbi tempore alienationis aderat causa, ex qua delictum secutum fuit. Ios. Sess. deciss. Aragon. 78. Clar. in §. fin. q. 78. vers. Fraus autem vbi Baiard. nu. 98. Sed ex eo quod delictum
4 fuit incontinenti† secutum, maior oritur suspicio fraudis, Mascard. concl. 815. num. 34. & 60. Farinac. de poenis temp. q. 89. Insp. 4. n. 115. & seq. Sic ẽt contra instrumenta confecta a notario ante delictum magis praesumitur,
5 si incontinenti delictum †sit secutum, quam si longo tempore post, licet revera vtroq. tempore cõfecta instrumẽta, videlicet ante delictũ, siue statim, siue ex interuallo, valere debeãt. Vid. Surd. cons. 6. nu. 16. Probata autem
6 fraude donationis, † siue alienationis, fiscus vindicat sibi bona alienata, in cuius fraudem fuit secuta, Doct. in d. l. post contractum. Alia ratio est in patre, qui filiũ instituit, & vbi delictũ
7 † cõmittat, eũdẽ priuat haereditate, licet enim fili⁹ statim cõmittat delictũ, tamẽ fiscus non poterit obtinere haereditatem, cum testator ipse non deliquerit. Vide Curt. iun. cons. 182. Peregr. de iure Fisci tit. 7. nume. 31. libr. 5. Boss. d. tit. De bonorum publicat. n. 30. & 31. vbi tamẽ agit de decreto Mediol. an praedictae exhaeredationi ob-
8 stet. Sic † praesumitur fraudulenta donatio, quando quis statim debita contraxit. Qua de re vide Caroc. decis. t. In hac ditione Med. dicitur incontinenti factũ delictũ intra bienniũ. Vide Men. De praes. li. 3. praes. 124. nu. 21. & §. si quis. De iure, & priuil. fisci. Purp. d. cons. 478. nu. 12.

Caeterũ quod attinet ad alienationem, quam dixi praesumi in fraudem,

ta-

factam ex eo, quod delictum fuerit in continenti secutum, duo præcipuè videntur dubitationem facere.

9 Primum est, nam † ex præsenti non præsumitur retrò, l. 1. §. magistratus, ff. de magistr. conuen. c. si eo tempore, de rescript. lib. 6.

10 Secundum est, nam donationes † factæ post admissum crimen valent d. l. post contractum, ergo multo magis ante crimen, licet illud sequatur statim.

11 Verum primæ dubitationi † ita potest satisfieri videlicet, cum incontinenti quid secutum fuit, tunc tempus præteritum præsens respicere, & ita hæc tempora inter se veluti connexa esse, & se se mutuo spectare, l. sed Iulianus, §. proinde, ff. ad S.C. Maced. l. Modestinus, ff. de solut. l. qui sic. ff. eod. Alciat. in d. l. post contractum num. 56. & ex præsenti præsumitur retrò quando adest aliqua causa respiciens præteritum. Bertazzol cons. 41. num. 105.

Secundæ respondent Doct. varijs
12 modis. Pic. in d. l. post contractum num. 61. Alc. nume. 57. Io. Annib. num. 164. communis videtur esse solutio, nimirum d. l. post contractum procedere, vbi delictum est occultū. Verum ego crediderim ex eo solum, quod fiat alienatio incontinenti ante delictum, non præsumi fraudem, sed si alia concurrant, vt apparet ex his, quæ tradunt Doct. in d. l. post contractum, vbi varias enumerant cōiecturas fraudis, & præcipuè Bart. ibidem. Si quis igitur donat incontinenti, alijs iunctis præsumptionibus, fraus creditur inesse censetur enim cogitasse de crimine, qui paulo ante donauit & eius respectu donasse. Eodem modo licet d. l. post contractū enūciet valere donationes factas post crimen, tamen non negatur, quin fraus possit probari. Valent igitur fraude non probata, immo ibi non valent secuta postea condemnatione. Hac de re tota, postea latè agentem reperi Farin. q. 164. Varia autē est lectio d. l. post contractum: in nonnullis enim codicibus habemus. Si condēnatio secuta sit, & tunc legēdū, Donationes factæ non valent, in alijs legitur, Nisi condemnatio, & tunc deletur negatiua, Non, in verbis præcedentibus, sententia enim dirimit factas Gul. Onciac. lib. 1. Quæst. Acad.
13 q. 41. nu. 7. nam dictio † Nisi est exceptiua l. 1. §. si quis simpliciter, §. si stipulanti, ff. de verb. oblig. Hinc apparet non rectam esse illam lectionem, quæ dicitur esse Pandect. Florent. videlicet. Non valent. nisi condemnatio, &c. inde enim sequeretur valere donationes, si cōdemnatio esset secuta quod quam absurdum sit, nemo est, qui non videat. Ego sequor illam lectionem, Non valent, si condemnatio, quā etiā probat ingeniosissimus Fab. qui eam legem illustrauit lib. 7. Coniect. cap. 20. Cessat igitur ex hac vera lectione secunda dubitatio. Huc spectant, ea
14 quæ traduntur de illo, qui sacris † initiatur, vt se à iurisdictione iudicis, secularis eximat, incontinenti enim factum non caret fraudis suspicione, Caball. latè resol. 108. & Costa De re integra Dictinct. 32. Farinac. cons.
15 76. num. † 5. Emancipatio etiam censetur fradulenta, facta paulo ante, vel post contractum æs alienum, ideo nec donatio facta huiusmodi filio emancipato valet, Gall. cons. 119. nume. 30. Morot. resp. 52. nu. 8. Laderch. cōs. 8. numer. 3. nec proderunt huiusmodi emancipationes ijs, qui hoc pacto, diuiso patrimonio, volūt diuidere militum hospitationes. Sic breuitas adoptionis olim fraudulēta, pleriq. enim orbi, inquit Tacitus lib. 15. Annal. fi-
16 ctis adoptionibus † adsciebant filios, præturasque & prouincias inter pa-

tres fortiti, statim emittebant, quos à doptauerant. Contra quandoq. quod statim fit, & non interposito aliquo
17 temporis spacio præsumitur † sine dolo: quod ex interuallo non caret machinatione, & fraude. Qua ratione ait Caball. resol. crim. 199. numero 33. excusandam esse quandam mulierem, quæ statim expendit monetas, ac audiuit in alia regione fuisse pro-
18 hibitas per tex. in §. fin † autẽ mulier in auth. de æquali dot. Quæ tamen ratio satis leuis est neq. probatur in d. §. sin autem mulier. vbi agitur de pri
19 uilegio mulieris in † augmento, quo non debent lædi creditores ideo distinguitur, quod ab initio factum est, tãquam sit indubitatum ab eo, quod postea machinatum fuit contra creditores, illud enim ibi dicitur schematicum, & figuratum, ideo non habet priuilegium, cum non sit verum.

SVMMÆ.

1 *Locus ex quo legatum percipiendum designatur quandoq.*
2 *Loci adiectio an sit taxatiua, an demonstratiua.*
3 *Fructus primi anni si non sufficiant, in sequentes exspectandi, vbi vestis soluenda de primis fruct.*
4 *Fructus sequentis anni dicuntur primi, vbi non nascuntur primo anno.*
5 *De primis fructibus censetur actum, licet nil exprimatur in legato.*
6 *L. Firmio ff. Quando dies lectio varia, & expositio.*
Fini, verbum quid significet.
7 *L. 5. ff. de trit. vin. ol. leg. exposita varijs modis.*
Conditio si fructus nascentur intelligitur & an sit taxatiua nu. 9.
8 *Quod relatiuum an restringat.*
9 *Verba, Quod natum erit, taxatiua sunt, non autem.*
Si nascentur, vel qui nascentur. Ratio discrimis multiplex.
10 *L. si quis stipulatus in princ. ff. de Verb. oblig. declaratur.*
Stipulatio. Quem volam, & quem voluero differunt.
Ludouicus Vismarius I.C. & publicus interpres.

De loci adiectione in legatis. Cap. LXVI.

1 Solent testatores † designare locum ex quo percipi velint legatum, puta legant quinquaginta ex fundo Semproniano, vel Corneliano. Tunc igi-
2 tur quæritur, an loci † adiectio stet taxatiuè, an demonstratiuè. ita vt si pr.
3 anni † fructus non sufficiant expectanda sit sequentis anni vbertas, nec ne. Qua in re plurimum referre putant nostri Doct. an quid incontinẽti, vna, & eadem oratione scriptum sit, an vero ex interuallo, & in diuersis orationibus. Si enim post legatum factum adijciatur locus, ex cuius redditu præstandum sit, tunc demonstratio erit. l. Lucius 12. ff. de alim. leg. l. Paula, §. fin. ff. de leg. 3. l. quidam. 96. ff. de leg. 1. Secus si vna sit, & eadem oratio, l. 5. ff. de trit. vin. ol. leg. late hac de re Stephan. Gratian. libr. 2. Discept. For. cap. 259. numero 20. 21. & seq. Faciũt tradita per Morot. resp. 5. num. 4. Hæc pertinent ad eam quæstionem, quam solemus examinare in rubr. ff. De rebus cred. Si cert. pet. occasione illius monosyllabæ dictionis. De., videlicet, si teneatur, puta Canonicus præstare vestem de primis fructibus, & primi anni fructus non sufficiant, an debeant expectari anni sequentis fructus. Ego defendi sequentem vbertatem esse necessariam, ex qua supplendum erit fructibus, qui non suffecerunt in primo anno, Bolog. in eadem rub. numero 12. vbi enim primo anno nõ prouenerũt fructus,

4 ctus, † sequentes dicuntur primi, quos nulli alij præcedunt §. in reliquam, in proœm. Digest. facit optime tex. in l. inter stipulantem. 83. §. Sacram. vers. si stipulatus fuero, ff. de verb. oblig. l. Firmio 26 ff. Quando dies leg. ced. eo addito, quod etiã si non sit expressum de primis, ta-
5 men perinde erit, ac si † esset facta expressio. l. cum qui 41. ff. de verb.
6 oblig. Admonendus est autem lector in d.l. Firmio ex sententia Halo. legi ex fructib. fundi relicta pecunia non percepta. Sed ego eam sequor lectionem, videlicet, Fini, idest ad modum, & quantitatem legatę pecunię, cum nimirum fructus percepti non æquam pecuniam legatam. Quam phrasim esse veterũ I. C. docet Duar. lib. 1. Disp. anni. ca. 12. qui pluribus in locis, etiam ex sententia Halo. reponit verbum Fini.

7 Verum obest † l. 5. ff. De tritic. vin. ol. leg. quam legem olim in publicis disputationibus allegaui contra collegam hoc pacto, Verba illa, Quod natum erit inferunt in d. l. 5. taxationem, ergo multo magis, vel saltem æque erit taxatio in quæstione prædicta de veste præstanda, cum tacitè intelligantur illa verba, Si nascentur, Qui nascentur, l. interdum, 63. ff. de verb. obligat. Nonnulli distinguũt inter conditionem legis, & hominis, quorũ sententiam non probo. Alij pu-
8 tant † relatiuum, Quod restringere. Sed peior hæc conciliatio cæteris, l. ex eo, ff. de trit. vin. ol. leg. & deinde I.C. in d.l. 5. non facit vim aliquã in ipso relatiuo, sed in illis verbis, Quod natum erit. Aleiat. in d. vers. si stipulatus nu. 15. rectè constituit discrimen
9 inter conditionẽ illam, Quod † nascetur, & illã Quod natũ erit, primã ait constare solum ex futuro tempore, ideo si priore anno res nõ poterit præstari, supplebitur ex fructib. anni seq. Alteram putat esse mixtam quoq. ex præterito tempore, l. verbum erit 123. ff. de verb. signif. ideo vlterius nõ esse porrigendam, sed prima vice consumi. Quod probat exemplo. l. si quis stipulatus 112. in princ. ff. de
10 verb. oblig. † de cuius legis sententia cum ageret mecum præstantissimis I. C. & publicus Interpres Ludouicus Vismarius, eiusdem laudaui, vt meritus erat, ingenij acumen. Ibi enim Pomp. I. C. (quod videtur primo adspectu mirum) constituit discrimen inter stipulationem, ita conceptam, Quem voluero, & Quem volam. In illa semel facta electione non licet amplius mutare voluntatem, nisi fortasse fiat incontinenti, in hac stipulator habet semper mutandi potestatem, nisi res desierit esse integra. Ratio discriminis est, quia stipulatio, Quem voluero continet non simplex futurum, sed admixtum habet præteritum, ideo semel declarata voluntate, & ita prima electione, & testatione res desijt esse integra, vt dixim⁹ de verbis. Quod natũ erit. Verbum autem Volam extensiuum est, & habet tractum l. filij, ff. ad S. C. Tertyll. Duar. ad d. l. si quis stipulatus.

SVMMÆ.

1 *Error calculi potest opponi, sed debet probari.*
2 *Calculi error vsq. ad quod tempus opponi possit.*
3 *Calculi error non potest allegari, vbi secuta est liberatio. Declara num. 4. & seq.*
4 *Rationes quomodo reddendæ.*
Error consensui contrarius.
5 *Opinio auctoris.*
Liberatio facta ex interuallo difficilius retractatur.
6 *Dolo præterito potest renunciari.*
Io. Baptista Sormanus I. C. Mediol.

De

De errore calculi. Cap. LVII.

SI in rationibus ineundis supputandisque inter aliquos, erratum
1 sit potest calculi error opponi & denuò erunt subducendæ rationes, l. vnica, C. de errore calculi, Rol. Vall. conf.49. vol.1. Natta conf.489. Franc. Marc. q.441. Hiero. Gabr. conf.61. num. 5. volum.2. Alb. conf.302. numero settimo. Mascard. de probat. concl.252. Paris. conf.131. num. 26. lib. primo. Hond. conf. 54. num. 5. lib.2. Cost. de re integra Distinct.11. Ios. Sess. decis. Arag. 38. vbi ait non satis esse eo in casu errorem allegari, sed requiri illius probationem, vt iterum fiant calculi. Et potest id fieri e-
2 tiam post † longum tempus, atque ideo vsq. ad 30. annos, l. calculi. ff. de admin. rerum ad ciuit. pert. Bart. in in l.2. C. de iure fisci lib.10. Thes. decis. 239. numero decimo. Quod verũ
3 esse intelligitur, † nisi post factum calculum, & accepti, & expensi rationem habitam, subsecuta sit liberatio, tunc enim non potest agi de calculo retractando. Dec. in d. l. vnica, C. de erro. calculi, num. tertio. Hond. d. conf.34. num.75. Alb. conf. 606. num. 10. Men. de Arb. cas.209.
4 num.37. & seq. in quo casu † latè docet quomodo rationes sint reddendę, & num. 15. quando dicantur in folle reddi l. cum seruus, ff. de cond. & demon. Addo Decian. resp.43. num. 8. & 10. lib.4. Polyd. Rip. Obser. sing. 242. vbi de liberatione generali, & amplissimis verbis facta agit. Farinac. consil.7. vbi latè probat non esse iterum, quem cogendum ad faciendum calculos Temperatur tamen hęc traditio, siue sublimitatur, vt non procedat, vbi incontinenti interuenerit liberatio, nam præsumitur ab eodem causisse Mascard. d. concl. 252. num. 18. Alb. conf. 302. num. 7. Rip. sing. Obs.243. Paul. Mont. De tut. cap.38. num. 173. & num. 127. nihil autem tàm contrarium consensui, quàm error. l. obligationum substantia, ff. de oblig. & action. ita vt nec iuraméntũ debeat spectari, vbi adest error vt multis ostendit Grass. De except. cap.8.

5 Ego sic statuo † argui posse calculi errorem dolosum etiam post liberationem, modo dolus clarè, & perspicuè probetur Menoch. d. cas.209. nu. 39. Rol. Vall. d. conf.49. Mascard. d. concl. 252. num. fin. Morot. resp.58. nume.2. Farinac. d. conf.7. nume. 8. cum nec iuramentum adiectum calculis; & liberationi debeat officere, Rot. Auen. decis. 124. num.6. & seq. & ideo reuocabitur error, in reliquis firma remanente transactione, Bald. in d. l.1. C. de erro. calculi, nu. fin. Id autem fieri potest statim, ac ẽt ex interuallo, & siue statim siue interiecto temporis spacio secuta sit liberatio, quando videlicet dolus arguitur. Verum quidem est magis præsumi dolum, si incontinẽti allegetur: Cost. d. Distinct. 11. & liberationem ex interuallo factam præsumi cum maiore factam deliberatione, ideo difficilius reuocari Thes. decis.260. n. 7. Paul. Gallar. De Renunc. lib.4. cap.
6 7. & ita † si apparuerit renunciatum dolo, non poterit retractari liberatio etiam prætextu doli, Farin. d. cõs. 7. numero primo & sequ. & in add. nam hic est dolus præteritus, Farin. d. loco. Quæ omnia superioribus annis pleue fuerunt in quadam causa discussà coram Perillustri viro Io. Baptista Sormano I.C. & patricio Mediol. tunc Ticinensi iudice.

S V M M Æ.

1 *Ciceronis oratio Pro Quinctio illustrari potest per tit. Quib. ex causis in possess.*

Dis-

Oratio Cic. Pro Quinctio exponitur multis in locis, & praecipue vbi agitur de eo, quod fit ex interuallo, vel statim. Cap. LXVIII.

Liceat mihi in praesētia per Leguleios, & Pragmaticos nostros, quos nihil, praeter forenses tractationes delectat, seucrioribus disciplinis ea miscere, quae olim ab humanioribus Musis hausimus. Si aliquorum iudicio piaculum admiserimus, contraxerimusue, illud postea in viam reditu, & foro repetito veluti ex piabimus. Licet enim haec in gratiam eorum, qui in foro versantur scribam, tamen non vt rusticus ille Horatianus, Sulcos, & vineta crepat mera, ita ego semper puram putamq. afferam in medium congeriem barbaram forensium iurgiorum, & concertationum Cicero †
1 Pro Quinctio, quam orationem poteris illustrare lectione tit. in Pand. Quibus ex causis in poss. eatur, ꝓbat Quinctium neq. ex societatis ratione, neq. priuatim quidquam debuisse Sext. Neuio, cum mortuo Quinctio, ille statim haeredem, ad quem res venerat, & cū quo erat quotidie, non appellaret, sed post biennium. Colligit igitur nihil debuisse Quinctio Neuio ex huiusmodi negligentia, cū esset potestas agēdi quotidie, & postea Neuius in vadimonijs differendis omne tēpus cōsumpserit. Et nos in foro ob dilationem in petendo creditum, praesumimus fa-
2 ctam esse solutionem. Licet enim solutio sit facti, & ideo probanda ab eo, qui illam allegat. Menoch. de praesumpt. lib. 3. praes. 135. in princ. Ma-
3 scard. de probat. concl. 1524. tamen multae passim traduntur coniecturae, ex quibus praesumimus solutionem, etiam probato debito per instrumen-
tum

tum quidquid tradat Rip.Obs.157.in fine, quasi vero præsumptiones non inducant liquidissimas probationes, l.licet, ff. de leg. 1. & inter cæteras
4 adest † diuturnũ silentium Mascard. ibidem num.27. Surd. decis.105.Monoch. d. præs. 135. num.7. qui rectè constituit discrimen inter præsumptionem solutionis, & præscriptionem. Bertazzol.cons. 118.num.7. & 8. vbi subijcit hanc coniecturam maxime locum habere, si creditor tacuit etiam mortuo debitore. Hect. Felic. alleg.44. part.3. Menoch.consil. 268. num. 29. & 30. in hanc rem citat prædictum locum Cic. Pro Quinctio, eiusq. verba refert, Quemadmodum etiam censetur vsuras remisisse maritus, qui tacuit longo tempore. Surd. cons. 534. nume.29. & patet quasi diuturna donatione cẽsetur filio vsumfructum remisisse, qui eum detinuit, quem patrem habere oportuerat, l. cum oportet, §. non autem,
5 C. de bon. quæ lib. Hæc tamen quæ a diuturnitate tẽporis petitur alijs est adiuuanda iuxta iam citatos. Sola enim tarditas creditoris in petendo debito non sufficit ad inducendam solutionis præsumptionem. Marisc.lib. 2. var. Resol. cap.67. num. 36. Rip. Obs. 157. Gratian. decis. March. 46. num. 10. Præterea ex hac tarditate aliquid faciendi in quamplurimis alijs speciebus colliguntur argumenta doli, & fraudis veluti si quis differat instrumentnm exhibere, vel registrare, si accusationem non instituat, vbi primũ potuit, & his similia. Crau. cons. 28. num. 6. Cabal. resol. crim. 288. num. 51. Osasc. dec. 117. num.9. Men. cons. 119. num.31. Morot. resp.17. num.29. Si differat quis instrumentum arguere, itavt verisimile sit eum expectasse mortem testium, quib. aduersarius instrumentũ confirmasset, Menoch. de Arbitr. cas. 105.nu.30. In eadem oratione Cicero alio vtitur argumento ad demonstrãdum bona Quinctij ex edicto non potuisse possideri à Neuio, quod sumit non a diuturna dilatione, sed contra
6 † a nimia festinatione, & ab eo quod incredibile sit. Petit enim Neuius, vt bona Quinctij possidere liceat ante v. Kal. intercalares, & pridie Kal. intercal. Quinctius deijcitur de saltu, qui saltus Gallicanus ab Vrbe Roma distabat Dec. mille passib. Qui potuit igitur tã volucris nuncius, siue potius Pegasus biduo septingentos mille passus conficere verba sunt hæc Cicero-
7 nis † Biduo post, aut, vt statim de iure aliquis concurrerit, non toto triduo Dec. millia passuum cõficiuntur; quę verba ego ita interpretabar adolescẽs, & rectè, ni fallor, videlicet biduo cõfici Dec. mille passus, aut, licet incontinenti posteaquam postulasset Neuius possessionem bonorum ex edicto cucurrisset aliquis de iure, idest ab eo loco, vbi ius prætor reddere consueuit, l. ius pluribus, ff. de iust. & iure, qua significatione vtitur idem Cicero Pro Ceci. Te in iure conspicio, & alibi, & sæpe boni auctores Rectè igitur subijcit Cic. Quid hæc tanta festinatio? quid hæc immaturitas tanta significat? Eodem autem modo Cicero dixit, vt statim de iure &c. quo initio eiusdem orationis ait, vt summa haberem cætera. Vtrumq. locum Franciscus Syluius cũ non assequeretur mentem Ciceronis, alioquin nõ obscuram, perperam, immo ridicule interpretatur. Pudet illius referre, ac refellere interpretationem. Possem sexcentos alios locos indicare, in quibus vir ille non rectè interpretis munere fungitur, sed turpissime labitur, & præsertim in eadem oratione pro Quinctio quos ego olim cum per ætatem, & occupationes liceret obseruaui, & trãsuerso calamo notaui. Non possum

possum tamen tacitus præterire expo
sitionem illorum verborum. Sine im-
pendio, idest, vt ipse putat, sine quæst⁹
accessione, & augmento. Quasi vero
obscura sit sententia, quæ egeat ali-
quo Dælio naratore, aut Oedipo. Id
enim sibi vult Orator eo in loco. Cum
Neuius ab adolescentia facere soleret
quæstum absque eo quod aliquid im-
penderet, vt puta, quia vocem vena-
lem habebat, & ea ad quæstum vte-
retur, quod obijcit sæpenumero Ci-
cero Neuio, & præsertim in fine illis
verbis Vox præconio quæstu prostitit
(sic enim lego) Posteaquam igitur
nescio quid impedit, & in commune
contulit, mediocri quæstu conten-
tus esse non poterat. En tibi Cicero-
nem se ipsum exponentem. Ridicu-
lum est, quod in eadem oratione dum
exponit verbum Conditionibus, ait,
8 Conditio est † in diem certum eius
rei, quæ agitur denunciatio, & vtitur
auctoritate Sex. Pompeij. Similitu-
do verbi eum fefellit. Si litteram adie
cisset, recte vsus esset Sex. Pompeij te-
stimonio. Condictio est denuncia-
tio, §. appellantur vbi Doct. de actio
Hug. Donell. libr. 23. De iure ciu.
cap. 2. in fine Doct. in l. certi condi-
ctio, ff. si cert. pet. Vacon. declarat. 47.
libr. 3. Declarat. Verum Cicero non
agit ibi de condictionibus, siue denun
ciationibus. Non minus ex sibilan-
da illorum verborum interpretatio,
videlicet, Arbitrium pro socio con-
9 demnari † solerent. Verum excusand⁹
interpres, qui iam præfatus erat locũ
corruptum. Sed si ita esse fuit suspi-
catus, quare non legit, Arbitrio pro
socio &c.? erit enim sensus clarus,
videlicet Neuium se gessisse in socie-
tate perinde, ac si illi qui fidem præsta
rent, & boni viri officio fungi vellẽt,
fideliterque societatem administra-
rent, in iudicio, Pro socio condem-
nari solerent, Erat igitur diligens in
fraudando socio, neq. ex fide admini-
strabat, quæ societatis erant, ne con-
demnaretur. Manebit eadem sen-
tentia, si legamus Arbitrium pro so-
cio, sed videbitur durum nimis dicen
di genus, nisi fortasse illis verbis signi
10 ficatur formula aliqua, † vel initium
aliquod, quale est illud. Quorum le-
gatorum, vel Quod legatorum, &, Si
paret Titium dare oportere, & simi-
lia in iure nostro passim obuia. Ma-
nut. legit Ad arbitrium, qua lectione
non offendetur lector, licet desit codi-
cum auctoritas. Arbitrio autem erat
locus in societate, vt in tit. ff. Pro so-
cio, & præcipue in l. pro socio, in l.
veluti cum seq. Men. de Arbitr.
cas. 73. & ideo in illis vsurpabatur
ille modus elegans loquendi, Adige-
re arbitrum, idest, agere ad arbitrum,
vel potius ex Festo, Dare, cogere,
Turneb. lib. 25. cap. 25. Aduersar.
Obseruauit præterea in eadem ora-
tione Manut. illis verbis. Cum annos
iam complures societas esset, Cicero-
nem cum narrare videatur, obliquè
veneficij crimen quinque argumentis
in Næuium deriuare, vno ex diuturni
tate temporis societatis, altero, quod
se intelligeret Quinctio suspectum,
tertio, quod rationem administrata-
rum rerum non posset reddere, quar-
to quod obierit Quinctius cum ades-
set Næuius, & quinto quod repenti-
no. Sed iam desino grammaticatio-
num, & redeo in viam, ne mihi illud
obijciatur, videlicet Ne sutor vltra
crepidam. Perperam autem colli-
git idem Syluius Tribunos habuisse
iurisdictionem, cum dicat Cicero
11 eos fuisse appellatos, † etenim appel-
lati sunt ob intercessionem, vt patet
ex eadem oratione. Cic. de legibus ter
tio. Plebs, quos pro se contra vim, au-
xilij ergo decem creasset, Tribuni

N eius

eius sunto, quodque ij prohibessint, quodq. plebem rogassint, ratum esto. Iniuriæ igitur arcendæ causa, & intercessionibus faciendis, non iuridicundo creati tribuni. Quod auctoritate etiam Agellij, & Dionysij, & aliorum alias ostendi. Quamobrem cum edictum Prætoris in causa Quinctij videretur iniquum, ideo Cicero ait appellatos Tribunos plebis. Appellabantur Tribuni more, & auxilij causa. More, & instituto, & exemplo, cum eorum intercessio postulatur, si quid iniquè à Prætore decernatur: at cum auxilij causa appellantur, id non fit more, sed ab eo, qui se æquo iudicio certare non posse clamet, & ita locū illum Cic. in eadem oratione, Videtur ne intercessisse appellatio Tribunorum, non more, sed auxilij causa?
12 exponit Adrianus Turnebus† lib. 18. Aduers. cap. 22. qui eodem cap. & præced. multis in locis eādem illustrauit orationem. Quid si legamus non more, sed auxilij causa? vt Cic. pro Cecin. iudicandi iustam moram, ac religionem iudicibus iniicere, & Pro Rab. Cum ad iudicij moram familiaris funeris excusatio quæreretur. Significare igitur videtur Cic. auxilij causa appellatos Tribunos, non dilationis, aut tergiuersationis causa, maxime cum more, & instituto Tribuni sint constituti auxilij causa, vt paulo ante tradit Cic. illis verbis. Ita tñ more, & instituto per eum magistratum, qui auxilij causa constitutus est. Ad-
13 do locum Cic. supra citatum. De † legibus, licet non propriè esse dicerentur in magistratu tribuni pleb. P. Aerod. lib. 6. Rer. iud. tit. 5. cap. 10. Sic abusiue Magistratus dicitur tribunatus militū, Cic. initio orat. Pro Sext. Idem Postea reperi sentire Manutiū, qui legit Moræ, idest, non vt morā afferret, quod calumniabātur aduersarij, quia Tribun. Idibus Sept. Quinctium sisti iusserāt. Ex celeritate etiā, & festinatione nunciandi Ameriam
14 cædem Sext. Roscij † arguit Cic. Pro Amerin. illum non à filio, sed consilio Roscij Capitonis occisum fuisse.

S V M M Æ.

1 *Laureandus in multis habetur pro laureato.*
Matriculandus pro matriculato habetur.
Cingendus pro cincto.
2 *L. pen. ff. de milit. testam. declaratur, & nu. 16.*
3 *Condemnandus statim habetur pro condemnato.*
Banniendus pro bannito existimatur.
Delendus ex albo pro deleto.
4 *De Bannito statim rebanniendo.*
Perdendum statim pro perdito est.
5 *Conditio statim deficienda habetur pro defecta.*
6 *Carcere breui liberandus non valde arcte custoditur.*
7 *Hæreditatem viuentis, qui adit, est illius indignus, nisi sciat eum statim capitis pœna puniendum.*
8 *Lucrum non facere, & damnū pati differunt, nisi spes lucri sit proxima.*
9 *Faciendum de proximo habetur pro facto.*
Declara nu. 16.
10 *Destinatio habetur pro re perfecta.*
11 *Vestis in legato continetur, quæ nondū est completa.*
12 *Destinatio testatoris attenditur in legatis interpretandis.*
13 *Incontinentis quæ sequuntur actum, illi censentur inesse.*
14 *Potentia proxima actui pro actu habetur.*
Declara nu. 22.
Dispositā in termino censetur dispositā in via.
Paratum pro facto habetur.
Promotionis honorarium an debeatur hæredibus ipsius interpretis.

15 Sa-

De potentia proxima actui.
Cap. LXIX.

1 VIM patiter suã † ostendit, quod incontinenti est faciendum in Scholastico, qui statim laurea est ornandus, habetur enim in multis pro laureato. Sic mox matriculandus habetur pro matriculato, cingendus intra breue tempus pro cincto, Alex. in l. si quis id, quod ff. de iurisd. omn. iud. Andr. Gaill. libro secundo Obs.
2 cap. 80. numero nono † l. pen. ff. de milit. testam. quam l. declarat Vigl. in §. sed & si quis. in Inst. De milit. testam. numero secundo, intelligitque ibi valere testamentum filij fam. sed non iure militari, filiumque ibi militia equestri fuisse exornatum, Franc. decis. 111. numero tertio, qui ait in d. l. interuenisse iussum eius, qui potẽstatem habebat. Condemnandus e-
3 tiam intra breue † tempus habetur pro condemnato. Caball. De omni gen. homicid. num. 167. & seq. Banniẽdus incontinenti habetur pro bannito. Surd. consil. 367. numero 21.

N 2 quan-

quando nimirum nil aliud, præter sentētiam expectatur. Laderch.cons. 196.num. 1.

Delendus ex albo habetur ꝑ deleto Surd. cons.467. num.22. Vide scripta Carpan. ad Stat. Med. c.10.nu.16. & 144. lib.1.& Farinac.quæst.103.num. 319. & seq. vbi agit de occidente ban-
4 nitum proxime † rebanniendum. Sic perdendum habetur pro perdito.
5 Conditio † statim defectura habetur pro defecta. Marsil. sing. 106. Caball. resol. crim. 65. idem efficit suspicio imminēs, quod ipse actus. Surd. d. cons. 367. num. 21. Ideo carcere †
6 intra breue tempus liberandus, non debet valdè arctè custodiri. Menoch. de Arbitr. cas.305. nu.9. Monald.cōs. 10.lib.2. Quamobrem respondit Menoch. cons.502. num. 35. non censeri cum indignum, qui adiuit hæredita-
7 tem viuentis, quem † sciebat ob delictum breui securi feriendum, vel ca-
8 pite puniendum. Et licet † aliud sit damnum pati, aliud lucrum non facere, Tiraq. de leg. Connub. gloss. 2. nu.35. tamen quandoq. damnum accipitur pro lucro cessāte, & maxime vbi spes perceptionis lucri est proxima. Surd. cons.34. nu.52. Faciendum igi-
9 tur de † proximo habetur pro facto. Gratian. cap.96. nu. 19. lib. 1. Foren. Discept. Cost. de fact. scient. Insp. 25.
10 Immo destinatio † habetur pro re perfecta. Surd. cons.195. nu.2. Tiraq. De leg. Connub. gloss.2. nu.43. latè Gabr. videndus De præs. lib.1. conclus.12. Rodobald. Parinus De Gabell. par.
11 2. num. 134. Ideo in legato † vestis continetur ea, quæ nondum est completa, & consuta, sed adhuc existit penes sarcinatorem, Graff. in §. legatū, quæst.21. Et in vniuersum in legatis interpretandis, quidnam videlicet vo
12 luerit ijs contineri † testator, potissimum eiusdem spectamus destinationem. Natt. cons.479. num.21. l. quod in rerum, §. si quis post testamētum, ff. de leg.1. Menoch. lib.4. Præs. cap.127. num.31. Surd. decis.241. num.12. & seq. Addo Royz. decis. Lituan. prima nu.206. & seq. qui hæc, & alia similia refert.

Ratio horum, & similium, quæ
13 sūt ferè infinita esse potest, quia † quę incontinenti sequuntur actum, censē-
14 tur illi inesse, potentia proxima actui habetur pro actu, disposita in termino, censentur disposita in via, & ideo pro facto habetur, quod paratum est, vt fiat l. abesse, l. si cui, §. tamdiu. ff. ex quibus causis maio. Hæc faciunt ad decisionē illius quæstionis, quam superioribus annis composui inter communes amicos ab omni lite abhorrentes, an videlicet fato functo D. Costa salarium siue honorarium promotionis deberetur eius hæredibus, an alijs Interpretib. De qua Alciat. in l. diem functo, ff. de offic. assess. nume. 28. Sap. num.18. Licet enim non possent defuncti hæredes testatione sua probare scientiam laureandi, & eo fūgi munere, quod in conferenda laurea requiritur, tamen cum iam scholasticus, viuo D. Costa proximus esset laureæ, & intrà priuatos parietes sui periculum fecisset, ideo secutus æquitatem hoc honorarium hæredib. adiudicaui. Idem postea reperi apud Massinum in d. l. diem functo, num. 88. Vnde etiam infertur ad quæstionem, de qua dixi in d. l. diem functo cum Bart. nume. 2. Alex. numer. 25. Dec. num.19. Sanseuer. num.21. An
15 videlicet † Præses transmittat salariū ad hæredes, si nondum sit ingressus prouinciam, nec ne. Bolog. ibidem num.52. Massin. num.106. & sane quādo inibi erat, vt statim proficisceretur, seq. ad iter factis expensis comparauerat, saltem illud transmitti, quod pro itinere debetur.

Hæc tamen non esse perpetua appa ret

ret ex congestis per Caball. d. cas. 65. Franch. decis. 111. Tiraq. d. gloss. 2. nu. 26. cum plurib. seq. Fœnut. De moment. temp. cap. 28. num. 26. & seq. Rimin. iun. in princ. n. 207. tit. Quib. alien. licet vel non, qui multipliciter declarãt prædictas regulas, & d. l.
16 pen. neq. enim semper facti † iure censetur, quod etiam statim fieri deber, Vigl. in d. §. sed & si quis num. 2. & præclare inquit Seneca epist. 85. ad Lucil. l. Quod prope est, extrà est. Et ideo multi sapientiam nondum habent, sed iam in vicinia eius constiterunt. Licenciatus igitur pro Doctore ita demum habetur, si in consequenda laurea, non longam interposuerit motam Rim. iun. d. loco. Vide agentem latiss. hac de re Odd. consil. 14. Franc. d. decis. 111. qui eum nõ habet pro Doctore, maxime vbi diù distulit coronam. Victualium appellatione non contineri messes in paleis, nec in dispositione vini comprehendi vuas tradit Surd. cons. 550. num. 13. Sic appellatione viri, & vxoris non conti-
17 neri † sponsum, & sponsam multis argumentis, & similibus docuit Tiraq. loco citato num. 25. cum seq. nihil enim est tam proximum, quod nõ possit repentinus aliquis casus auferre.
18 Ideo fera etiam † lethaliter vulnerata, vt proxime capi possit nondum efficitur vulnerantis, nisi fuerit capta l. naturale, §. 1. ff. de adquir. rer. dominio, §. illud quæsitum Inst. de rer. diuis. Notum est illud Multa cadunt inter os, & offam, & illud

Multa cadunt inter calicem, supremaq. labra.

Non poterit igitur tamquam homi-
19 cida puniri, qui aliquem etiam † lethaliter vulnerauit, licet statim mors expectetur, tum quia posset contingere, vt non moriatur iuxta illud Cic. ad Att. lib. 9. epist. 12. **Aegroto dum anima est, spes est, & alia, quæ scripsit** Tiraq. loco citato, tum etiam quia ab alio posset occidi Caball. De omni genere homicid. num. 169. & nu. 340. quo casu vltimus tenetur de homicidio, l. item Mela, §. Celsus, ff. ad legem Aquil. Sed tunc ea solet ad-
20 hiberi distinctio Aut † vulnus primũ erat necessario lethale, & tenet primus vulnerans de homicidio, aut nõ erat mortiferum ex necessitate, & secus est, Farinac. cons. 100. num. 5. Et De Pœnis temper. quæst. 86. num. 49. & seq. Couar. de Homic. in clem. Si furiosus part. 2. §. 2. num. 4. vbi improbat distinctionem Zasij, an quis statim ex secundo vulnere interierit, an ex interuallo & sequitur communem opinionem, licet dubiã. gloss. & alij in l. ita vulneratus, ff. ad legem
21 Aquil. Ceterum lethale † vulnus dicitur, quando quis statim concidit, nec inde mouere se potuit, vel vbi intra breue tempus interijt. Qua de re late Farinac. dicto cons. 100. num. 14. & seq. Bardell. cons. 98. Die 3. Decembris 1621. Senatus ad remum perpetuò condemnauit quendam Gianonum nomine, qui vulnus læthale intulerat in quendam presbyterum alijs duobus vulneribus læthalibus paulo ante affectum ab incertis ex certis.
22 Insuper prædicta † regula de potentia proxima actui procedit ficte non vere, & vbi actus omnino debet incontinenti sequi, secus vbi aliter atq. aliter se potest res habere. Tiraq. loco citato nu. 26. Gaball. d. cas. 65. vbi infert ad multa, & præcipuè ad eos, qui in eo sunt, vt fiat Equites Hierosolymitani, militiæq. illi proximè adscribantur, neq. enim debent se eximere a iurisdictione iudicis laici, nisi sint creati Equites, & eius veluti militiæ sacramẽto adacti, Frãch. decis. 449. part. 3. & pterea infert ad eum, qui post delictum assumpsit clericalem habitũ, ob

votum

votum præcedens, declinatq. iurisdi-ctionem iudicis laici prætextu sacri verticis. Hæc pertinent ad illam quæstionem, de qua Fœnut. d. cap. 28. num. 17. An appellatione matrimo-
23 nij intelligi debeat † consummatum, & quid dicendum de vxore mortua in itinere, dum pergit ad maritũ. Quod prodest ad quæstionem lucrandæ dotis, Andr. Gaill. d. Obs. 80. Alex. cons. 129. vol. 7. & quid de sponsa, Rimin. d. loco nu. 191. Non omit-
24 to fructus intrà † breue tempus colligendos haberi pro collectis, Fæn. ibidem numer. 17. Surd. decis. 97. num. 10. An autem censeantur inter mobilia, Vide Mantic. de coniect. lib. 9. tit. 3. num. 9. Quod tamen non procedit in fructuario, vel eius hæredibus, Caroc. De locat. part. 2. De vsufr. q. 25. & seq. Costa De rata quæst. 29. nu.
25 6. quæst. 87. numero 13. nec † enim hæredes fructuarij lucrantur fructus proxime colligendos, sed tantum, collectos, cum tamen aliud dicendũ sit de fructibus præsidij dotalis, qui diuiduntur pro rata temporis inter maritum, & vxorem, vel hæredes, iuxta l. diuortio, ff. sol. matrim. cuius variæ afferuntur expositiones, Duar. lib. 1. Disp. anni. c. fin. Coras. lib. 5. Miscell. capit. 7. Fab. lib. 1. coniect. c. 13. Anton. Mescat. in notat. ad Animad. Robert. lib. 2. cap. 7. 8. Sic etiam fructus beneficiorum diuiduntur in-
26 ter hæredes beneficiarij † mortui, vel resignantis, & successorem, Vsufructuarius percipit etiam pendentes tempore mortis, Borgnin. de vsufr. num. 93. An autem fiat pensionis solu-
27 tio pro rata temporis, an pro † rata fructuum collectorum anceps est quęstio, cum vtrinq. afferantur solidissima argumenta, grauissimorum virorũ auctoritates, & Rotę Rom. decisiones. Cæuall. in suo tract. cõmu. contra commu. q. 561. Cost. De rata quæst. 10. & 29. Kond. cons. 75. vol. 2. Coram Orano facta fuit decisio die Lunæ. 9. Martij. 1592. Vid. Valenz. cõs. 43. Cost. De Remed. Subsid. rem 106. illat. 8. M. Ant. resol. li. 1. Guttier. li. 1. Canonic. Quæst. cap. 33. & nunc Romæ recipitur ea opinio, vt diuidantur pro rata fructuum collectorum post Clementem VIII. Summum Pontificem. Verum vbi contingunt huiusmodi quæstiones, de quibus D. Ansossius in resp. De Red. eccle. soleo partibus suadere, vt à litibus desistant, & rem inter se amicè transigant, vt factum est, respectu fructuum inter hæredem Pręposìti S. Michaelis, & successorem in beneficio opera I. C. D. Rodobaldi Parini, & I. C. legum Interpretis Hippolyti Mili, & mea, & respectu pensionis opera D. Præpositi S. Iuuentij, D. Ludouici Somaschi I. C. & mea inter D. I. C. Antonium Franciscum Stancum Sanctissimę Trinitatis Præpositum, & D. Canonicũ Michaelem Gattum. Por-
28 ro † circa fideicommissarium, & hęredem latè tractat Cardinalis Mãtic. De coniect. tit. 10. lib. 7. Fab. libr. 7. Coniect. c. 3. & 4. Fachin. lib. 12. ca. 67. Peregr. de fideicomm. arti. 49. Doctor. in l. centurio, ff. de vulg. & in l. in fideicommissaria, ff. ad Trebell. Marisc. lib. 1. var. Resol. c. 25. in l. precibus. C. de impub. vbi Mass. nu. 232. & Coras. num. 84. quatuor tradit reg. Sed ille casus huc spectat quando agitur de fructibus, satis per testatorem, maturis, & proximis collectioni, nam illi pro natis habentur, & ideo augẽt hæreditatem, cum pars rei sint, Coras. d. loco. n. 87. veniuntque in restitutione, l. in lege Falcidia. 9. ff. ad legem Falcid. Menoch. de Arbitr. cas. 256. num. 4. Qua de re Peregr. d. art. 49. numero 16. & seq. vbi expendit d. l. in lege Falcidia, qui ait gloss. & communiter Doct. subintelligere in d. l.

d.l.verbum maxime. quasi idem sit dicendum de immaturis,cum & illi augeant hæreditatem . Quod tamen videtur durum,cum nō temere fiat mētio de fructib.maturis in d.l.& alij nō maturi non hæreditati,sed rebus ipsis acceptò referātur, d.l.in fideicommissaria. Ego igitur ita obiter statuerem, si agitur de Falcidia, tunc procedit d. l.in lege Falcidia, in qua cōsideratur æstimatio hæreditatis tempore mortis testatoris Mantic. d. tit.10. nume. 14.& ita I.C.se restrinxit expresse ad fructus maturos in lege Falcidia ob ea verba, In lege Falcidia placuit &c. quamquam idem dici potest de restitutione fideicommissi; cū fructus pendentes idest maturi, sint pars fundi, & reddant hæreditatem pretiosiorē, & ideo ratio d.l.in lege Falcidia, procedit etiam in restitutione fideicommissi. Peregr.d.art.49.num.16. Addo Fabrū De error. Prag.Decad. 11. err. 3.Quo casu ita placet distinguere iuxta Mantic.& Peregr. Aut fideicōmissum est purum,& fructus maturi sati à testatore sunt restituendi,quasi testator voluerit hæreditatem eo modo, quo reperitur tempore mortis, & ita pretiosam restitui,aut est in diem,vel conditionales,& secus est,nam censetur hæres eos percepisse tamquam ex re propria,& ideo nō restituit, Surd. cons.291.num.6. & 9. Verum & hoc †
29 casu fructus pendentes sunt restituēdi,nam tunc augent hæreditatem, si non tamquam fructus, at tamquam pars fundi,& eam reddunt pretiosiorem.Faber d.loco,sed communis opinio videtur sequi prædictam distinctionem.

Opportune hoc loco illud testari omnibus volui,cuius recordatione ipse recreor,simul,& dolore eo afficior, quem nulla vnquā dies poterit exha-
30 urire: patrem meum † verba hæc voluisse inscribi suo sepulchro, nimirū.

IVRISCONSVLTO. ALOYSIO. BELLONO TRIVM. IVRISCONSVLTORVM PATRI

Etenim ego cum fratre Fabio, Deus bone, quo iuuene, quam erudito,quā benè Græcis, & latinis litteris instructo fueram renunciatus I. C. frater alius Io. Stephanus natu minor, Fabij virtuti æmulus, post quintum studiorum suorum annum, inibi iam erat, vt eadem iurisprudentiæ laurea insigniretur. Verum immatura morte vna cum eo præreptus familiam nostram,& parentem ipsū, tunc superstitem in maximos coniecit luctus. Curaui nihilominus, vt verba illa parentis carissimi sepulchro inciderentur,neq. enim ambigimus,quin Iurisconsulti nomen aliquo pacto illi possit conuenire,qui eo honore se dignum reddiderat, quiq. proximè dignitatem illam erat consecuturus. Visitur hoc epitaphium Forofuluij, siue Valentię ad Padum,ex quo oppido celeberrimo antiquam trahimus originem. Nunc ciuem me esse profiteor Ticinensem, huc enim sedem meam transtuli, domiciliumq. hic contraxi per habitationem longissimi temporis,videlicet 30.annorum cum patre, fratribus, deinde vxore, & filijs. Id autem sæpenumero è re nata testatus sum,iuuatq.idipsum nunc publicis cōsecrare monumentis, vt huius rei perpetua exstet memoria,neq. quisquam putet me studiorū, vel publici muneris causa huc migrasse, cum eo huc omnes venerimus consillo,vt hæc nobis, & posteris nostris, quibus omnia secunda D. O. M. precor perpetua sit sedes,& patria. Multis enim modis di
31 citur quis cōtrahere domicilium, de quibus latiss.Menoch. De arbitr. cas. 86. vbi initio ait tribus modis id contingere, natura, legis dispositione,& animo incolæ. Andr.Gaill.lib.2. Obs.

cap.

Obſ. cap. 35. Sanch. De Matrim. lib. 3. Diſp. 23. Surd. conſ. 174. Duplici igitur ratione profiteor me eſſe ciuē Ticinenſem, quarū vna eſt, quia in hac vrbe publici Interpretis fungor munere Boer. deciſ. 160. num. 19. & quidem horis matutinis in prima ſede. Altera eſt, quia hic habitaui longiſſimo tempore ſemper animo, quem non obſcure præme tuli, contrahendi domicilij. Suffragari etiam anti-
32 quiſſima † origo familiæ meæ mihi poteſt, cum multis abhinc annis, & I. C. & Decuriones familiæ meæ Bellonæ fuerint Ciues Ticinenſes, Aloyſius videlicet, Franciſcus anno abhinc trecenteſimo. Addo natiuitatem meam. l. ciues, C. de incolis. lib. 10. Stephan. Gratian. lib. 1. Diſcept. Forenſ. cap. 75. Contra Sanch. d. diſp. 23. Peregr. conſ. 126. num. 9. lib. 5. Licet enim in oppido Salarum territorij Ticinenſis, patre Aloyſio I. C. ibidem Prætoris munus in ipſo tamquā honorum ſuorum veſtibulo obeunte, natus ſim, tamen hac ſubſecuta declaratione animi noſtri, & habitatione, debet natiuitatis ratio haberi, ex ſequentibus enim, qui initio animus fuerit, colligitur. Quod ſi me caſus
33 aliquis hinc † abſtraxerit, vt ſunt res humanæ, earum omnium inconſtantia, & viciſſitudo (quod tamen vix puto, nam veluti trabali clauo me hic defixum tenet ciuium beneuolentia, conſanguineorum nobiliſſimorum coniunctio, & Excellentiſſimi Senatus Mediol. ampliſſima in me collata beneficia) Verum ſi quid præter ſpem acciderit nam, vt nunc ſunt res, non eſt mihi de migratione cogitandum, vt olim Vlyſſes in ſuo illo diuturno errore crebrò Ithacam verſus ſpectabat, ſic ego identidem ad hanc Ciuitatem tanquam patriam meam reſpiciam, in quam nunc verius redij, quam fuerim adſcitus, & cuius ſemper ciuis animo, non in quilinus fui. Verum duę mihi patriæ Valentia, & Ticinum, vna loci, & naturæ, altera iuris, & ci-
34 uitatis, & ideo † me Valentinū inſeri pſi in meis Comment. De teſtam. & De oblig. Sic, vt hac in re nō obſcuris vtar exemplis, & parua magni, com-
35 parem M. Catoni † Tuſculum, & Roma, Sic M. Tullio Arpinum, & Roma pariter fuit patria, vt ſcribit idem Tullius initio libri 2. de legibus. Incidi poſt hæc impreſſa in locū huic valdè ſimilem apud Io. Coraſ. libr. vn. Epiſt. Quæſt. cap. 4.

S V M M Æ.

1 *Alienationis prohibitio altera iuris communis, altera teſtatoris.*

2 *Alienari res prohibita perpetuò remanet alienabilis, ſi ſemel alienetur. Declara.*

L. Pater. §. quindecim. ff. de leg. 3. declaratur.

3 *Alienari prohibita res non remanet perpetuò alienabilis, ſi alienetur in perſonam permiſſam, quæ ſtatim illam in prohibitam transferat.*

Alienatio præſumitur fraudulenta, quę durauit modico tempore.

4 *Alienatio momentanea non habetur in conſideratione, vt quis incidat in pœnam.*

De prohibitione alienationis. Cap. LXX.

1 ALIENATIONIS † prohibitio, de qua ex profeſſo tractant Doct. in l. filius fam. §. diui, ff. de leg. 1. altera eſt iuris communis, altera teſtatoris. Oſaſc. deciſ. 85. nu-
2 mero 14. Verum ſi res prohibita alienari, ſemel alienetur, durat perpetuò alienabilis, l. pater. 38. §. quindecim, ff. de leg. 3. Menoc. de Arbitr. quæſt. 54. numer. 25. & ſeq. Bart. in l. peto, §. fratre, ff. de leg. 2. Alciat. lib. 1.

lib. 1. resp. 44. num. 2. Dec. cons. 88. Alex. in l. 1. ff. de offic. eius num. 87. qui varijs modis regulam d. §. quindecim declarant. Aut enim est prohibitio realis, aut personalis. Illa est perpetua, hæc secus. & in d. §. quindecim prohibitio erat facta respectu patris tantum, non mirum, si potest quis alienare partem sibi alienatam, secus si absoluta fuisset prohibitio, & portiones illæ, quæ peruenerunt ad Caium Seium contra voluntatem testatoris, non fuerunt alienatæ, quia in col libertos poterant alienari. D. Massinius ad l. 1. C. de edendo nume. 71. vers. Nec facit. Porrò cessat prædicta
3 regula, vbi prohibitus † alienare incertum genus personarum, alienat in personam permissam, quæ statim in prohibitam eãdem rem transfert, præsumimus enim tunc fuisse fraudulentam alienationem. Alex. cons. 25. lib. 2. Dec. cons. 182. num. 19. & 20. Rip. in l. si ventri, §. fin. num. 7. ff. de priuileg. cred. & contra † si quid extra
4 familiam prohibeatur alienari sub pœna, & aliquid fuerit ea conditione alienatum, vt incontinenti debeat familiæ restitui nõ debetur pœna. Ang. in l. voluntas. C. de fideicom. Ann. Robert. lib. 3. Rerum iud. cap. 8. momentanea enim illa alienatio non habetur in consideratione, Menoch. de recuper. rem. 13. num. 89.

SVMMÆ.

1 *Denunciatio est facienda ipsius litis venditori vt locus sit euictioni.*
2 *Denunciatio litis non est facienda scienti, vbi adest iuramentum siue statim, siue in fine instrumenti, siue ex interuallo sit adiectum, siue generaliter, siue specialiter.*
3 *L. si quis maior, C. de transact. pœna habent locum etiam si iuratum sit post instrumentum.*
4 *Iurata promissio quemq. admonet officij sui, sine interpellatione.*
5 *Iuramentum satis est adijci in fine instrumenti.*
Scienti non est facienda denunciatio.
Iuramentum interpellat.
6 *Iuramenti formula, quæ contractibus adijcitur.*
7 *Generaliter omnia promittens censetur singula in specie promittere, quæ continentur in genere.*
8 *Euictioni vt sit locus denuncianda est lis venditori.*
9 *Denunciatio non est iterum facienda, quando semel facta fuit, nisi tamen longum effluxerit tempus.*

De denunciatione litis facienda venditori. Cap. LXXI.

1 Denuncianda est lis venditori, vt secuta euictione, possit agere emptor aduersus venditorem, l. emptor l. empti actio. C. de euict. Menoch. de Arbitr. cas. 224. nu. 4. Surd. decis.
2 22. num. 2. Scienti tamen litem † motam, vbi accessit iuramentum, non est facienda denunciatio. Alex. in l. 2. §. voluntatem, n. 16. ff. de solut. matrim. vbi Rip. Doct. in c. breui, De iure iur. Add. ad Bald. in l. 1. C. de peric. & commod. rei vend. num. 9. Afflict. vbi Cæs. Vrsill. decis. 49. Dec. cons. 74. Cap. decis. 106. num. 3.

Quod tamen ita est intelligẽdum, quando nimirum incontinenti adiectũ fuit iuramentum secus si ex interuallo. Incontinenti autem dicitur adiectum iuxta subiectam materiam, quando promissionem de defendendo statim iuramenti religione firmauit venditor, vt quia cum iuramento promiserit suscipere defensionem emptoris, eumq. defendere. Secus si generaliter in fine instrumenti sit præstitũ iuramentum. Did. Couar. lib. 3. var. Resol. cap. 17. num. 5. in fine. Verum

siue incontinenti, siue in fine instrumenti sit iuratum, creditum est non esse opus aliqua denunciatione. Im-
3 mo & in casu † l. si quis maior, C. de transact. pœnæ illius legis habebunt locum, licet post instrumentum sit iuratum. Cæs. Barz. decis. 16. num. 21. & seq. Vlterius est aduertendum Couar. d. loco non constituere in eo aliquod fundamentum, an incontinenti, an ex interuallo sit iuratum, sed an in specie, an in genere, vt etiam aduertit Barz. d. decis. 16. num. 24. Immo vero alij contrariam sequuntur distinctionem, videlicet. Aut quis incontinenti, & eodem tempore se obligat, & iurat, aut post obligationem. Priore casu est denunciatio facienda, altero secus, quasi non possit quis se obligare, & iurare eodem tempore, & maior vis sit in iuramento adiecto ex interuallo, vt dicitur de actu repetito, & geminato. Quamobrem non erit interpellandus debitor, qui iurauit soluere post obligationem, vbi scit creditorem egere pecunia credita. Sadolet. ad l. quod te ff. si cert. pet. nu. 86. Sed siue statim, siue ex interuallo, siue in specie siue in genere iuratũ sit, obtinebit, quòd dixi, nimirum scienti non esse denunciandam molestiam, vt liti adsistat emptoremq. defendat, sua enim quemq. promissio iurata ad-
4 monet † officij, & obligationis suæ. Barz. d. decis. 16. n. 24. & ideo si quis dicat se maiorem, & tãquam maior contrahat, deinde in fine iuret iuxta formulam consuetam perinde erit, ac si
5 in specie † iurasset, iuxta eundem Barz. Nõ est opus igitur denunciatione ei, qui certus est. c. eũ qui certus. de reg. iur. lib. 6. Neq. dicatur denunciationẽ requiri, vt denunciatus quid faciat, idest defendat. Franc. decis. 523. num. 6. nam iuramentum interpositum videtur venditorem interpellare ad faciendum. §. licet si de feudo defuncti. Fachin. lib. 2. Controu. iur. cap. 35. Formula autem consueta iura-
6 menti solet esse hæc † videlicet, Iurantes prædicta esse vera &c. & attendere, & obseruare &c. quæ continet assertorium, & promissorium iuramen-
7 tum. Qui igitur generaliter † promittit omnia, & singula prædicta seruare perinde debet teneri, ac si singulis præcedentibus obligationibus specialis iuramenti vinculum adiecisset, neq. enim hoc casu forma quædam iuramenti requiritur. Giurb. decis. 45. num. 8. de claus. Iurantes &c. Quod †
8 si emptor denunciauerit litem motã venditori, vt regulariter tenetur facere Mynsing. lib. Sing. obs. cent. 1. cap. 56. num. 4. Fachin. d. lib. 2. Contr. iur. cap. 34. & dixi cap. 56. nume. 8. & postea elapso longo tempore mo-
9 ueatur eadem † lis, crediderim nouã opus esse denunciatione, argumento eorum, quæ tradit Gall. conf. 81. nu. 22. quasi prioris denunciationis vis euanuerit. Vide quæ dixi cap. 33. De obreptione, & subreptione.

SVMMÆ.

1 *Retractus legibus municipalibus conceditur consanguineis.*
Retractus quid.
2 *Pacto redimendi durante quis praeferendus consanguineusne retrahens, an venditor, & num. seq.*
3 *Venditor praefertur consanguineo retrahenti, vbi durat pactum redimendi incontinenti adiectum, & num. 4.*
4 *Prorogatio nocet tantum prorogantibus.*

De Retractu. Cap. LXXII.

1 Legibus municipalibus † passim conceditur consanguineis retractus vt videlicet, possint rem à propinquo venditam sibi eodem pretio ha-
2 bere. Sed quæstio est, † si duret pactum

ctum concessum ad redimendum, vter præferatur consanguineusue iure retractus, an vero venditor allegans pactum redimendi. In hac quæstione sic placet distinguere. Aut pactum redimendi incontinenti est adiectum
3 venditioni, & præfertur † venditor, aut ex interuallo, & secus est, & ideo nec possunt contrahentes prorogare
4 pacti tempus, ea enim prorogatio † ipsis tantum nocet prorogantibus, non autem consanguineo, cui facta alienatione ius quæsitum fuit. In hanc sententiam discessit post longam disputationem, & plura vtrinq. allegata similia. Tiraq. de retract. Conuet. §. 1. gloss. 5. num. 1. cum seq. & gloss. 7. num. 23. & 37. Marisc. lib. 1. Var. Resol. cap. 5. num. fin. Mantic. de Tacit. & ambig. Conuent. lib. 4. tit. 32. num. 41. & seq. Stephan. Gratian. lib. 2. Discept. cap. 142. num. 33.

SVMMÆ.

1 Mora solet purgari.
2 Mora quid sit.
L. Mora, ff. De vsuris, l. omnis diffinitio, ff. de reg. iur. quomodo accipienda.
3 Deffinitio in iure periculosa.
Ciceronis locus.
Deffinitio qualis esse debeat.
4 Mora purgatio quid.
5 Mora purganda statim.
6 Moram purgat elapso tempore præfinito constituens se in carcere.
7 Ad carcerem rediens statim, moram purgat.
in Mora modici temporis non est damnum, vel saltem leue.
8 Mora breuis non est mora.
9 Morosus non dicitur, qui statim offert probationes.
10 a Iuramento absolutio nō concedenda post moram, nisi sit modica.
11 Emphyteuta celeri satisfactione purgat moram, etiam si sit ecclesia.
12 Locator purgat moram.
13 Vassallus purgat moram, qui non petijt inuestituram.
Dictio, Intra, Post, Proximus, quid significet.
14 Mora purgatur in casu l 1. C. de donat. quæ sub modo.
15 Maritus qui non præstitit vxori alimenta, nec medicos adhibuit ægrotæ, moram purgat.
16 Mora etiam in faciendo consistens purgatur.
16 Emphyteuta alienans sine consensu domini an purget moram.
18 Pœna committitur, vbi quid durat.
Feudum alienatum an statim possit recuperari.
19 in Mora purganda incontinenti, vel ex interuallo plurimum arbitrio iudicis relinquitur.
20 Mora non purgatur in multis casibus.
21 Mora non purgatur vbi contrahentes volunt post certum tempus dissolui contractum. Item vbi quis appellauit a sententia arbitrorum.
22 Pœnitentia est sera, vbi pœna fuit commissa.
23 Alienatū mancipium, licet redimatur, tamen erit locus pœnæ iam commissæ ob alienationem.
24 Depositarius vendens, & redimens an teneatur de interitu rei sine dolo.
L. 1. §. si rem depositam, ff. dep. declarata per Dec. & alios.
25 Mora non purgatur in facto momentaneo, sed in successiuis etiam in delictis.
26 Mora non purgatur in adquirendo lucro.
27 Debitor, qui scit rem breui tempore perituram, tenetur id denunciare creditori.
28 Denunciatio consumptionis successiua est facienda non momentanea.
29 Interpellatus non statim constituitur in mora.

De purgatione moræ. Cap. LXXIII.

1 Contracta mora † solet purgari. Qua de re Bart. & alij in l. & si post tres, ff. si quis caut. in l. si insulã. ff. de verb. oblig. Afflict. decis. 187. Menoch. de Arbitr. cas. 8. n. 6. Coras. li. 2. Miscell. cap. 6. Dec. cons. 452. Andr. Gaill. lib. 1. Pract. Obser. cap. 86. & li. 2. cap. 19. num. 11. Hond. cons. 34. nu. 87. & seq. lib. 2. Marisc. vberrime hac tota de re tractat, distinctis nonnullis speciebus lib. 2. Var. Resol. cap. 124.

2 Est autem mora † nil aliud, quam debiti soluendi, vel crediti recipiendi a iure improbata, & punita dilatio. Doct. in l. quod te, ff. si cert. pet. Coras. d. lib. 2. cap. 6. nu. 1. vbi modo prædicto ait moram posse diffiniri, & l. mora, ff. de vsuris aliter accipit, ac vulgo Interpretes, quamquam doctissimus Budæus hac in re assensum sustinet. Ego in Scholis sæpe docui, quo pacto accipi debeat l. omnis diffinitio, ff. de

3 reg. iur. iuxta quam intelligi † potest d. l. mora, quamquam dici potest periculosam esse omnem diffinitionem, siue descriptionem, iuxta Dialecticos, vt videre est apud M. Tullium de Oratore, cuius hæc sunt uerba. Alia est enim, cum iter doctos homines, de ijs ipsis rebus, quæ uersantur in artibus, disputatur, verborum diffinitio, vt cũ quæritur, quid sit ars, quid sit lex, quid si Ciuitas. In quibus hoc præcipit ratio, atq. doctrina, vt vis eius rei, quã diffinias, sic exprimatur, vt neq. absit quidquam, neque supersit. Neq. enim manca, aut redundans esse debet diffinitio, sed rei diffinitæ æqualis. Postea idem Cic. subiecit. Etenim diffinitio primũ reprehensõ verbo vno, aut addito, aut dempto sæpe extorquetur è manibus. Hæc nunc dicta sit obiter. Mora igitur purgatur, idest, culpa, ex

4 mora contracta sic eluitur, ut omnis eius pœna uitetur, l. si Stichum. 8. l. quoties. 14. ff. de nouat. In hac autẽ purgatione potissimum se ostendit uis

5 actus incontinenti secuti. Si enim, qui moram † contraxit, statim satisfaciat creditori, vel aliter impleat ea, quæ præstare tenebatur, purgatur mora. l. si ita quis. §. Seia, ff. de verb. oblig. vbi Doct. & in d. l. si insulam. num. 9. cap. potuit. De locat. Thes. decis. 77. n. 3. qui infert ad eũ, cui infrà octo dies

6 concessa fuit purgatio † moræ, cum die præstituta non constituisset se in carcere, & ad effugientem è carcere, †

7 quem, si modo redeat intrà modicum tempus, non ordinaria, sed leuiori pœna coercendum esse tradit Grill. de Relaxat. carcerat. §. nunc videndum. nu. 11. & dixi sup. ca. 34. De fuga. Neq. enim damnum est, vel saltẽ leue est in mora modici tẽporis, l. si debitori, ff. de iud. hancq. iustã interpretationẽ, ne riuulos consectemur, cum fontes videamus, probat I. C. in l. sed & si alia, ff. de const. pecun. l. diuus, ff. de restit. in integrũ, l. 1. §. itẽ si ita, ff. ad leg. Falcid. Io. Petr. Bimius cons. 116. nu.

8 21. lib. 2. Immo breuis mora nõ est † mora Morot. resp. 35. n. 29. Surd. cõs. 558. nu. 11. & seq. Alb. cons. 320. Neq.

9 dicitur † morosus qui probationẽ exceptionis offert incõtinẽti. Carol. Bardell. cons. 18. num. 17. Et licet absolu-

10 tio a † iuramento sit inutilis post contractam moram, tamen secus est, vbi modicum effluxit tempus. Cost. De re integr. Distinct. 93. numero. 12.

11 Quamobrem † emphyteuta, qui cessauit in solutione canonis, potest modico interposito tẽpore soluere, morãq. purgare, Gabr. cons. 75. num. 8. lib. 2. Maluas. cons. 101. Gratian. decis. Mar ch. 49. Caroc. decis. 9. etiam si sit emphyteuta ecclesiæ. Valasc. De iure emph. quæst. 5. num. 12. Gabr. cons. 66. num. 46. lib. 2. Put. decis. 66. nume. 3. part. 3. Vide M. Anton. resol. 61. li. primo. Magon. decis. Florẽt. 61. Cost.

De re integra. Distinct. 69. & D. Rata quæst. 6. & Distinct. 86. nume. 10.
12 De re integr. vbi ait locatorem † purgare moram incontinenti. Sed tunc requiritur solutio cum effectu. Gratian. Discept. Forens. 515. nu. 17. & 22. Sic etiam purgatur mora intrà breue tẽpus à vassallo, qui inuestiturã intrà
13 † annũ, & diẽ non petijt. Surd. decis. 342. n. 24. Men. cõs. 1133. quẽ vide cõs. 1274. n. 29. cũ seq. Thes. quęst. Forens. 23. li. 1. Et q intrà 30. dies tenetur soluere, post eos ẽt potest soluere statim. Ant. Gam. decis. 211. nu. 2. licet dictio intrà includat tantum sua extrema, & cætera excludat Steph. Gratian. libro secundo, Discept. Forens. cap. 301. vbi num. 19. & seq. agit de dictione, Post, & Proximus, illa infert consumptam dilationem, hæc temporis dẽsignat extremitatem. Laderch. cons. 209. num. 3. item Post, significat temporis interuallum pendens à futuro, & incerto, Men. cons. 413. num. 57.
14 Sic etiam purgatur mora † in casu, l. 1. C. de donat. quæ sub modo, ubi videlicet quis non præstat alimenta, Did. Couar. lib. 1. Var. Resol. cap. 14. numer. 16. Sed tunc tria requirit Bald. cons. 250. lib. 3. Sic intra breue tempus purgatur mora a marito qui
15 † alimenta vxori non præstitit, ægrotæque medicos non adhibuit. Alex. cons. 123. lib. 7. num. 5. Surd. de alit. tit. 4. q. 5. Immo vero etiam purgatur mora, quæ dicitur in faciendo consi-
16 stere, licet † ea non sit vera mora, veluti si emphyteuta alienet inscio domino, si enim statim rem alienatam re-
17 cuperet, † euitat pœnam commissi. Menoch. De Arbitr. cas. 7. Moror. resp. 93. num. 25. Ann. Robert. lib. 3. Rer. iud. cap. 8. saltem ex æquitate canonica. Valasc. consult. 82. num. 23. Andr. de Florent. in sua Apolog. num. 320. vt etiam dixi cap. 81. De possess. & vsucap. interrumpt. licet dubium sit apud Ias. in l. cum dubitabatur, numer. 134. C. de iure emphy. Alb. cons. 526. numero octauo, Maris. libr. 1. Var. Resol. cap. 5. vbi agit de alienatione facta simpliciter, sine pacto redimendi.
18 Solet enim lex † vt pœna committatur spectare, id quod durat, non quod sit momento. Quod multis similibus comprobatum videas apud Ann. Robert. d. cap. 8. & apud Thes. Quæst. Forens. 53. libro primo, numero tertio, vbi agit de feudo alienato statim recuperato. Intrigl. De Feud. cent. 1. quæst. 12. numer. 27. & cent. 2. art. 5. num. 326. Verum cum in hac pur-
19 gatione moræ, an videlicet † facta sit incontinenti, necne trahantur Doctores in diuersas sententias, existimantibus nonnullis eam non posse concedi post litem contestatam, alijs verò eius beneficium porrigentibus, vsq. ad sententiam Accurs. & alij in d. §. Scia. Afflict. vbi Cæs. Vrsill. decis. 174. Stephan. Forcat in suo tract. De mora part. 3. num. 13. Petr. Loriot. De mora. Menoch. cons. 1133. numer. 15. Caroc. d. decis. 9. numer. 13. ideo placet eorum sententia, qui rem totam arbitrio iudicis permittunt, glos. in c. potuit. De locat. Rip. in d. l. si insulam. num. 35. vbi Alciat. num. 15. & alij à Men. allegati d. cas. 7. & cons. 543. numer. 1. Magon. decis. Luc. 35. num. 1. Statuet igitur prudens iudex, considerata qualitate rei, temporis, & personarum, modicum tempus arbitrio suo diffiniendum, non debere adeo obesse in mora constituto, quin possit cum alterius nil, vel parũ intersit, contractam moram purgare. Gabr. cons. 69. num. 45. lib. 2. cons. 66. nu. 62. Surd. d. cons. 558. n. 15. Cost. d. distinct. 86. n. 10. Verum non est hoc perpetuum, nã sunt
20 multi casus, in quibus mora nõ pôt † purgari, de quibus latè citati Docto-

res

res exempli gratia non purgatur mo-
21 ra, vbi contrahentes † volunt dis-
solui cõtractum post certum tempus.
Put. d. decis. 66. part. 3. exsecutione
enim facta non purgatur mora, Ma-
risc. d. cap. 124. num. 18. & seq. Lapso
termino ad redimendum mora non
purgatur. Sol. ad Const. Sab. De Pact.
inter empt. gloss. vn. part. 1. num. 43.
In conditionibus nõ purgatur Surd.
cons. 157. num. 19. Vid. Andr. de
Florent. in d. Apol. num. 374. & nu.
844. Vid. Gratian. d. decis. 49. Mora
etiam non purgatur, nec pœnitentię
est locus, vbi quis appellauit a senten-
tia arbitrorum, neglecta pœna adie-
cta non obtemperanti illorum senten
tiæ, licet postea declarauerit se velle
illi stare. Quod multis similibus com-
probat, Ann. Robert. d. c. 8. Sera
22 enim est pœnitentia, vbi pœna est se-
mel commissa. Non absimili ratione,
si mancipium fuerit alienatum ea le-
ge, ne venderetur, adiecta pœna alie-
23 nationi, licet alienatum mancipium
statim redimatur, tamen semel com-
missa pœna debetur, iuxta tradita in
l. si duobus, §. vendidi, ff. de diuers.
24 temp. præscript. Sic depositarius rem
vendens, & postea redimens, tenetur
vbi res perierit sine dolo, quia semel
dolum fecit, l. si à me. ff. ad legem Fal-
cid. lib. 1. §. si rem deposita, ff. dep. De
quo. §. Dec. in l. quod te, ff. si cert.
pet. num. 11. vbi Rip. num. 6. Alciat.
num. 4. Bolog. num. 18. August. Mor-
la in præmiss. eiusdem tit. nume. 37.
Morot. d. resp. 93. vbi agit de re alie-
nata, vel sublocata contra pactum li-
cet statim purgata mora. In facto ita-
25 que momentaneo † non solet admit-
ti moræ purgatio, secus in successiuo,
Mariscot. d. c. 124. num 1. & seq. ac e-
tiam in delictis admittitur Menoch.
de recuper. rem. 9. num. 146. nec ad-
26 mittitur † quoad acquirendum, &
captandum lucrum. Stephan. Gra-
tian. lib. 2. Discept. Forens. c. 301. nu.
27 12. & 33. Addo † quoad moram, li-
cet eam non incurrerit debitor, tamẽ
si scit rem breui tempore esse petitu-
ram, idq. non significet creditori, reus
erit huius culpæ. Alb. cons. 182. nu.
28 31. vbi probat eam † consumptionẽ,
quæ tractum habet successiuum, neq.
momento temporis fit, esse denuncian
29 dam, & licet † interpellatio consti-
tuat aliquem in mora, tamen non sta-
tim id efficit, Menoch. de Arbitr. cas.
36.

SVMMÆ.

1 *Venditionibus solent adijci pacta reuen-
dendi.*
2 *Pactum reuendendi an impediat dominij
translationem. Tres in hac quæstione
recensentur opiniones. Sed distingue,
& num. 3.*
*Possessionis translatio quibuscunq. verbis
non censetur prohibita.*
3 *Dominij translatio verbis directis impe-
ditur.*
4 *Verba directa, & obliqua in pactis quæ.*
5 *Venditor virtute pacti de reuendendo a-
git personali contra emptorem, qui rẽ
in alios transtulit, non autem reali cõ
tra tertios. Excipe nonnullos casus.*
6 *Pacta de reuendendo consuli solet vendito
ri, ne possit res vendita alienari in ter-
tium, & quomodo.*
*Pacto resolutiua contractus, si adijciantur
statim.*
Pacta afficiunt tertios possess.
*Pactum, quando dicatur adiectum sta-
tim.*
*Hypotheca nexus impositus durante pa-
cto redimendus an soluatur facta redẽ
ptione.*
7 *Pactum redimendi, de quo cõuenit in ca-
pitulis an censeatur repetitũ in instru-
mento venditionis.*
*Contractus emptionis cum pacto redimẽ-
di inter immobilia censetur.*
*Emptor Sylua cum pacto reuendendi non
potest eam intempestiue cadere.*

De

De pacto reuendendi. Cap. LXXIV.

1 Venditionibus † solent passim apponi pacta reuendendi. Verum emptores quandoq. aut dolo agẽtes, aut quia post emptionem pecunia egent, alijs res emptas vendunt, nondum elapso tempore redimendi primo venditori concesso. Quæstio est igitur satis difficilis, & iuris valde ambi
2 gui. An † eiusmodi pactum impediat, quominus dominum transeat in emptorem. Crauet. cons. 201. nume. 1. & seq. Cæs. Vrsill. ad decis. Afflict. 163. Boer. decis. 182. Menoch. cons. 63. in princ. Morot. resp. 59. num. 10. Andr. Gaill. lib. 2. Obser. cap. 16. Mynsing. cent. 6. Obser. 70. Natt. cons. 531. nu. 2. Paul. de Montepic. cons. 76. in primo dubio, Franc. decis. 355. Tres opiniones recenset Andr. Fachin. libr. 2. Contr. ca. 15. qui in eam inclinat, quã sequitur Castr. in l. si à te. C. de pactis inter empt. & vend. vt nimirum possessionis translatio non censeatur quibuscunq. verbis inhibita. Ioseph. Sess. dec. Arag. 17. num. 13. & 21. dominij autem translatio inhibita censeatur,
3 † & dominium ad venditorem secuta redemptione reuertatur, ita vt possit rem venditam à tertio possessore vindicare, vbi pactum sit conceptum verbis directis, quibus nimirum venditio pro infecta habeatur, ac resoluta, cuiusmodi sunt illa, vt si debitor solueret pecuniam precij emptori, liceret ei recipere rem suam, l. si cum venderet, ff. de pignorat. act. secus si verbis obliquis. Hieronym. Gabr. cõs. 66. num. 5. lib. 1. Cagnol. in l. 2. C. de pactis inter empt. num. 133. Magon. decis. Florent. 105. num. 2. vbi alios recenset, licet decis. Luc. 80. nu. 2. sibi magis placere dicat opinionem contrariam, quæ fuit ipsius Castr. in d. l. si cum venderet, quam latè refellit Andr. de Florent. in sua Apolog. à nu. 509. vsq. ad num. 582. Sed communis videtur esse iam allata opinio distinguentium inter verbis directis conceptum pactum, & obliquis. Surd. latè
4 consil. 331. nu. 43. vbi ait ea esse † verba directa, quæ directio resoluunt contractum, vt pactum legis commissoriç videlicet, Res sit inempta, & similia, obliqua autem, vt Reuertatur res, vel restituatur. Quamobrem vbi verbis obliquis erit conceptum pactum, poterit venditor, volens rem venditam
5 redimere agere † personali actione cõtra primum emptorem, non autem poterit in rem actionem intendere aduersus tertios possessores. Quod tamen cessat in nonnullis casibus, de quibus iam citati Doctores, veluti si promittens reuẽdere nexui hypothecæ specialis rem ipsam subiecisset, tũc enim ageretur hypothecaria contra tertios possessores. Magon. decis. Luc. 80. num. 3. Vinc. Franc. decis. 355. nu. 5. immo & in subsidium agitur contra eos. Schol. ad Alex. cons. 10. maxime si fraudem subesse appareret, vt quia statim emptor properasset ad facienda venditionem, & secundus emptor non ignorasset pactum. Schol. ibidem in princ. neq. enim debet quis ex sua fraude commodum reportare. Nunc autem qui adsidue in foro versantur callidi pragmatici solẽt varijs
6 modis venditoribus cum pacto † redimendi consulere, eaque pacta adijciunt, quibus tertius possessor afficiatur iuxta Cæs. Vrsill. d. decis. 193. nu. 5. vbi tamen ex continenti adponantur, secus si ex interuallo d. decis. 17. Arag. nu. 16. vbi infert ad alia pacta, quæ resoluunt, si adijciantur incontinenti. Dicitur autem adiectum pactum redimendi incontinenti, quod fuit adiectum eadem die, vel sequenti. Arag. decis. 16. num. 6. & decis. 19. & licet facta reuenditione putet Caroc.

roc. decis. 117. non resolui hypothecæ nexum impositum per emptorem durante pacto redimendi, tamen aliud placuit Tiraq. de retract. conuent. §. 3. glo. vnica, nu. 10. Fachin. d. c. 15. Boer. decis. 181. nu. 8. Osasch. decis. 65.
7 nu. 2. Est tamen illud † obseruandum pactum redimendi, de quo conuenit in capitulis censeri repetitum in instrumento venditionis etiam cōfecto post ex interuallo, quia præsumitur per errorem omissum, ne temerè inducatur donatio. Surd. dec. 71. nu. 5. Non censetur autem hic contractus emptionis cum pacto reuendendi inter mobilia, sed inter immobilia. Ann. Rob. lib. 2. Rer. iud. c. 8. Neq. illud est omittendum facta venditione alicuius syluæ cum pacto redimendi, licet interim emptor sit dominus, tamen non posse eum intempestiuè syluam cædere, multò minus extirpare. vbi dominus statim est illam redempturus. Qua de re tractat D. Costa De rat. quæst. 78. Tiraq. De Retract. Conuent. §. 3. gloss. vn. nu. 23.

SVMMÆ.

1 *Testibus fidem multa abrogant.*
Testis seruus, & inimicus non probat.
2 *in Teste inhabilitas consideratur tempore testificationis.*
3 *Testi inhabilitas statim obijcienda, & quare.*
4 *Exceptiones aliæ statim cognoscendæ, aliæ reseruandæ.*
5 *Contra Testes exceptiones an sint statim probandæ, an reseruandæ post testimonia, & in quib. casibus.*
6 *Auth. si testis productus, C. de testibus sententia.*
7 *Testis inimicus statim repellitur à dicendo testimonio.*
Testis dicens se libertinum quomodo recipiatur.
8 *Inhabilitas statim potest probari in testibus.*
Iacobus Philippus Bellinzona I. C.

De exceptione contra testes statim probanda. Cap. LXV.

1 INFINITA obijci possunt † testi, quibus illi abrogetur fides, & præsertim inimicitia efficit, vt eidem non credatur, & fortuna seruilis, l. quoniam, auth. si testis productus, C. de testib. Est autem probanda inhabi-
2 litas in teste eo tempore, quo testificatur, Steph. Gratian. lib. 2. Forens. Discept. cap. 377. num. 6. videlicet illo tempore inhabilem fuisse. Et
3 præterea statim obijci debet testi inhabilitas, tum ne silentio videatur quis probasse tacitè fidem testis, tum ne calliditate quadam videatur in id tempus distulisse obiectionem inhabilitatis, quo cognouerit contra se facere productum testem. Menoch. de Arbitr. cas. 239. num. 3. Verum cum
4 exceptiones quandoq. sint statim † cognoscēdę, & impediāt litis ingressū, quandoq. in finem reijciantur, & reseruentur, vt dixi supra cap. 18. ideo
5 quæritur, An † iudex debeat statim admittere exceptiones contra testes, & earum probationes, vt illis arceantur testes producti à dictione testimonij, an verò eas reseruare debeat ad tempus publicationis. Hanc quæstionem expendunt Doct. in d. auth. si te-
6 stis productus, † vbi recensentur casus, in quibus statim admittuntur probationes contra testes. Aut igitur excipit quis testem esse seruum, & ille ait se liberum, ex natiuitate, & admittitur, quod sibi volunt illa verba, Impleatur testimonium ei⁹, præsumptio enim est pro teste Farinac. de testib. q. 62. num. 356. respuitur autem testimonium, si apparuerit esse seruum, si verò dixerit se libertinum, debet ostē-
7 dere † instrumentum manumissionis antequam examinetur. Aut obijcitur inimicitia ob causam criminalē, & pa-

& pariter statim potest id probari, idē dicendum de inimicitia capitali ob quamcunque aliam causam, Mascard. de probat. conclus. 594. num. 6. Aut ob causam pecuniariam intercedit cū teste inimicitia, & interrogetur testis, causa autem inimiciæ alio tempore expendatur, dicto nimirum testimonio, æstimabit enim tunc iudex, an sit testationi adhibenda fides, nec ne. In illo igitur casu, videlicet quando inimicitia capitalis obijcitur, non debet distingui an statim possit probari nec ne, nam huic distinctioni tunc est
8 locus, vbi alterius inhabilitatis † exceptio obijcitur testi. Farinac. d. quæst. 62. num. 357. & seq. nam incontinenti probata patit eundem effectum, testemq. repellit a dicendo testimonio, vt dixi cap. 11. num. 5. Qua in re plurimum relinquitur prudentis iudicis arbitrio. Menoch. de Arbitr. cas. 239. num. 12. Mascard. d. concl. 594. qui multa præ oculis habebit, vt superioribus mensibus egimus coram D. Iacobo Philippo Molo Bellinzona sapiētissimo I.C. & Collega nostro. Vid. Benint. decis. 7. Barz. decis. 88.

SVMMÆ.

1 *Testatores solent hæreditate priuare hæredes inferentes molestiam vxori vsufructuariæ.*

2 *Molestiam vsufructuariæ an dicantur inferre hæredes, qui illam in iudicio cōueniunt. Communis, & vera opinio affirmatiua num. 6.*

Distingue num. 12.

Pœna priuationis hæreditatis in casu molestiæ, an habeat locum in molestia facti tantum, an in molestia etiam iuris, & num. 3. & seq.

3 *Molestiam prohibens non censetur prohibere molestiam iuridicam.*

Voluntas testatoris præsumitur consentanea iuri.

Testator non potest efficere, quominus leges in suo testamento locum habeant. Declara num. 11.

4 *Pœnam non meretur, qui ex iusta causa præceptum spernit.*

5 *Molestiam prohibitus hæres inferre vsufructuariæ, potest ab ea exigere cautionem de vtendo fruendo &c. Vide num. 11. & 12.*

6 *Priuationis pœna potest imponi hæredi non obtemperanti voluntati testatoris.*

7 *Molestiam ille dicitur inferre tam in contractibus, quam in vltimis voluntatibus, qui aliquem siue iure, siue facto, siue agendo, siue excipiendo, siue in iudicio, siue extra vexat. Hæc opin. multo magis procedit ob verba ampla.*

8 *Voluntatem testatoris spernens iura pietatis dicitur violare.*

Emolumentum ab aliquo non debet consequi, qui eius voluntatem spernit.

9 *Molestiam si filius inferat vsufructuariæ, pater priuabitur hæreditate.*

11 *Priuatione hæreditatis excusatur quandoq. hæres molestiam inferens vsufructuariæ.*

Testator potest mandare hæredi, vt etiam a legitima molestia vsufructuariæ abstineat, & nu. 11.

10 *Priuatio hæreditatis nocet filijs in casu molestiæ.*

11 *Priuatio hæreditatis in casu molestiæ illatæ vsufructuariæ censetur inducta non tam fauore vsufructuariæ, quam substitutorum.*

12 *Publicum fauorem quæ respiciunt nō possunt tolli per testatorem.*

Molestiam inferre prohibitus potest via iuris inferre eam molestiam, quæ venit ex natura actus.

13 *ob Molestiam iniustam vsufructuariæ multo magis priuandi hæredes.*

Molestia licet non habeat effectum, tamen est locus priuationi.

14 *Molestiam inferentes an excusātur si statim eos pœniteat.*

Litigantes diu non excusandi, licet velint a lite desistere.
15 *Emphyteuta alienans, & statim recuperans an excusetur.*
16 *Priuatione hæreditatis secuta admittuntur substituti per fideicommissum.*
17 *Trebellianicam non detrahunt hæredes priuati hæreditate ob inobedientiam.*
18 *Clausula ex nunc &c. fingit aliquem retrò hæredem non fuisse.*
19 *Hæres quis semel fuit, nec pacto, nec lege desinit esse hæres.*
Excipitur casus, vbi non implet voluntatem testatoris. Fabri opinio.
20 *§. si quis autem non implens in auth. De hæred. & Falcid. exponitur.*
21 *Hæres grauatus ad aliquid faciendum nõ est interpellandus.*
Implementum an debeat esse successiuum.
Hæres quando tenetur adsumere cognomen testatoris.

De Testatore priuante hæredem, molestiam inferentem vsufructuariæ. Cap. LXXVI.

SAtis frequens est illa species testatoris priuantis hæredes vniuersa
1 hæreditate, vel eius parte, vbi molestiam intulerint vxori vsufructuariæ. Tunc igitur quæritur, An si hæredes
2 † in iuditio conueniant vsufructuariam, & via iuris aduersus eandem experiantur, debeant incidere in pœnam priuationis, late Caroc. decis. 36.

Et videbatur dicendum non incidere, sed tunc demum locum esse prædictæ pœnæ, vbi via facti molesti sint hæredes vsufructuariæ, etenim testator
3 prohibens † molestiam non censetur iuridicam molestiam prohibere, cum voluntas testatoris præsumatur consentanea dispositioni iuris, & id velle dicatur testator, quod ius mandat, nec possit efficere, quominus leges in suo testamento locũ habeant, l. hæredes mei, §. cum ita, vbi Rip. num. 74. ff. ad Trebell. Menoch. de præsumpt. lib. 4. Præsumpt. 78. nu. 33. & præs. 161. nu. 25. Hond. conf. 69. num. 59. volum. 2. Marisc. lib. 1. cap. 1. Var. Resol. nu. 26.
4 Et ideo qui ex iusta causa spernit † præceptum, pęnam non meretur, Bertaz. conf. 76. num. 12.

Confirmari id videbatur auctoritate Bald. in l. 1. C. de vsufructu, dum
5 censuit, hæredem prohibitum † molestiam inferre vsufructuariæ, posse ab ea cautionem exigere de vtendo, & fruendo &c. nam prohibitus molestare intelligitur de facto, non de iure. Andr. Gaill. Obs. 22. nu. 7. lib. 1. Surd. conf. 203. num. 43.

Verum contrariam amplector opinionem. Qua in re illud est imprimis ponendum, videlicet posse testa-
6 torem imponere pœnam † priuationis hæredi non obtemperanti voluntati suæ. Alex. conf. 52. vol. 2. Alb. consil. 57. num. 11. conf. 526. Hond. conf. 68. nume. 1. vol. 2. Surd. decis. 194. num. 11.

Hoc posito sequor eorum sententiam, qui putant hæredem priuandũ hæreditate, licet molestiam iustam inferat vsufructuariæ. Alb. conf. 167. num. 13. & conf. 172. num. 57. Menoch. de recuper. poss. rem. 1. num. 284. Surd. conf. 143. num. 27. & 28. & conf. 506. num. 12. & seq. vbi
7 multis relatis † auctoritatibus concludit tàm in contractibus, quam in vltimis voluntatibus eum dici molestiam inferre, qui aliquem siue iure, siue de facto, siue agendo, siue excipiẽdo, siue in iudicio, siue extra vexat, nã definit esse iusta petitio, quæ fit con-
8 tra testatoris voluntatem, & iura † pietatis violat, qui testatoris voluntatem spernit, Bertazzol. conf. 6. nu. 51. & non debet consequi ab aliquo emolumentum, qui eius voluntati non obtemperat. Surd. consil. 342. numer. 10. immo

immo si filius moueat litem contra
9 vsufructuariam † aliquam, eius pater priuatur, cum possit prohibere filio, ne molestiam inferat. Gall. cons. 93. num. 9. & 19. & multo magis prædicta procedunt, vbi adiecta sunt verba vniuersalia, Magon. decis. Flor. 20. nu. 8. Mascard. de probat. concl. 1242. num. 115. Felin. in cap. causam quæ de rescript. num. 25. & illa, quæ solent apponi, videlicet, Nec Directè, nec indirectè, nec Aliquo modo, nec ex aliqua causa. Surd. de alim. tit. 9. quæst. 26. num. 27. & 34. Maluas. cons. 12. nume. 20. & seq. Addo Steph. Gratian. lib. Disc. Forens. cap. 136. num. 51. & res prorsus careret dubitatione, vbi restator mandaret, vt nec ex causa legitima possit inferri molestia vsufructuariæ. Surd. d. cons. 143. nu. 27. & seq. & latè d. decis. 194. num. 12. Dec. cons. 613. num. 1. Caroc. decis. 36. 134. num. 20. Galgan. De condit. part. 2. cap. 5. q. 10. num. 10. vbi nu. 14. refert causas excusationis ab huiusmodi priuatione, nam in claris nō est, quod recurramus ad coniecturas, l. continuus. ff. de verb. oblig. Potest enim testator in suo testamento mandare, vt abstineat hæres etiam a legitima, & iuridica molestia. Alb. d. consil. 167. num. 13.

10 Huiusmodi autem priuatio † nocet etiam filijs. Alb. d. cons. 57. num. 18. Nec obstat, quod tradit Hond. cons. 72. num. 42. & seq. lib. 1. nam respōdetur aliud esse dicendum, vbi adest, & legis, & hominis prohibitio Roll. Vall. cons. 70. num. 70. lib. 3. & maxime vbi hæreditas applicatur certis personis, & præterea est videndū an filij sint expresse vocati nec ne, an ex persona patris succedāt, an ex persona propria. Hond. ibidem & censetur inducta priuatio non solum † in
11 gratiam vsufructuariæ, sed etiam substitutorum in casum molestiæ, & ideo ipsa vsufructuaria non potest hanc pœnam remittere. Surd. d. decis. 194. num. 35. & seq.

Non obstant contraria, quia potest nihilominus testator aliquem priuare sua hæreditate, vbi contraueniat voluntati suæ, etiam agendo via iuris, non obstantib. dictis regulis, Alb. d. cons. 167. num. 13. & quod tradit Bald. in d. l. 1. procedit in his, quæ
12 † respiciūt publicum commodum, & fauorem. Surd. d. cons. 143. nume. 28. Præterea respondetur contraria omnino cessare, vbi verba sunt vniuersalia, & prægnantia. Mascard. d. conclus. 1242. num. 115. Addo aliam responsionem. Aut quis molestatur in his, quæ veniunt ex natura actus, & potest sibi vindicare locum dictum. Bald. Surd. d. cons. 203. num. 43. aut in alijs, vt aliquid auferatur molestato contra voluntatē testatoris, & procedit opinio, quam supra firmaui. Mascar. d. n. 115. Polyd. Rip. li. sing. Obs. cap. 193. qui prædicta comprobat. Surd. loco citato De alim. & Gratian. d. cap. 136. num. 55. Adeas Laderch. cons. 114. Surd. decis. 109. Borgn. De Vsufr. nu. 148.

Hæc cum ita sit, multo magis dicē-
13 dum esset hæredes esse † priuandos, vbi litem iniustam mouissent contra vsufructuariam, & ideo Galgan. d. loco censet priuandum hæredem, etiam si molestia non habuerit effectum. Si enim ob iustam priuātur hęreditate, ergo multo magis si litem iniustam intendant aduersus illam.
14 Quod si incontinenti † eos pœniteret, aliud esset dicendum, & ideo respondet Alb. consil. 526. nume. 8. non mereri eos aliquam excusationem, qui diu litigarunt, licet postea vellent à lite discedere. Immo vero etiam si incontinenti desistāt hæredes à molestia, videtur dicendum eos esse priuandos, vel saltem dubia res est iuxta

P 2 ea,

ea, quæ tradit Iaſ. in l. cum dubitabatur, num. 134. C. de iure emphy. de
15 emphyteuta alienante † rem emphyteuticam, & ſtatim eam recuperante. Alb. d. conſil. 526. num. 8. Verum ego tunc excuſarem hæredes, vbi nullum damnũ illatum eſſet vſufructuariæ ob pœnitentiam ſtatim ſecutam quemadmodum etiam cenſeo excuſari emphyteutam ſtatim recuperata re emphyteutica. Menoch. de Arbitr. caſ. 7. & diui cap. 73. De purgatione more, & c. 81. De Poſſeſſione, & vſucap. interrumpenda. Cæterum vbi
16 hæredes priuantur ob ſpretam † voluntatem teſtatoris, debeat admitti vocati in caſum moleſtiæ per fideicõmiſſum, non autem ipſo iure, Clar. in §. teſtamentum quæſt. 69. latè Surd. de alim. quæſt. 25. tit. 9. nu. 81. Hond. conſ. 68. num. 32. lib. 2. Peregr. art. 11. de Fidei. nu. 128. & art. 5. num. 14. Nõ tamen detrahent hæredes inobedien
17 tes † Trebellianicam, vt latiſſime probat Surd. conſ. 342. maxime vbi adiecta fuit in priuatione clauſula il-
18 la, ex † nunc &c. Surd. ibidem num. 15. quæ videtur efficere, vt retrò fingantur non fuiſſe hæredes, qui hæreditatem adiuerunt. Coſt. de Retrotact. cap. 10. effect. 2. num. 6. Et quamquã
19 nec pacto, † nec ſtatuto, nec lege poſſe fieri, vt quis deſinat eſſe hæres, qui ſemel fuit hæres, probat Anton. Fab. contra commun. De err. Prag. Decad. 27. err. 1. & ſeq. tamen recenſet idem Fab. err. 2. d. decad. 27. caſum præcipuum ex conſt. Iuſtin. in § ſi quis autem non implens, in auth. De Hęred.
20 & † Falcid. vbi qui ſemel fuit hæres iure ciuili, ſi non impleat voluntatem teſtatoris, deſinit eſſe hæres, quam tamen conſtitutionem audet Faber appellare abſurdam, & ineptã. Nec non eſt propoſitum eius ſententiam confutare, quam tamen nefas eſſet probare aduerſus expreſſam Iuſtinianæam ſanctionem. Quidquid ſit igitur de opinione Fabri, ſi deſinit eſſe hæres, qui non implet voluntatem tacitam, ergo multo magis ſaltem hæreditate erit priuandus eidem reſeruato nudo hæredis nomine, qui contrauenit tam expreſsæ, & enixæ voluntati teſtatoris. Neque vero re-
21 quiritur † aliqua interpellatio hæredis grauati ad aliquid faciendum, cum ſufficiat tantum temporis lapsũ eſſe, intra quod potuerit grauatus implere commodè. Morot. reſp. 68. num. 6. & ſeq. vbi agit de eo, qui tenetur ſibi adſumere cognomen teſtatoris, quod etiam non ſufficit ſemel adſciri, cum in implemento grauaminis ſucceſſiui, continuum tempus requiratur. Caſſan. conſ. 62. num. 11. ſcripſi c. 43.

S V M M Æ.

1 *Mandatum ad occidendum præſumitur, vbi homicidium ſtatim ſequatur poſt collocutionem cum aliquo. Declara nu. ſeq.*

2 *In criminalibus perſpicuæ requiruntur probationes.*

3 *Mãdatum, vt ſequatur condemnatio, præſumitur non ex ſecutis incontinenti tãtum, ſed ex aliis ſimul iunctis.*

Aſſocians aliquem ſtatim poſt delictum, præſumitur præſtitiſſe opem delinquẽti.

Idem dicendum de receptante.

Contra Dominum alloquentem famulum ſecreto paulo ante delictum, præſumitur.

4 *Mandans homicidium non poteſt ſe excuſare quod ob aliam cauſam ſit ſecutum.*

Actus præſumitur ſequi in exſecutionẽ præcedentis tractatus.

L. 4. §. 4. vnde quæri, ff. de manu, in quibus procedat.

5 *Poſſeſſionis traditio cenſetur facta ob præcedentem contractum.*

Si-

Simulatus præsumitur contractus ob præcedentem tractatum.

6 *Delicto quando dicatur consensisse, qui potuit illud prohibere.*

De mandato homicidij præsumendo, Cap. LXXVII.

SI Titius statim à congressu, & collocutione cum Sempronio † quempiam interfecerit, creditur homicidium Sempronij mandatu perpetrasse, Bart. in l. si ventri. §. fin. ff. de priuil. cred. Alex. in l. si cum dotem, §. si mulier, ff. sol. matrim. Anch. & Imo. in cap. officium, de elect. Verum dura hæc videtur decisio, etenim in cri-
2 minibus probandis luce † meridiana clariores probationes requirimus, l. sciant cuncti, C. de probat. Potuerunt autem alia multa inter Sempronium, & Titium tractari. Quamobrē,
3 vt sequi possit condemnatio alia requiruntur, videlicet inimicitiæ capitales præcedentes, & similia. Dec. consil. 234. in fine. Ant. Gabr. de malef. cōcl. 2. nu. 48. & 55. Clar. in sua praxi crim. quæst. 89. in fine, vbi Baiard. numer. 27. Petr. Ant. Anguiss. consi. 16. lib. 1. Mascard. de probat. conclus. 419. nu. 4. Caroc. de excuss. quæst. 13. 10. quęst. princ. numer. 92. Vnde habemus incontinenti secutum delictum plurimum quidem prodesse ad probandū mandatum non tamen ex eo solo indicio posse sequi condemnationem, sed alijs demum concurrentibus. Vincent. Grill. consil. 166. numer. 24. Addo Farinac. quē postea reperi hac de re latè agentem cons. 102. & cons. 147. num. 7. lib. 2. Sic associans aliquē statim post delictum censetur opem præstitisse delinquenti, Mascard. de probat. conclus. 1144. nume. 12. Vide Farin. de associante quæst. 132. Aldou. cons. 23. nu. 24. & Laderch. cons. 196. nu. 4. vbi etiam agit de receptante aliquē incōtinenti, Farinac. quæst. 133. cap. 1. num. 28. & Menoch. de præs. lib. 5. præs. 27. numer. 16. vbi agit de domino alloquente famulum secretò paulò ante delictum. Si tamen probetur mandatum, homicidiumq. fuerit secutum, non poterit
4 Sempronius † mandans tueri se illa exceptione, quod ob aliam causam homicidium fuerit patratum, præsumitur enim actus secutus in exsecutionem præcedentis tractatus, l. 4. §. vnde quæri, ff. de manu. l. qui in aliena, §. is qui putabat, ff. de acq. hæred. maxime vbi incontinenti homicidium fuit patratum, licet idem sit, si interuallum temporis intercesserit, vt docet Mascard. de probat. concl. 619. num. 5. neq. enim præsumitur mutatio voluntatis, nisi de ea appareat, & reg. d. §. vnde quæri poterit, habet locum etiam actu secuto ex interuallo. Traditio quoq. possessio
5 nis etiam ex interuallo, censetur facta ob præcedentem contractū. Mascard. conclus. 1202. nu. 11. & 13. & ex præcedenti tractatu præsumitur contractus simulatus, iuxta distinctionem, Farinac. De simulat. quæst. 162. nu. 221. & scripsi suprà cap. 1. numer. fin.
6 Præsumitur † etiam consensisse delicto, qui potuit illud prohibere, maxime vbi actus non fuit momentaneus, sed successiuus, Menoch. d. præs. 27. num. 12.

SVMMÆ.

1 *Mandantes, & mandatarij delicto non patrato an puniendi.*

2 *Affectus non punitur, nisi secuto effectu.*

3 *Mandatarij quandoq. pœna ordinaria affecti non secuto homicidio. Senatus sententia.*

Vitia suos habent progressus.

4 *Mandans delictum an puniatur, si eum pœniteat ante illud patratum.*

5 Man-

5 *Mandatarij an dicantur principales, & nu. seq.*
6 *Impunitatis litteræ.*
Iacobus Regius I. C.
7 *Mandasne, an mandatarius magis delinquat, & num. 8.*
8 *Mandantes & mandatarij dicuntur principales diuersis respectibus.*
L. Non ideo minus. C. de accus. lectio.

De mandante, & mandatore.
Cap. LXXVIII.

APVD subsellia Iudicum rerum capitalium sæpe examinatur il-
1 la quæstio. An mandantes delictum, & mandatarij, effectu non secuto, puniri debeant, necne. Et distinguitur inter actum proximum, & remotum ad quem deuenerit mandatarius, licet videatur inualuisse consuetudo in vniuersa Italia, vt non puniatur cona-
2 tus † siue affectus. non secuto effectu, vt latissime tractat doctissimus Caballus De omni genere homicidij num. 505. & pluribus seq. & nu. 504. refert,
3 † Mediolani affectos fuisse duos pœna ordinaria, licet delictum non perpetrauerint, cum Romæ mandatum susceperint, & in eodẽ malo animo obstinatè perseuerantes Mediolanum se contulerint maleficiumq. patrare tentauerint. Vid. Farin. quæst. 124. Et ipse memoria teneo, cum Mediolani essem, viginti ferè abhinc annis, duos pariter sicarios laqueo fracta gula vitam finiuisse, ita iubente Excellentissimo Senatu, re sæpe in eo ordine examinata, cum illi nefarij homines Roma vsq. Mediolanum venissent animo incertum quendam interficiendi, neq. ad aliquem actum deuenissent. Nimis diu enim perseuerauerant in mala mente, in malo animo, neq. credendum nõ fuisse illos sceleſtissimos, aliaq. patrasse delicta. Non statim quis fit turpissimus, vt ait ille. Vitia suos habent progressus, & vt studijs, & virtutib. ita & vitijs sua est infãtia, adolescentia iuuentus, & maturitas. & die 27. Iunij 1618. fuerunt duo mãdatarij per Senatum in pœnam furcarum condemnati iuxta. §. Mandantes De pœnis in No. Const. licet mandatum suscepissent in territorio Veneto, neque delictum hic, vbi erat committendum, patrassent, sed neque deuenissent ad actum proximum, sed tantum tentassent recognoscere eum, quem occidendum susceperant. Alia similia exempla Senatus fuerunt tũc relata.
4 Sed quæritur quid † si mandantẽ pœniteret, an erit locus pœnæ, quæ sequi solet mandantes. Et vbi res adhuc sit integra traditum est, non esse locum pœnæ ordinariæ, sed extra ordinem mandatorem esse puniendum, quemadmodum etiam extra ordinariæ pœnæ esset subijciendus mandatarius, quem pœnituisset re adhuc integra, Caball. d. tract. nu. 510. & 514. Quod putat procedere d. Costa De re integra. Distinct. 23. in fine, si tria interueniant, videlicet si agatur de atrocioribus, si ad actum proximum ventum non sit, &, si per aliquod tempus durauerit mandatum, etenim si incontinẽti illud reuocauerit, impunè feret mãdans, licet iam videatur deliquisse mandando, nam pro infecto haberi debet, quod statim fuit reuocatum. Cæterum circa mandatarios dubita-
5 tum fuit superioribus annis, an dicerentur † principales. Cum enim
6 (vt fieri solet in delictis occultis, & atrocibus) concessæ fuissent † litteræ, quas appellant impunitatis, promulgatum nimirum edictum Principis, quo delictum detegentes eximerentur à pœna, cum hac exceptione, modo indicantes delictum, non essent ex principalibus. Constituerunt se in carcere mandatarij, qui delictum admiserant, vt fruerẽtur bene-

ficio

ficio illarum litterarum. At dederunt pœnas sceleris, & temeritatis. Prætor enim Blandrati, vbi cædes fuerat patrata, Iacobus Regius Todeschinus I. C. Bartholomæi filius, quo cum summa mihi intercessit necessitudo, censuit eos indignos huiusmodi beneficio, & verbis litterarum, exclusos. Li-
7 cet enim dubitetur, an † mandans magis delinquat, an mandatarius. Menoch. de Arbitr. cas. 353. n. 4. & 7. Boss. tit. de pœnis num. 15. dicaturq. mandans magis delinquere, vt in illis locis dicitur. Caball. de omni genere homicid. num. 506. tamen satis esse debet etiam mandatarios dici principales, & eodem modo puniri, quo mādantes nō solum iure communi, sed etiam Nou. Const. Med. in §. mandantes De pœnis. Imò vero magis videntur delinquere mandatarij, cum agant, Men. d. cas. 353. num. 7. & ideo Boss. De mand. ad homicid. numer. 1. mandatarium appellat principalem, & tit. De delict. num. 48. & 52. constitui differentiam inter mandantem, & principalem, siue mandatarium, & Bald. in l. data opera, C. de his, qui accus. poss. nu. 52. ait mandantem esse potius accessorium, & mādatarium principalem, & idipsum enunciat verbis claris l. non ideo minus, C. de accusat. facta hoc pacto interpunctione, Præter principalē reū, mandatorem quoq; &c. Bart. in l. sed si vnius, §. si seruus. ff. de iniur. & ipse puto tam mandantem, quam mandatarium posse accessorios, & principales diuersis respectibus appellari, nam inspecta primordiali causa mandans dicitur principalis, respectu autem ipsius actus homicidij mandatarius est principalis. Quamobrem merito Sen. Excellentissimus, Prætoris sententiam secutus, iussit mandatarios furca suspendi. Et sane ipse crediderim huiusmodi sicarios magis delinquere, cum nulla lacessiti iniuria sępenumero etiam ignotos homines, ac amicos obtruncare consueuerint. Quis igitur ferret tam scelestos hoīes, qtorū manus adspersas, & cruētas sctmus humano sanguine impure abire? Magnam quidem merentur pœnam mandantes. At mandatarij, qui non horruerunt Ciuium, & Christianorum sanguine manus commaculare, quos facinoris atrocitas ab homicidio deterrere non potuit, quin proprijs manibus illud admitterent, ij vero omnes pœnas videntur commeriti. Tacitus lib. 13. Ann. ait puniendos rerum atrocium ministros, vbi pretia scelerum adepti, scelera ipsa alijs delegant. Licet hoc illius præclarum dictum aliò videatur spectare.

SVMMÆ.

1 *Iudex recusatur ob infinitas causas.*
2 *Recusari debet iudex ante litis contestationem.*
3 *Arbitri statim eligendi, vel dandus adiunctus facta recusatione iudicis.*
4 *Recusationis exceptio princeps dilatoriarum.*
Non recusans censetur consentire in iudicem.
5 *Recusari potest iudex post litem contestatam, vbi causa superuenit, vel eo tempore fuit ignota, quo facta est litis contestatio.*

De Recusatione iudicis. Cap. LXXIX.

1 RECVSANDI iudicem † causæ infinitæ sunt, de quibus Stephan. Aufr. De recus. & Laurent. De iud. suspecto. Debet autem allegari statim iudex suspect⁹, & recusari idest
2 antequam lis † cōtestata fuerit. Doct. in cap. inter monasterium. De re iud. Rebuff. de recusat. art. 1. gloss. 2. Andr. Gaill. li. 1. Obs. 33. num. 11. Stephan.

phan. Gratian. lib.1. Discept.Forens. c.100.num.30. Item eligendi sunt sta-
3 tim † arbitri, idest, intra tres dies. Pract. Pap. in form. libell.

Declin. alic. iud. in verb. Iudicem suspectum num. 5. M. Anton. resol. 84. lib.1.num.3. Gall.cons.73.nu.fin. vel petendus adiunctus. Osasc. decis. 84.num. 8.

4 Ratio prædictorum † est, quia omnium exceptionum dilatoriarum hæc exceptio recusationis videtur princeps, & si non obijciatur, videtur præstitus consensus in iudicem, l. sed & si susceperit, ff.de iud. Couar.lib. Pract. Quæst. cap. 26. num. 2.

Hoc tamen temperandum, vt non
5 procedat quotiescunq. † recusationis causa, siue exceptio superuenisset post litem contestatam. Laurent. De iud. suspect. cap. 14.num.17.& seq. vbi ait id probari iuramento recusantis, videlicet causã superuenisse. Idem vbi aderat causa tempore litis contestatę, sed ignota erat recusanti, nisi tamen illi adscribi possi negligentiæ nota, quod videlicet non inuestigauerit causam suspicionis. Couar. & Laurent. locis citatis.

SVMMÆ.

1 *Iudex procedens ad vlteriora censetur exceptiones reijcere. Declara numero seq.*

2 *Iudex procedens ad vlteriora nõ censetur reijcere exceptionem ipsius personam respicientem.*

Vide num. seq.

Incompetentiæ exceptio an censeatur reiecta per processum ab vlteriora.

3 *Appellatio datur ab interlocutoria super competentia, vel incompetentia. Et Quid vbi tacite declarauit iudex se competentem procedendo ad vlteriora.*

Opinio auctoris.

4 *Grauamen idem affert tacita pronunciatio per processum ad vlteriora, quod expressa.*

A iudice recusato procedente ad vlteriora, an appellandum.

Pronunciatio expressa competentiæ non requiritur, vt appellari possit, sed sufficit tacita.

5 *Procedens ad vlteriora Iudex censetur reiecisse exceptionem incompetentiæ, vbi non incontinenti processit, sed ex interuallo.*

De iudice procedente ad vlteriora. Cap. LXXX.

1 Iudex si procedat † ad vlteriora, cẽsetur exceptiones oppositas reijcere, Doct. in cap. ex parte de appellat. Felin. in cap. suborta. de sẽt. & re iud. Gab.De except.concl.1.Seraph. Oliu. Card. decis.383.num.8. decis. 227.nu. 3. Quod tamen non procedit, vbi ex-
2 ceptio respicit † personam ipsius iudicis, puta si allegetur eum esse incompetentem; neq. enim tunc censetur reiecta ipso iure exceptio declinatoria, iuxta congestos per Graff. De except. cap. 18. in fine. Quamobrem licet ab
3 interlocutoria † super cõpetentia, vel incompetentia detur appellatio. Andr.Gaill. lib.primo. Obs.cap.130. nu. 9.Guid.Pap.decis.10.& 75.nu.2.Mynsing.cent.3.Obs. 35. Gam. decis. 159. Menoch. De adipisc.possess.rem.4.nu. 822. Rugin. De appellat. §. 2. cap. 3. nu. 186. Roland. Vall.cons. 33. num. 1. vol. 4. Becc. consil. 31. num. 3. vol. 1. licet inquam hoc casu detur appellatio, tamen secus est, vbi iudex processit ad vlteriora, neq. enim ita dicitur esse interlocutus, vt debeat appellari, expressa enim requiritur declaratio. Verũ ego contrariam sẽper fui
4 amplexus † sententiam, cum idem afferat grauamẽ tacita pronunciatio per processũ ad vlteriora, quod expressa,

cen-

cēseaturq. reiecta exceptio eodē modo. Bart. in l. à procedente, C. de dilat. Pract. Pap. in forma libelli Declin. iud. in verb. Nec fuisse. num. 5. Anguis. cons. 156. num. 9. Paris. cons. 98. num. 13. vol. 3. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 58. num. 40. Rugin. d. c. 3. num. 187. Becc. d. cons. 31. num. 6. volum. 1. Felin. in d. cap. suborta num. 6. in fine. Seraph. Oliu. decis. 35. Steph. Gratian. lib. 1. Discept. Forens. cap. 76. num. 17. & Osasc. decis. 84. num. 10. vbi appellandum esse ait ex sententia Innocentij a iudice recusato procedente ad vlteriora, licet Bart. & alij putent nō esse opus appellatione, vide Rebuff. De recusat. art. 5. gloss. vn. Cęuall. in tract. commu. contra commu. quæst. 680. Lancell. De attent. post recusationem numer. 48. & seq. Quod si sequeremur eorum opinionem, qui expressam requirunt pronunciationē, tunc dicendum esset de nullitate processus. Schol. ad Bart. in d. l. à procedente. Asin. in sua praxi §. 13. cap. 8. num. 2. Vant. de nullit. tit. Quib. mod. sent. nullit. rep. num. 8. Prædicta tamen multis modis declarant Felin. Gabr. & alij in dictis locis præcipuè autem temperanda

5 †est opinio, quam dixi verlorem magis communem, & tutiorem, nimitū esse appellandum, vt procedat, vbi iudex non statim processit ad vlteriora, sed interiecto eo temporis interuallo, quo potuit de exceptione cognoscere. Eam enim tunc censetur reiecisse, vt locus fiat appellationi. Felin. in d. cap. suborta num. 4. vers. Limita tamen. Gabr. d. concl. 1. num. 16. & 18.

SVMMÆ.

1 *Captiuitate amittitur possessio, & vsucapio.*

Vsucapio non contingit sine possessione.

2 *Vsucapionis diffinitio.*

Vsucaptum eatenus quatenus possessum.

3 *Possessio amissa captiuitate, non recuperatur iure postliminij.*

4 *Possessoria remedia non dantur reuersis ab hostibus iure postliminij.*

5 *Momentaria captiuitate an interrumpatur vsucapio, & num. 13. vbi dicitur interrumpi, nec integrari, Distingue num. 14.*

6 *Possessionem vi ereptā qui statim recuperat in pristinam causam dicitur reuerti, & num. 13.*

7 *Momentanea acquisitio non est spectanda.*

Fluminis momentanea occupatio non aufert possessionem.

Soluisse non dicitur statim repetens.

Venisse non dicitur qui non stetit, & numer. 12.

Abesse non dicitur, qui statim est rediturus, & num. 12.

Quæ reg. non procedit in restitutione in integrum.

8 *Diuertisse non dicitur, quæ statim rediit. Friusculum, siue Fribusculum, siue Frigusculum.*

9 *In vsucapione an semper requiratur bona fides, & num. 13.*

10 *Alienare prohibitus extra familiam, an possit ita alienare, vt reddatur res alienata statim familiæ, & num. 13. vers. Quintum.*

11 *Alienans res ecclesiæ an celeri recuperatione euitet excommunicationem, & num. 13.*

12 *Emphyteuta alienans inscio domino, an euitet pœnam statim facta redemptione, & num. 13.*

Delegari possūt causa meri imperij ab eo, qui est statim abfuturus nec extinguitur delegatio, vbi delegans est iterum illico discessurus.

13 *Momento expeditur actus extinctio.*

Possessio statim captiuitate extinguitur, nec extincta reuiuiscit.

14 *In Momentaneis non habet locum, quod dicitur de incontinenti secutis.*

• *Factum non sufficit, nisi duret. Declara.*

15 Hostium in potestate quis dicatur.
Lis inter Veronenses, & Mantuanos.
16 ab Hostibus recuperata prioribus dominis reddenda.
Momentanea captiuitate extingui possessionem quæ nequit integrari.

De possessione, & vsucapione interrumpenda. Cap. LXXXI.

1 CVm amittatur † captiuitate possessio; l. cum hæredes. 23. §. 1. ff. de acq. possess. l. si is qui pro emptore. 15. ff. de vsucap. sequitur eodem modo vsucapionem cœptam interrũpi, neque enim sine possessione contingit vsucapio, l. sine 25. ff. de vsu-
2 cap. & ideo in diffinitione † vsucapionis, possessionis continuatio exprimitur tanquam necessaria, l. 3. ff. eod. passimq. illud vsurpatur dictum, nimirum eatenus vsucaptum, quatenus fuit possessũ, l. 1. §. si quis vbi gloss. & Bart. ff. de itin. actuq. priuato. Et adeo interrumpitur captiuitate vsucapio, possessioq. amittitur, vt nec iure
3 postliminij † recuperetur d. l. si is qui pro emptore, vbi latiss. Doct. cuius rei ratio illa redditur in l. denique, ff. ex quibus causis maiores in l. in bello. §. facti. ff. de capt. & postl. reuersis, nã postliminium non pertinet ad ea, quæ sunt facti. Doct. in d. l. si is qui pro emptore, rationem hanc expendunt, declarant, & alias insuper addũt, & præcipuè Bart. Ias. num. 95. Alciat. num. 12. Bolog. num. 95. Aquil. num. 30. Ideo cessabunt remedia †
4 possessoria. Men. de recup. possess. rem. 13. num. 82.

Quæstio est, si captus incontinenti
5 è manibus hostiũ se ad suos recipiat, an momentaria captiuitate interrumpatur vsucapio.

Hanc quæstionem examinat Crot. in d. l. si is qui pro emptore. numero 7.

Et videbatur dicendum eam non interrumpi multis rationibus, de quibus ibidem Crot. quas referre visũ est, cum singulæ ad hanc vniuersam tractationem pertineant, fructumq. non modicum contineant.

Primo adiuuat hanc opinionem,
6 nam qui vi ereptam possessionem † illico vi recuperat in pristinam causam reuerti potius, quam vi possidere intelligendus est, l. qui possessionem. 17. ff. de vi, & vi armata, Menoch. De recuper. possess. rem. 13. num. 86. Dixi cap. 6. num. 1.

Licet desinat quis possidere locum, quem flumen, aut mare occupauit, l. 3. §. Labeo, ff. de acq. possess. tamen secus in occupatione momentanea, puta tridui. Schol. ad Alex. consil. 71. num. 7. lib. 3. Gratian. Discept. For. 403. num. 31.

7 Secundo acquisitio, quæ † temporis momento durat non est spectanda, l. fin. §. fin. C. de bonis quæ lib. momentanea enim acquisitio filij fam. non prodest patri in acquirendo vsufructu, Sebast. Medic. De reg. iur. reg. 5. num. 130. Qua de re late Surd. d. cons. 116. num. 63. & seq. Franc. decis. 14. nu. 26. Magon. decis. Luc. 53. num. 28. vbi ait momentaneum dominium non infringere regulam mendicantiũ. Vide cap. 83. nu. 7. Quemadmodũ etiam non dicitur soluisse, qui ita soluit, vt statim repeteret. l. qui sic. ff. de solut. nec dicitur venisse, qui nõ stetit. Surd. cons. 179. num. 51. & multis cõprobat consil. 116 num. 62. nec dicitur abesse, qui statim est rediturus. Surd. de alim. tit. 1. q. 32. num. 28. quæ tamen regula non procedit in restitutione in integrum concedenda. Odd. q. 30. de rest. num. 40.

8 Tertio facit l. pleriq. ff. de ritu nupt. l. diuortium non est. † ff. de diuort. mulier non dicitur diuertisse, quæ statim rediit. Friuusculum, siue Fri-

Fribusculum, siue Frigusculū hoc appellatur, vt dixi capite 8.

Quarto cōprobatur simili. Etenim iure ciuili satis est ad vsucapionem in-
9 ducendam tempore † traditionis adesse bonam fidem, licet enim superueniat mala, ex scientia rei alienæ, non tamen minus complebitur vsucapio. l. penul. ff. Pro soluto, l. 2. in princ. ff. Pro empt. l. vnica, C. de vsucap. transf. §. diutina. in Inst. De vsucap. l. cum hæres. ff. de diuersis temp. præscript. atqui iure pontificio omni tempore debet bona fides interuenire, cap. vlt. vbi Doct. de præscript. cap. possessor. de reg. iur. lib. 6. Duar. De vsucap. cap. 2. in fine. Quod si superueniat quidem mala fides, sed duret temporis momento, nō interrumpet vsucapionem. Ludou. Rom. in l. naturaliter. ff. de vsucap. Gratian. Discept. Forens. 403. nu. 28. idem dicendum videtur in captiuitate, quæ fuit momentanea.

10 Quinto tradit † Ang. in l. voluntas, C. de fideicommissis, prohibitum alienare extra familiam, posse ita alienare, vt statim reddatur res alienata familiæ. Tiraq. in l. si vnquam, C. de reuoc. donat. in verb. Susceperit liberos, num. 171. Ann. Rob. lib. 3. Rer. iud. cap. Octauo.

11 Sexto † alienans res ecclesiæ cuitat pœnam excommunicationis celeri facta recuperatione, cap. si quis presbyterorum de rebus ecclesf. alien. vel non. Quamobrem scribit Ang. & Rom. in l. sequitur. §. item Labeo. De vsucap. emphyteutam, qui rem in-
12 scio † domino alienauit, excusari ne incidat in commissum, si statim rem alienatam redemerit, cum alioquin non possit eam redimere, vbi sit quæsitum ius domino. Clar. in §. emphyteusis. quæst. 13. & in §. feudū. quæst. 31. sed si recuperat incontinenti excusatur, Menoch. cas. 7. num. 2. De Arbitr. Morot. resp. 93. num. 25. Thes. Quæst. Forens. 53. libro primo. Vid. Borell. in su. Decis. 33. nu. 70. & 78.

Alijs etiam similibus argumentis posset hæc opinio firmari, quæ peti possunt ex vniuersa hac tractatione. Vix enim est, vt dicatur factū, quod momento temporis durauit, & ideo absens non dicitur, qui statim rediit, nec dicitur ille venisse, qui incontinenti abiit. Et licet non possit magistratus mandare causas meri imperij, nisi proficiscatur, l. 1. ff. de offic. eius, tamen, vbi est statim absuturus pariter mandare poterit, & vbi reuersus, incontinenti est discessurus pro absente habebitur, vt valeat delegatio, vt dixi in d. l. 1. vbi Dec. num. 67. & 79. Massin. nu. 306. & 307. alia similia congessit in vnū, Tiraq. in d. verb. Susceperit liberos. num. 167. cum seq. nam statim mortuus non dicitur natus, & statim ad vitā reuocatus, vt Lazarus, non censetur mortuus, gloss. in l. 4. ff. de legib. & non censetur relictum animo compensandi, quod statim est restituendum, nec habetur ratio dotis, quæ non est per mansura apud filiam, nec habetur in consideratione pretium, quod momento durauit, & in summa alia multa similia potes petere a Tiraq. dicto loco. Royz. decis. Lituan. 3. nu. 66. & seq.

13 Pro contraria opinione † illud facit, nam agitur hic de re extinguenda, atqui vbi tractatur de extinctione actus, momento id expeditur, & temporis puncto. arg. l. vxoris abortu. C. de post. hæred. inst. Vide cap. 43. De posthumo præterito.

Deinde possessio amittitur statim, ac captus quis fuit ab hostibus, d. l. cū hæredes, §. 1. semel autem extinctum non potest amplius reuiuiscere. l. qui res, §. areā, D. de solut. l. Pomponius, §. quæsitum, ff. de acquir. possess.

Non obest primum, quia id proce-

dit in eo, qui nunquam desijt habere animum possidendi, sed in ipso congressu illico rem recuperauit.

Secundum tollitur, quia illa acquisitio, & solutio nullius est vtilitatis.

Non obstat tertium, quia cum de re parua subita ira inter coniuges exarserit non dicitur diuortium, si statim redierit vxor, neq. enim credendum adfuisse animum diuertendi.

Quartum dilui potest, negando opinionem, & auctoritatem Rom. nam satis est superuenire scientiam rei alienæ ad vsucapionem interrumpendā. Si igitur quis aliquo tempore fuerit sibi conscius, rem esse alienam, non procedit usucapio, præcisa enim sunt uerba Summi Pontificis. Nulla temporis parte rei habeat conscientiam alienæ.

Quintum etiam nō obest, cum nullum damnum offeratur familiæ ex huiusmodi alienatione, iuxta tradita ab Honded. cons. 58. num. 15. & 98. lib. 1. Sed erunt in eo casu perpendenda verba prohibitionis. Vide Surd. decis. 242. num. 3. Sic etiam tollitur quintum cum excommunicatio non imponatur, nisi alienantibus, & qui celeriter reuocat non censetur alienasse, si nullum damnum sentiat ecclesia, gloss. in d. c. si quis, in verbo celeri. Dubium est, quod de emphyteuta dicitur, nam statim facta alienatione ius fuit domino quæsitum, quo non debet priuari. Verum ex æquitate posset subueniri huic alienanti, si statim sit facta redemptio, vt etiam dixi cap. 73. De purgatione moræ. Morot. resp. 93. num. 26. & in vniuersum respondetur omnibus contrarijs hic agi de extinguēda re, atqui extinctio momento temporis contingit, & in
14 reb. † momentaneis non habet locū, quod dicitur de incontinenti factis, vt censeantur inesse actui. Tiraq. de retract. conuent. gloss. 5. num. 23. & quod dicitur non sufficere aliquid esse factum, nisi duret, habet quamplurimas limitationes, & declarationes. Tiraq. in dictis verbis. Susceperit liberos, num. 201. Surd. cons. 501. nu. 12. & præsertim, quando actus momentaneus iam produxit effectum. Vide Ann. Rob. d. cap. 8.

Ego in hac quæstione ita distinguerem. Aut captus effugit manus hostium antequam esset in eorum præsidia adductus, aut postea, primo casu non dicitur interrupta vsucapio, altero secus. l. postliminij. 5. ff. de capt. & post. reu. neq. enim dici potest quis in potestate hostium, nisi (quod de rebus fuit traditum) apud hostes †
15 pernoctauerit, vel in eorum præsidia sit adductus. l. postliminium. ff. eod. l. 4. & l. 5. ff. de furtis. Ang. in l. ab hostibus, C. de captiuis. Coras. in l. 1. ff. de acq. possess. num. 8. Rip. nu. 5. Socin. num. 63. Ias. num. 11. Bolog. num. 49. qui examinant quæstionem, quæ olim fuit disceptata, cum inter Veronenses, & Mantuanos bellum arderet, in qua ego in eorum opinionem discessi, qui existimarunt re-
16 cuperata † ab hostibus prioribus dominis indistinctè esse reddenda, etiā si in hostium fuerint redacta potestatem, l. ab hostib. l. si captiuus, §. 1. ff. eod. licet Caball. resol. 140. num. 8. putet non esse restituenda recuperata ex interuallo. Thes. lib. 2. Quæst. Forens. cap. 98. nu. 1. Prædictam opin. sequitur Menoch. dict. remed. 13. num. 83. videlicet momētanea captiuitate extingui possessionē quæ integrari nequit, & respondet contrarijs, ita vt nutare, vel conuelli videatur contraria male fundata opinio.

SVMMÆ.

1 *Maritus prohibetur Statutis relinquere vxori.*

Qua

Quæ sit huius prohibitionis ratio.
Legatum inter coniuges non impedit breuitas temporis matrimonij.
2 *An vigentibus huiusmodi statutis, censeatur etiam vxor prohibita viro relinquere. Quid in filijs.*
3 *Fraus fit huiusmodi statutis relinquendo personæ mediæ.*
Fraus præsumitur ex incontinenti factis.
Donatio quando fiat in fraudem alicui personæ mediæ.
An facta ante, vel post testamentum censeatur facta in testamento.
Prælati confessio successori non nocet.
4 *Donatio facta inter coniuges, quæ morte est confirmanda, an comprehendatur in statuto prohibente vxori relinqui in vltimis voluntatibus.*
Opinio communis, & auctoris.

De statuto vetante vxori relinqui. Cap. LXXXII.

PASSIM legibus municipalibus cauetur, ne maritus in vltima
1 † voluntate relinquat quidquam vxori, vel saltem facultas relinquendi, quam alioquin liberam haberet, constringitur, & quibusdam veluti limitibus concluditur, vt Parmę, Ticini, Alexandriæ, Regij, Mediolani, Carp. ad Stat. 295. lib. 1. Alb. cons. 88. & alibi. Iure enim communi relinquit vnus coniux alteri, ita, vt nec breuitas temporis, quo matrimonium durauit, impediat inter coniuges legatũ, l. non tantum, C. de legat. Roland. De Lucro dot. quæst. 49. nu. 10. Huius prohibitionis ratio peti potest à Bertazzol. cons. 25. nu. 1. & seq. vbi subijcit, vxorem etiam prohiberi marito legare, quod putant nonnulli, licet
2 nominatim non † prohibeatur vxor, ducto argumento à correlatiuis, quæ tamen sententia non est tuta, vt videre est apud Dec. in l. 1. C. de in ius vocando. num. 6. vbi Schol. Socin. iun. ad rub. ff. de adquir. possess. num. 115. Cror. nu. 31. Tiraq. de legibus cõnub. leg. 1. gloss. 1. num. 77. Gallia ad consuet. Alex. in verb. vxori, quæst. 14. vbi post longam disputationem tandem in eam venit sententiam, videlicet non censeri prohibitam vxorem marito relinquere, D. Flauius Torr. ad stat. Ticin. 90. licet cõtradicat D. Cost. consil. 13. vbi latè agit de hac re. Cæterum an filijs possit relinqui. Vid. Ann. Rob. lib. 2. Rer. iud. cap. 13. qui censet non posse, cum censeatur relictum contemplatione patris. Potest tamen relinqui, vbi momento durauit relictũ, Menoc. de rec. remed. 13. n. 92. Gall. ad Cõs. Alex. in verb. legare quæst. 12. n. 18. Huiusmodi statutis solet quãdoq. fraus fieri, q̃ multis solet ꝓbari præsũptionibus. Hond. cõs. 14. nu. 18. l. 1. Alciat. resp. 17. l. 2. Alex. cons. 54. lib. 7. Surd. cons. 250. nu. 20. Costa de Rat. quæst. 4. num. 12. Clar. in sua praxi crim. quæst. 79. vbi Baiard. & inter cæteras præsumptiones ea est, quæ huc pertinet, quando nimi
3 rum alicui quid † relinquitur, & relictum statim vxori redditur, nam tunc fraus præsumitur. Fœnut. De momento temporis, cap. 27. num. 4. Vide Farin. De pœnis temp. quæst. 89. Insp. 4. nu. 115. & seq. vbi ostendit ex celeritate, & vicinitate actum præsumi fraudem. Bertazzol. d. cons. 25. num. 5. Gall. ad d. consuet. in verb. legare, quæst. 1. num. 24. Sic etiam si quis prohibeatur certæ personæ donare, puta spurio, & donet personæ mediæ, quæ statim donet eandem rẽ ipsi prohibitæ, erit inualida donatio, secus si ex interuallo. Ale. cons. 54. vol. 7. nu. 1. & 17. vide Mysin. cent. 1. Obseru. 35. cum fraus ex vicinitate, & celeritate actuum præsumatur. Guid. Pap. de præsumpt. nu. 51. immò etiam quandoq. si ex interuallo media persona rem transtulerit in prohibitam

bitā fraus præſumitur. Alc. in l.poſt. ff. de donat. Imo ſi quid donetur ante, vel poſt teſtamentum ex continēti ab ægroto, qui deinde deceſſerit, cenſebitur ob vicinitatem actuum relictū in teſtamento, ideoq. non ſubſiſtet. Quā opinionem Gall. ad dictam conſuet. in verb. Legare. quæſt. 6. num. 52. & ſeq. non aliter probat, niſi concurrāt aliæ fraudis coniecturæ. Qua in re plurimum relinquitur arbitrio iudicis. Prælati etiam confeſſio licet alias valeret, tamē non nocet ſucceſſori, vbi ſtatim eſt mortuus. Menoch.
4 conſ. 38. num. 43. Cæterum vigente † huiuſmodi ſtatuto, donatio ſi fiat inter coniuges, non valebit, cum iure communi non valeat, morte autem non confirmabitur ob ſtatuti prohibitionem, alioquin facile fraus fieret ſtatuto, quod non debet admitti. Andr. Gail. Obſ. 40. lib. 2. nu. 6. Surd. d. cōſ. 250. num. 19. Vide Coſtam De re integra Diſtinct. 86. num. fin. Non me latet contrariam opinionem paſſim recipi, cum hæc ſit tertia ſpecies donationis, vt dixi annis ſuperioribus in l. poſt contractum, ff. de donat. vbi Io. Ann. num. 209. & 216. Torniol. conſ. 67. num. 30. Alex. conſ. 54. num. 7. lib. 7. Gall. ad conſuet. Alex. in verb. Legare quæſt. 6. num. 14. Verum ego nū quam potui probare opinionem communem, & mecum etiam ſentit D. Polyd. Rip. Obſer. 178. in fine. Coſt. De Retr. caſ. 25. cap. 8. num. 19. licet non rectè tradat opinionem contra Alex. magis communem eſſe.

SVMMÆ.

1 *Incontinenti factum efficit, vt nil videatur actum.*
2 *Solutionis, quæ non durauit, nulla haben da ratio.*
L. qui ſic, ff. de ſolut. declarata, & nu. 10.
3 *Dominium, quod non durat, non eſt conſi derandum.*
Acquiſitio eius, qui eſt in poteſtate.
Rodobaldus Parinus I. C.
4 *Inſtrumentum eſt falſum, in quo dicitur aliquem accepiſſe pecuniam, ſi conſtet ſtatim fuiſſe redditam.*
5 *Cenſus non valet, vbi pecunia numerata ſtatim redditur.*
6 *Actus, qui non durauit, non eſt habenda ratio.*
Satiſdatio non eſt, quæ non durat.
Aeſtimationis non eſt habenda ratio, quæ parum durat.
Tranſitus momentanei an ſit habenda ratio.
7 *Hæreditatis incapax an poſſit alteri illā ſtatim reddere.*
Mendicantes an poſſint adire, vt ſtatim reddant alteri.
Mendicantes, & alij Monachi an alienēt ſtatim ſine ſolemnibus. Momentanea acquiſitio an ſpectanda.
Hæreditatis aditio inducitur ex ceſſione. Hæreditas ſtatim quæritur.
8 *Forēſes prohibiti acquirere, an ſtatim poſſint vendere, & an res paruas quærant.*
Vxori Ticin. relinqui poteſt, ſi ſtatim reſtituat.
9 *Solutio momentanea, quando attendatur.*
10 *L. fin. ff. de cond. inſt. declaratur.*
11 *Suus hæres quando deſinat eſſe.*
Fabij Belloni auctoris fratris liber laudatur.
12 *Dotis lucrum habet locum, etiam in matrimonio momentaneo in Stat. Ticin.*
13 *Matrimonium in articulo mortis.*
Polydorus Ripa Collega auctoris.
14 *Donatio inter coniuges inualida, licet nō remanſura apud donatarium.*

De ſolutione, acquiſitione, quæ durauit momento. Cap. LXXXIII.

1 Incontinenti ſecutum † ſæpenumero id efficit, vt nihil actum videatur. Veluti ſi quis ſoluat, vt ſtatim ſo-

2 solutum † recuperet, l. qui sic. 55. ff. de solut. Dominium enim, quod tēpo-
3 ris momento † durat, non habetur in aliqua consideratione, l. finali in fin. C. de bonis quę lib. Rodobaldus Parinus Præstantiss. I. C. in tract. de Gabellis. 2. part. num. 140. inferens ad multa, Bart. in l. fin. ff. de cond. inst. Menoch. de recuper. possess. remed. 14. num. 83. Non habebitur igitur aliqua ratio acquisitionis factæ per eum, qui est in potestate, quoad eum, cum statim quæratur patri, vel domino, l. placet, ff. de adquir. hæred. Gall. cons. 119. num. 40. Quamobrem si no-
4 tarius scripserit Titium habuisse † & recepisse pecuniam, & testes deponāt statim fuisse redditam, falsum erit instrumentum, nam perinde erit, ac si non esset numerata.

Quod verum intelligo, modo id actum sit initio, sciente ipso notario. Mantic. de Conuent. libr. 18. tit. 6. numero 16. & in constitutione censûs, de quo in cap. prox. seq. cum in-
5 tegra pretij numeratio † requiratur sanctione Pontif. non dicitur illi satisfactum si numeretur quidem integrum pretium, sed illius pars statim reddatur. Farinac. decis. 10. num. 4. ex breuitate autem temporis præsumuntur eædem pecuniæ restitutæ, & initio censetur actū, vt redderentur. Hond. cons. 35. num. 13. 14. 42. lib. 2. Paria sunt igitur quid non fieri; vel ita fieri, vt non duret. Surd. cons. 190. nume. 9. neq. habetur in iure ratio †
6 eius actus, qui non durauit. Surd. cōs. 179. nu. 51. & dixi sup. cap. 81. De possessione interrumpenda. Carol. Bardell. cons. 1. num. 32. Cuius rei passim obuia sunt exēpla. Sic satisdatio, quæ non durauit, non est satisdatio, l. 1. §. qđ ait Prætor, ff. Quorū legat. nec cēsetur facta redemptio, quæ non durauit, nec dicuntur bona hæreditaria, quæ talia non durarunt. Cephal. cons. 460. num. 29. & 30. lib. 4. Sic etiam nō solet in probanda æstimatione, & læsione haberi ratio illius valoris, qui temporis momēto durauit. Mascard. De probat. conclus. 657. num. 65. nec habitationis, quæ parum durauit, iuxta cons. Hond. 3. volum. 2. Et momentanei transitus quandoq. non habetur ratio in soluendis vectigalibus. Fœnut. de moment. temp. cap. 31. num. 4. & 20. Parin. loco citato. Aditio hæreditatis facta animo statim illam cedēdi, ius nullum causar, vt dicimus de quacunque alia acceptatione eo cōsilio, & proposito facta, vt statim alteri cedatur. Socin. cons. 53. num. 28. lib. 4. Fœnut. de moment. temp. d. cap. 31. Qua ratione, qui hæredita-
7 tem † capere non potest, eam tamen capiet, vt alteri statim reddat, & ideo Monachi mendicantes capiunt, vt in continenti restituāt, hocq. pacto illis etiam immobilia relinquuntur Magon. decis. Luc. 53. Natt. cons. 441. nu. 28. Cephal. cons. 460. num. 29. & 30. lib. 4. Vide Mantic. De coniect. vlt. volunt. lib. 9. tit. 10. nu. 13. neq. enim persona capientis cōsideratur, vbi nō percipit emolumentum. Steph. Gratian. lib. 2. Discept. Forens. cap. 316. nu. 23. Sic etiam mendicantes Monachi, qui non possunt retinere immobilia, ea alienāt nō seruata iuris solemnitate, quā nec seruat Monasteriū, qđ aditā hæreditatē statim alteri renunciauit. Natt. d. cons. 441. nu. 20. & 28. Add. ad Gozad. in l. 2. C. de pact. inter empt. nu. 15. Franc. decis. 14. num. 26. Stephan. Gratian. lib. 1. Discept. Forens. cap. 132. num. 26. & lib. 3. cap. 568. nume. 65. & decis. March. 17. num. 28. Quod tamen reprehendit, Surd. cons. 501. num. 12. qui existimauit acquisitionem momentaneam esse spectandam, quando produxit effectum suum, qui non potest reuocari, & ideo etiam excessione aditio indu-

inducitur, quæ non potest reuocari. Surd. cons. 523. numer. 7. Menoch. cons. 1. nu. 489. Surd. decis. 70. nu. 11. Torn. cons. 32. num. 12. aliud dicendum esset in repudiatione, sed aditione facta, quæ etiam ex renunciatione inducitur, satis est momento ius fuisse radicatum in ipso monasterio, vt ab eo sine solemnitatib. non possit auelli Galu. cons. 37. num. 24. Neque est perpetuum, quod dicitur momentaneæ acquisitionis nullam esse habendam rationem. Tiraq. in l. si vnquam in verb. susceperit liberos, nu. 186. & 201. C. de reu. don. & immo hęreditas momento acquiritur, Tiraq. in tract. cessante causa, lim. 23. num. 4. Ex prædictis etiam infertur ad leges municipales, quæ vetant immobilia in forenses alienari, nam licet ad effectum implendi conditionem momentanea sufficerent, vt dixi cap. 45. De post. præt. & cond. exist. tamen secus est quoad effectum acquisitionis, nam requiritur, vt saltem habitu, & potentia fuerit perpetua, non momentanea acquisitio. Cephal. consil. 460. num. 38. & 52. & ideo acquisitio momentanea forensis, qui alteri statim vendidit, & ius suum cessit non est considerabilis. Thes. decis. 123. num. 7. Vasq. libr. 1. Illustr. Contro. cap. 32. num. 3. Carpan. ad §. collegijs. nume. 53. in No. Const. tit. De pœnis. Nec dicatur, cũ forensis non possit acquirere, nec posse alteri cedere ob vulgatam reg. l. nemo. ff. de reg. iur. Thes. d. decis. 123. num. 13. nam perpetuam acquisitionem non momentaneam lex prohibet forensibus, & alienigenis: in illa enim viget ratio prohibitionis, non in hac, quæ momento durauit, quemadmodum etiam cessat in domuncula, & in alijs rebus paruis. Vasq. dicto lib. 1. cap. 34. Aliud sequerer, vbi fraus fieret statuto, iuxta resp. Decian. 33. lib. 1. Alciat. resp. 31. num. 44. lib. 9. Surd. decis. 30. num. 7. & Statutum Ticin. 90. prohibens maritum vxori relinquere non habet locum, quando momento temporis duraret relictũ, Menoch. d. remed. 13. nume. 92. & seq. non sunt enim momentanea in consideratione, vbi non afferunt commodum.

9 Verum quod initio † dixi de solutione, non habet locum, vbi quod fuit restitutum, nõ causa dissoluendæ prioris obligationis, sed nouæ ineundæ fuit numeratum, l. si tibi pecuniam, ff. si cert. pet. Duar. ad eundem tit. c. 2. vers. Ex iam dictis nascitur. Adeas Menoch. cons. 1. num. 451. & 471. Quamobrem Alciat. in l. Titia 134. num. 15. ff. de verb. oblig. ex sententia Cin. Bald. & Salic. existimat, vbi constat de vera numeratione, valere arrhas vtrinque, à viro videlicet, & vxore datas iuxta l. fin. C. de spons. cum secunda numeratio non eò fiat, vt altera tollatur. Quo casu esset vtraque inutilis, arg. l. ab omnibus, §. si Titio. ff. de leg. 1. & eorum, quæ tradunt Doct. Dec. Bolog. & alij in princ. l. 1.
10 C. de pactis. Alijs præterea † modis declaratur d. l. qui sic. à Bart. & cæteris Doct. ibidem. Addo Ias. in l. frater, num. 5. 6. & seq. vbi Coras. n. 3. ff. de cond. ind. Dec. Cagn. in l. non videtur quisquam. 51. ff. de reg. iur. de quibus non est operæ pretium in præsentia tractare. Non est tamen silentio prætereũda singularis species l. fin. ff. de condit. inst. vbi spectatur acquisitio, quæ momento durauit. Ibi enim agitur de duplici conditione, quarum prior non potest impleri filio adhuc viuente, dum videlicet animam agit, vt si Alexandriam ierit: spacium enim temporis continet, altera potest impleri vltimo vitæ momento, veluti si Titio decem dederit. Plurimum autem refert in ea specie, an nepotes admittantur ad suc-

ces-

cessionem filio viuo, an eo mortuo. Etenim si admittũtur filio viuo, illi adquirunt, l. placet. De adquir. hæred. Sed quænam vtilitas manat ex huiusmodi acquisitione, quæ momento temporis durat, filio, eodemq. patre animam agente? Respondet Duar. cap. 6. vers. Diximus ad illum tit. De cond. inst. esse vtilem hanc adquisitionem, quia pater transmittit hanc hæreditatem ad suos. Et præterea si non essent omnes nepotes substituti, succederent tamen omnes patri ab intestato, vbi eo viuo impleta esset conditio, vt latiss. ibidem explicat Duar. in primo igitur casu, vbi ad hæreditatem fuerunt admissi nepotes, viuo patre, tunc illis adquiritur iure transmissionis tamquã patris, vbi eo mortuo, & ita secundo casu acquiritur tamquam hæreditas aui, non patris. Primo casu filius dum est in actu moriẽdi efficitur suus hæres, & ita transmittit: si enim non transmitteret, nullius esset momenti adquisitio momentanea, l. fin. C. de bonis, quæ lib. & ita eodem momento existit cõditio, & fit trãsmissio.

11 In secundo casu† cum conditio fuerit in suspenso filius non officit sequentibus in iure sui. Non definit tamen esse suus hæres ante quam constiterit defecisse conditionẽ per mortem illius, quam recusauit implere, vt præclarè ait Fabius Bellonus frater meus in suo vere aureo libello. De iure sui, quem nuper è tenebris in lucem erutum typis cudendum curaui.

12 Cæterum in alijs etiam speciebus momentanei actus habetur ratio, vt in statuto de lucro dotis, nam habet locum etiã si matrimonium modico tẽpore durauit. Hond. consil. 3. numero quinto. consil. 4. volum. 2. Roland. Cauagnol. ad decret. ani. Montisf. decr. 74. §. 3. quæst. 4. vt in stat. Ticin. 121. Menoch. de remed. 13. nu. 91. nisi tamen statutum requirat cohabitationem Hond. ibidem. Valet

13 enim matrimonium† breui tempore duraturũ puta in articulo mortis contractum. Late Polyd. Rip. olim collega meus De act. in artic. mortis cap.

14 2. Donatio inter coniuges† non valet, licet non sit perpetuo remansura apud donatarium. Surd. consil. 250. num. 35. Alias species referunt citati à Tiraquel. dicto nu. 201. & passim se se aliæ offerunt in hac tractatione.

SVMMÆ.

1 Census aliter olim, ac nunc accipiebatur.
Cẽsus est tabula, in qua Romani suas scribebant facultates.
Census appellatione bona continentur.
2 Cẽsũ agere, capite cẽsi, censui cẽsẽdo agri.
Census tributum significat.
3 Censualis contractus fit duob. modis.
Emphyteusis differt a censu.
Census potest constitui, & statim vendi.
4 Census differt ab emptione fructuum.
5 Census contractus nunc est in vsu iuxta formam præscriptã à S. Pont. Pio V.
6 In Census constitutione numeranda pecunia etiam ante, vel post incontinenti.
Census an valeat, si prædium vendatur, & statim post factam numerationem pecunia venditori constituatur census.
7 Census an possit constitui absq. numeratione pecuniæ, vbi debitum præcedebat.
in Cẽsu q̃ phibeãtur solutiones anticipatæ.
8 Manus breuis, & longa.
Manui longa, aut breui an sit locus, vbi sponsus confitetur se accepisse, quod non accepit.
L. 1. C. de Donat. ante nupt.
9 Manus breuis habet locum in litteris collybisticis.
10 Longa manu, & breui dari dicitur prouerbiali figura.
11 Pactum, redemptionis cẽsus poteſt fieri etiam ex interuallo ac etiã a minore.
Pactum in censu an valeat, vt soluatur domino census in redemptione facienda quod fuit solutum ob gabellam.

R De

De Censibus. Cap. LXXXIV.

1 CEnsus aliter † nunc accipitur, aliter olim sumebatur, siquidē census erat personarum, rerumq. descriptio, l.2.§. post deinde, ff. de orig. iur. & Theoph. in §.fin. in Inst. De libert. census, inquit, est tabula, siue charta, in qua Romani suas scribebāt facultates. l. quæ quisq. ff. de acquir. rerum dominio l. census. ff. de probat. Fortunæ etiam, & bona census appellatione continebantur, l. cogi, ff. ad
2 S.C. Trebell. Hinc † censum agere, capite censi, censui censendo agri, & census, & tributum idem significat, vt tit. C. sine censu, vel reliq. & de Censit. & peræq. libr. 11. Felic. De solis in proœm. comm. De censibus latiss. de huiusmodi significationibus verbi Census. & Lessius de Iust. & iur. libr. 2. c. 22. Dub. 1. At nunc re-
3 cipitur † contractus censualis, qui duobus modis solet celebrari. Primo modo fit census, quādoquis ius, quod habet in re, siue directum, siue vtile alienat prorsus in alium pro certa pecunia, puta pro mille, & præterea constituit annum censum, qui sanè contractus differt ab emphyteutico, nam in emphyteutam non transfertur omne ius. Doct. in l. 1. C. de iure emphy. Vide alias differentias in d. proœm. De censibus apud Felic. Altero modo fit census, quando super re immobili constituitur a domino, & venditur annuus reditus, & vno, & eodem contextu constitui potest census, & vendi. Redoan. de rebus Eccl. non alien. quæst. 13. cap. 27. numero 6. & 10. 57. Surd. cons. 162. in princ. vbi vberrime tractat de hoc contractu, & refert differentias in-
4 ter † emptionem fructuum, & census. D. Manent. Senator Mant. in suo tract. De iure contr. liuell. quem mihi vir humanissimus dono misit, quæst. secunda & tertia, Thes. quæst. Forens. 32. num. 9. lib. 1. Less. d. cap. 22. Dub. 2. vbi ait censum esse, vel reseruatiuum, vel consignatiuum. Hic autem contractus nunc est admodum
5 † in vsu, cuius forma a Summis Pont. & præcipuè à Sanctiss. Pio V. fuit præscripta anno 1568. 14. Kal. Febr. Redoan. d. tract. quæst. 17. a qua ne latum quidem vnguem, quod aiunt, licet recedere, vt pluribus docet idem Surd. cons. 282. & cons. 421. Hond. cons. 25. num. 32. & cons. 35. vol. 2. explosa sententia Gaill. lib. 2. Obser. cap. 7. num. 13. late D. Costa De rem. subsid. rem. 124. Inter cætera requi-
6 sita illud est † necessarium, vt pecunia numeretur in ipsa census constitutione. Felic. d. tract. libro primo, cap. 8. num. 13. Quod si incontinenti ante, vel post facta fuerit numeratio, adhuc valebit contractus census, & erit formæ satisfactum. M. Anton. lib. 1. Var. Resol. cap. 44. Contra Felic. d. tract. tom. 2. lib. 1. cap. 8. nu. 9. Verum prudentiæ iudicis relinquitur, an dicatur numerationem incontinenti esse subsecutam. Farinac. decis. decima, num. 12. vbi ait, statim dici factam numerationem post quatuor dies. Si vendatur prædium, & statim post factam numerationē pecuniæ venditori constituatur census ita vt momento temporis tantum pecuniæ remanserint penes venditorem valere censum tradit Cēcius De Censib. quæst. 1. cap. 1. art 5. nu. 22. & 28. An autem constitui possit census absq. pecuniæ numeratione, vbi
7 debitum præcedebat, † disputat Surd. d. cons. 162. nu. 38. & putat posse, sed contraria præualuit sententia. Cost. d. remed. 124. Felic. d. cap. 8. n. 14. Et qd statuit Summus Pont. Pius V. non posse fieri solutiones anticipatas, ita debet intelligi, vt ille dicantur solutiones

Iutiones anticipatæ, licet non fiant ante initium anni, siue semestris, si fiant in ipso initio, vel paulo post. Hond. d. cons. 35. num. 27. lib. 2. Cæterum si constaret de vera numeratione pecuniæ facta ante censum, nil fortasse prohiberet, quin mutuum, vel alius contractus posset in censum conuerti ob breuem illam manum, de qua in l. singularia, ff. si cert. pet. & ita fuisse iudicatum, scribit Farinac. d. decis. 10. nu. 17. etiam post d. Const. Pij V. Vide Gratian. lib. 2. Discept. Forens. cap. 321. num. 17. est autem in iure breuis

8 † manus cum id, quod semel tantum traditur pro bis tradito habetur, l. licet, ff. de iure dot. Manus lōga est, quoties id, quod reuera nunquam fuit traditum, pro tradito habetur. Fab. lib. 19. Coniect. cap. 3. & nuper respondi non esse locum, nec breui, nec longæ manui, vbi confitetur sponsus se recepisse, quòd non accepit in casu, l. 1. C. de donat. ante nupt. Fab. d. loco. vide Surd. cons. 196. nu. 25. & 26. Sanch. de matrim. lib. 6. Disp. 9. nu. 3. circa d. l. 1. Solet etiam breuis manus

9 † habere locum in litteris mercatorū collybisticis, siue cambij, de quibus Burs. cons. 39. vol. 1. num. 7. Dicimus

10 etiam a prædicta significatione † venustè deflectentes, longa manu dari, cum quis promissis agit, speq. aliquem lactat. Cōtra breui manu is dat, qui præsens, ac statim exhibet, quòd promittit. Quòd gratius accidit, vt scripsi c. 32. num. 11. Alio sensu vsurpatur illud Ouid.

An nescis longas Regibus esse manus?

11 Est autem † ea natura census, vt possit quandoq. redimi ita, vt pactum redēptionis possit fieri in apocha separata non solum incontinenti, sed etiam ex interuallo post censum constitutū, ac etiam a minore. Cenc. d. cap. 1. quæst. 3. art. 7. Non valet tamen pactum in censu, vt illius venditor teneatur soluere domino, quidquid soluit ob gabellam, etiam si statim redimatur. Cenc. d. art. 7. nu. 32.

SVMMÆ.

1 *Testibus an sit abroganda fides si deposuerint aliquid factum tempore belli, quod paulò ante, vel post gestum sit.*

2 *Testes inter se non conciliantur, quorum vnus dicit quid gestum ante bellum, alter post.*

3 *Testes si dicāt, quid incontinenti post mortem Titij factum probant, licet modicum intercesserit interuallum.*

Incontinenti, verbum accipitur cum aliquo temperamento.

De testibus affirmantibus certo tempore aliquid accidisse. Cap. LXXXV.

SÆPENVMERO animaduerti-

1 mus † vsuuenire, vt testes aliquo tempore quid factum affirment, veluti pestis tempore, vel belli, vel vindemiarum, &c. tamen vel ante, vel post illud accidisse appareat. Quæsitum igitur fuit, an idcirco sint repellendi testes, tamquam minime vera narrauerint. Et præualuisse videtur, vt si modico interposito interuallo ante, vel post, id probetur contigisse, non sit testibus abroganda fides. Bald. Imo. Alex. & Ias. in l. diuortio, ff. solut. matrim. Tiraq. de retract. conuent. §. 1. glos. 5. num. 6. Addo Foenut. de momento temp. cap. † 26. Im-

2 mo etiam conciliantur inter se testes, quorum vnus dicit quid gestum fuisse ante bellum, alter post bellum. Farin. de testib. quæst. 65. nu. 203. Quod non probo. Farin. num. 264. Si tamē testes dicant incontinenti quid factū

3 fuisse, veluti post mortem † Titij, nullum ne modicum quidem interuallū significant, vt ex Rebuff. tradit Magon. decis. Florent. 17. num. 5. Verum

censeo sustineri testificationes testiũ, si aliquod modicum interiectum sit interuallum; cum verbum Incontinenti cum aliquo temperamento accipi par sit.

SVMMÆ.

1 *Appellatio quãdo proponenda in scriptis, vel viua voce, & num. seq.*
Appellare, quando dicatur quis statim.
2 *si Appellet quis viua voce, & postea in scriptis, an gemina sit appellatio, an vna, & quando incipiat tempus currere.*
Apostoli petendi ab appellante cum instantia.
3 *Sententia diffinitiua non retractatur, secus in interlocutoria.*
4 *Appellatur regulariter a diffinitiua, secus ab interlocutoria.*
5 *Appellatur in scriptis ab interlocutoria.*
6 *ab Interlocutoria inferente grauamen irreparabile appellatur.*
7 *Statim, verbum, in tit. De appellat. quomodo accipiendum.*
Propriè sumptum non recipit interuallũ temporis.

De appellatione a sententia diffinitiua, & interlocutoria. Cap. LXXXVI.

1 Libello appellandum † est a sententijs, non viua voce, nisi illico id fiat tàm in causis ciuilibus, quam in criminalibus, vt rescripsit Imper. in l. litigatoribus. C. de appellat. Bart. in l. inuitos, C. de procur. num. 6. Fenut. de mom. temp. cap. 22. num. 4. Quod procedit etiam in interlocutoria vim diffinitiuæ habente. Andr. Gaill. lib. 1. Obs. c. 130. nu. 5. In causis autem breuioribus appellatur etiam ex interuallo viua voce. Marãt. in suo spec. part. 2. act. 2. De appell. nu. 131. Confestim autem censetur quis appellare qui iudice adhuc sedente, ab eo prouocat iuxta l. diuus, ff. de in integr. restit. Bart. in d. l. litigatoribus, in l. 1. §. libelli, ff. de appellat. Bald. in l. eos, §. fin aũt, C. eod. latè Marãt. in suo spec. 6. part. act. 2. princ. De appellat. nu. 125. vbi relatis nonnul orũ opin. sequitur Bart. sententiã, existimatq. id procedere ẽt si iudex ad alia diuertat, ac ẽt tribunal deserat animo redeũdi. Quid si postea scripto quis appellauerit? Anne erit gemina appellatio, an vero vna tantũ? quod dicẽdũ erit si statim post appellationẽ viua voce factã
2 fuerit interposita, † alioquin erũt duæ iuxta ea, quæ tradit Schol. ad Bart. in d. l. litigatorib. Vid. Osasc. decis. 131. num. 4. 8. & 9. Lanfr. Balb. decis. 456. Marant. loco citato n. 132. & 140. vbi ait ex sententia Bart. tẽpus currere a die primę, vbi quis appellat viua voce cũ reseruatione appellandi in scriptis. Tenetur tñ appellãs petere apostolos siue litteras dimissorias cum instãtia, l. 1. ff. de lib. dimiss. Quod facere põt ex interuallo, & incontinenti, Fœnut. de mom. temp. c. 20. nu. 26. eosq. concedit iudex, qui lata sententia fũctus est
3 officio, neq. põt eã † retractare, si fuerit diffinitiua, l. quod iussit, ff. de re iud. nisi statim velit eam reuocare, Tiraq. de Retract. cõuent. §. 1. gloss. 5. n. 17. Qua in re differt ab interlocutoria, Steph. Gratian. Discept. Forens. 155. n. 13. & seq. vbi declarat an, & quoties possit reuocari interlocutoria. Ita ẽt respectu appellationis inter diffinitiuã, & interlocutoriã est maximum discrimen, cum regulariter a diffinitiua
4 † detur appellatio ab interlocutoria autẽ non detur nisi in quibusdã casibus exceptis, de quibus in l. intra, ff. de min. l. ante sententiæ, C. quorũ appellat. Guid. Pap. decis. 75. nu. 2. Thes. de-
5 cis. † 54. Et vbi appellatur ab interlocutoria, siue ex interuallo, siue incontinẽti debet id fieri in scriptis. Marant. d. act. 2. nu. 126. Est aũt inter cęteros præcipuus ille casus permittẽdæ appellationis ab interlocutoria, vbi illa incõtinen-

6 tinēti † est mittēda exsecutioni. Guid. Pap.d. decis.75. Rugin. De Appellat. §.2.cap.3.nu.486. Quod ego intelligerē, si grauamen inferret, quod diffinitiua non posset sententia reparari. Cęterū No. Cōst. Med. in tit. De appellat. multa statim absq. aliquo interuallo sunt facienda, vt videre est in eod.tit. Prætor autem, vel Magistr. sta
7 tim † tenetur cogere partes ad dādum cōfidentes. §. Qua appellatione. Quod tantum verbū statim, cum aliquo est accipiendum temperamento, vt obseruauit etiā Rugin. in eod.tit. §.6. gloss. 4. num.4. licet proprie sumptum verbū statim nō videatur admittere aliquod interuallū. Surd. cons.437.n.31.

SVMMÆ.

1 *Liti renuncians an sit condemnandus in expensis.*
Expensas factas ante litis renunciationem non euitat quis facta renunciatione.
2 *Expensis non est opus, vbi quis cessit liti.*
3 *Rei vbi cognoscunt causam suā iniustam renuncient liti.*
Spoliator si incontinenti compareat, & cedat liti, & possessioni non est condemnandus.
5 *Litis renunciatio est permissa refectis impensis iam factis.*

De Renunciantibus liti. Cap. LXXXVI.

1 QVod tradidit Asin. in sua praxi renunciantem liti esse † condēnandum in expensis, videlicet, §.32. ampl.2.c.2. procedit sine dubio in expensis ante renunciationem factis, quarum solutionem non potest euitare facta renunciatione liti, secus si fiant post renunciationem, vt nuperrimè respondi, neq. enim opus est expensis, posteaquā quis cessit liti, & si aliquas fecit actor superuacaneas, ad eas refundendas non tenetur reus. Cōsulimus igitur reis conuentis, vt factā
3 statim deliberatione † iuxta l.1. ff. de edendo, cedant liti, vbi causam suam non bonam esse animaduerterint. Quamobrē decisum est in Rom. Rot. decis.232. lib.3. num.1. in nouiss. mota quæstione parti super intrusione,
4 & spolio † beneficij, si compareat prætensus spoliator, & cedat in fauorem aduersarij possessionem, neq. vlterius compareat, nisi cum protestatione, & iudex nihilominus cōtra ipsū procedat cōdēnādo in fructibus, sententiā iniquā esse, cū vocatus in ius incontinēti cesserit, neq. fructus aliquos perceperit. Rot. Rom. decis.208. num.4.
5 part.3. lib.2. Non † prohibetur enim quis liti renunciare etiam inuito aduersario, refectis impensis prioris instantiæ. Doct. in cap. examinata. De iud. Stephan. Gratian. lib.1. Discept. Forens. cap.118. num.52.

SVMMÆ.

1 *Laicus iudex non dicit ius in clericos.*
Clerici non possunt renunciare priuilegio fori.
2 *Clerici quandoq. amittūt priuilegiū fori.*
3 *Clerici in ipso delicto, vel statim post capi possunt per Iudicem secularem.*
4 *Clerici capti auctoritate iudicis laici, ob periculum in mora, statim reddendi iudici ecclesiastico.*

De Clerico capto a laico iudice. Cap. LXXXVII.

1 NOn potest iudex † laicus in clericos ius dicere, cum sint illi priuilegio fori tuti, quod nec etiam spōtè possunt à se abdicare, c.1. de cler. coniug. Farinac. de Inq. q.8. num.5. M. Anton. libr.1. Resol. cap.88. nu. 1. & c. fin. cas.61. Illud tamen quan-
2 doque † amittunt, interueniente trina monitione. Caball. lib. Crim. Re-

sol.

sol. cas. 60. Mar. Anton. lib. 3. Resol. 48. num. 6. Immo etiam a laico possunt interdum † capi clerici delinquentes in ipso actu delinquēdi, vel statim post Felin. in cap. cum non ab homine de iud. Io. Andr. in c. vt famæ de sent. excom. Caball. Resol. 9. nu. fin.

3

4 & si capianrur † a iudice laico, vbi adsit periculum in mora, debent incontinenti, saltem intrà 20. horas consignari iudici Ecclesiastico. M. Anton. resol. 9. lib. 3. nu. 6. & 7. & resol. 18. nu. 8. & resol. 48. num. 23. & hæc procedunt vbi apparet aliquem verè esse clericum.

SVMMÆ.

1 *Dilationes neq. nimis longæ, neque nimis breues esse debent.*
Iudicis arbitrium in concedendis dilationibus.
2 *Dilationum constringendarum quæ sit causa.*
Dilatio non concedenda, vbi periculum in mora, & vbi quis potest venire ad iudicium.
3 *Soluere parato non conceditur dilatio.*
4 *Contra dilationem petentem præsumendum.*
Dilationes petens, quando dicatur causa suæ non confidere.
5 *Dilationes quanam concedendæ.*
à Dilatione nimis breui appellatur.
6 *Dilatio conceditur ob aduersam valetudinem, vel aliud impedimentum.*
7 *Dies diffindi, differri dicitur.*
Horatij locus varie legitur, & exponitur.
8 *Pronunciandi olim tria genera.*
Dies diffisus, & diffusus.
L. 2. §. si quis, ff. si quis caution. expositio, & lectio.
Comperendinatio quid.
9 *in Dubijs, Non liquere an sit pronunciandum, & num. 10.*
Dubia causa quæ.
L. Admonendi, ff. De iure iur. de quib. causis loquatur.
Iuramentum suppletorum deferendum in dubijs.
10 *Reus ampliatus.*
11 *Mercedis pacta contentio inter sophistā, & discipulum.*
12 *Antistrephonta, siue reciproca argumenta.*
13 *Dilatio pro absolutione est, & num. 15.*
14 *Differens censetur nihil velle agere.*
15 *Statu liber non dicitur, cuius libertas in nimis longum tempus differtur.*
16 *Fabij Maximi cunctatio.*
17 *Tiberius natura cunctator.*
Cunctatio an reprehendenda.

De Dilationibus. Cap. LXXXVIII.

NEQVE longæ nimis, neque
1 † breues esse debent dilationes, quæ a iudice in causis conceduntur. Versatur autem iudicis arbitriū in concedendis dilationibus, vbi non sunt a lege præfinitæ. Borell. in sum. decis. tit. 47. Marisc. lib. 1. Variar. Resol. c. 91. Men. de præsumpt. lib. 2. c. 90. num. 3. & de Arb. cas. 52. vbi nonnullas causas constringendarum
2 † dilationum refert, & præsertim si longa mora sit damnum allatura, vel si quis possit statim ad iudicium venire. Quorsū enim tunc concedatur dilatio? Ideo illi, qui se paratum ait solutioni, non datur dilatio, Menoch. 3
de Arbitr. cas. 8. num. 3. Præsumptio igitur erit tunc aduersus petentem †
4 dilationem, quemadmodum in vniuersum affirmamus non censeri causæ suæ confidere, qui nimis longas petit dilationes, iudiciumque hoc pacto conatur subterfugere. cap. nullus. de præsumpt. Menoch. d. lib. 2. cap. 70.
5 num. 13. Concedi autem debent † huiusmodi dilationes, intra quas iudex adhibita in cōsiliū ratione possit sētētiā ferre, & possint litigatores ea, quæ sibi

bi incũbũt præstare, & in iudicio se sistere, alioquin nimis breui dilatione appellabitur, vt scripsi sup. cap. 32. nu. 5. Quod si quis ex litigatoribus aduersa valetudine, vel alia re impeditus nõ
6 potest se sistere die præfinita † conceditur alia dilatio, & prorogatio. Olim
7 dies dicebatur † diffindi in xij. tab. hoc est differri, & in alium reijci. l. 2. §. si quis, ff. Si quis caution. Ant. August. De legib. 12. tab. leg. 37. Non tamen propriè idem est differre, & diffindere, licet ex diffisione sequatur dilatio, ideo quod in d. §. si quis diffindi dicitur, in lege quæsitum, ff. de re iudicata dicitur differri. Diffindi autẽ proprie dicitur dies, quando demitur de numero dierum, quibus iudicium fieri debet, iudicioue sisti oportet. Quãobrem apud Horat. lib. 2. serm. Satyr. prima in fine legendum.

Nihil hinc diffindere possum, idest, nihil quidquam ex tua sententia possum deducere. Vide ibid. Acron. & Lamb. & Cruc. qui contrà Alciat. in l. morbus, ff. de verb. sign. existimat ibi Diffindere non significare Differre. Cæterum in nonnullis codicibus legitur Diffingere in alijs Defindere, in alijs Defringere. Ego Diffindere legendum censui. Quidquid
8 sit, olim † tria erant pronunciandi genera, Aut enim dies diffindebatur, hoc est res in alterum diem differebatur. Hinc dies diffisus in d. §. si quis, licet Bud. & alij legant Diffusum, quasi dixeris in posterum diem reijciendum. Aut comperendinabatur, idest, in tertium diem reijciebatur. Comperendinatio est ab vtrisq. litigatoribus inuicem sibi facta denunciatio in perendinum diem. Aut iudex notissimis illis litteris N. L. Non liquere pro
9 nunciabat. † Quod postremum in vsu erat in causis dubijs, vbi nimirum om nino anceps erat iudex. neq. in hanc, vel aliam partem propendebat iuxta illud Comici, Cœna dubia apponitur, & ita in scholis docui accipiendam, l. admonendi, ff. de iur iur. iuxta veram expositionem, quam tamen si cum Duar. & Fabro sequeremur in praxi, vniuersa destrueretur in deferendo iuramento suppletorio. Morem hunc pronunciandi, etiam obseruaui apud P. Aerod. lib. 4. Rer. iud. cap. 11. tit. 11. Stephan. Gratian. lib. 1. Discept. Forens. cap. 72. num. 47. vbi latè agit de hoc more, & de amplia-
10 to † reo, cuius damnatio dilata esset Cic. Pro Cluentio. Hanc pronunciationem, videlicet. Non liquet, non probat Menoch. De retin. possess. rem. 3. num. 748. & 753. Verum etiã nunc vtimur, vbi periculum non esset scandali, vt in casu ipsius Menochij. Itaq. vel non liquere sibi pronunciabunt iudices, vel rem in longissimum tempus different, vt in specie Smyrneæ mulieris, de qua supra d. cap. 32. num. 12. & in ea lite, cuius meminit Agellius lib. 5. cap. 10. Noct. Att. de
11 Protagora † Sophista, & Euathlo discipulo, inter quos fuit de pacta mercede contentio, & vtrinque afferebatur vnum ex ijs argumentis, quæ Græ
12 ci antistrephonta † appellant, nos reciproca siue mutua possumus nominare. Iudices enim causam iniudicatam, inquit Agellius, reliquerunt, atque in longissimam diem distule-
13 runt. Quæ dilatio † verius pro absolutione fuit, vt diximus d. cap. 32. De Smyrnea muliere. Qui enim nimis
14 rem differunt, hoc ipso se nihil † velle agere præseferunt. Et ideo non erit
15 statuliber ille, cuius † libertas in tam longum tempus collata est, vt eo tempore is, qui manumissus est, viuere non possit, vt ait I.C. in l. 4. §. non est, ff. de statulib. Vigl. in §. impossibilis, nu. 7. De hæred. inst. vbi Mynsing. Cæterum in relatis speciebus, licet differendo nihil videantur agere iudices,

cet, tamen ea dilatio reo pro absolutione est, & ita aliquid agunt, dum præseferunt se nihil velle agere. Neq. vero quid leue agebat nobilis ille Cunctator Fabius Max. qui, vt præclarè ait Ennius, Cunctando restituit rem.
17 Natura † etiam cunctator Tiberius, vt scripsit Iosephus Antiq. Iudaic. lib. 18. cap. 8. Quod nocet quandoq. & interdum prodest. Vid. d. cap. 32.

SVMMÆ.

1 Coniugi inopi debetur quarta.
2 Pauper quisnam dicatur, vt consequatur quartam.
3 Quartam consequitur vxor inops, etiam si habeat dotem minime congruam.
4 à Quartæ petitione an excludat vxorem legatum eidem factum.
5 Legata rei dominium à die mortis testatoris transit in legatarium. Declara.
in Incontinenti gestis, nec prius datur, nec posterius.
6 Actionem qui habet rem videtur habere.

De Quarta debita coniugi pauperi. Cap. LXXXIX.

1 Coniugi inopi debetur quarta † in bonis mariti locupletis. auth. Præterea. C. vnde vir, & vxor. Quærunt autem Doct. quādonam dicatur
2 † pauper. nam licet habeat dotem vxor. tamen debetur quarta, modo sit pauper. Et traditum est id requiri, vt extrema laboret inopia. Surd. latè de aliment. tit. 9. quæst. 37. num.
3 19. decis. 61. Et ideo si dotem habeat † congruam, arbitrio iudicis, non poterit consequi aliquam quartam. Qua de re late agit Polyd. Rip. Obseru. sing. 384. Cost. De remed. subsi. remed. 2. Illud rapitur in controuersiam. An
4 legatum † factum vxori pauperi, illam excludat a petitione dictæ quartæ. Et post longam disputationem, Surd. d. tit. 9. q. 29. existimat excludere. Etenim cum à die mortis testatoris statim dominium rei legatę acquiratur vxori legatariæ non potest prætextu paupertatis ad hanc quartam inhiare. In his enim, quæ vno, & eodem tempore fiūt. nec prius datur, nec posterius, ideo cū legatum acquiratur statim à morte. l. à Titio, ff. de furt. nō erit vxor existimāda inops, modo sit huiusmodi legatū, quod sufficiat ad alimenta ita, vt in decus mariti non cogatur ostiatim victum quærere, & mendicare. Adeas Dec. cons. 24. vbi Add.

Nō obstat, quod licet legatæ speciei dominium transeat in legatarium, tamē secus sit in quātitate legata, Surd. cōs. 300. num. 15. nam respondetur satis esse ius petendi legatum transiuis-
6 se, & ideo qui † actionem habet, rem videtur habere, l. qui actionem, ff. de reg. iur. Surd. d. q. 29. num. 19. Steph. Gratian. lib. 1. Discept. Forens. c. 136. num. 5.

SVMMÆ.

1 Argumentum à solitis.
2 L. Postulantes, ff. ad Trebell. sententia, & vera lectio.
3 Hæres cogitur adire, & restituere hæreditatem ex Trebelliano.
4 Actiones in fideicommissarium dantur.
An dentur in hæredem fideicommissarij.
5 Hæres ad id potest compelli, ad quod defunctus poterat.
6 Hæres compulsus adire statim restituit. Limita.
L. Iura. ff. de legibus exponitur.
Quod frequenter contingit spectandum, non quod rarò.

De Hærede fideicommißarij manumißi. Cap. LXXXX.

1 Ab eo, quod † solet fieri ducimus sæpe argumentum. Euerat. in
2 suis Top. in loco A solit. At I.C. in † l. postulante 44. ad S.C. Treb. rationem petit

petit ab eo, quod fere statim fieri solet, quare nimirum S. C. Trebelliano non sit comprehensum nomen hæredis. Eius legis species est huiusmodi. Caius decessit relicto hærede Mæuio, qui suspectam adijt hæreditatem, postulante Sticho seruo, qui ex eodem testamento libertatem, & fideicommissam acceperat hæreditatem. Ne-
3 que enim Mæuius poterat † recusare aditionem, id postulante Sticho fidei commissario, iuxta l. quia poterat. l. recusare cum similibus. ff. ad S.C. Trebell. Mox Stichus, antequam moram faceret in recipienda hæreditate, mortuus est relicto hærede Titio. Quæ-
4 stio est, An in Titium† hæredem Stichi, recusantem accipere fideicommissam hæreditatem dentur actiones ex S.C. Trebelliano, iuxta tradita in l. pen. C. ad S.C. Trebell. Videbatur dicendum non competere actiones in eum hæredem, cum S.C. de manumisso tantum mentionem faciat, non de ipsius hærede. Verum aliud visum
5 est I.C. nam hæres† ad id potest compelli, ad quod defunctus poterat. Cessare autem debet dubitatio, de qua supra, nam S.C. ideo non meminit hæredis, quod compulsus adire consueuerit Incontinenti restituere hæreditatem; lego enim in eo textu. Quoniam fere is, qui compulsus, non aut Quoniam ferre. Nam qui loquendi modus est ille videlicet, Qui compulsus est ferre adire, idest pati sustinere? Mens igitur clara est I. C. nimirum ideo hæredis non esse factam mentionem, cum fere statim compulsus adi-
6 re† restituat hæreditatem. Quid enim faciat hæreditate suspecta, & quam coactus adiuit. Et non obest, quod quandoque hæres differat restitutionem, neque eam statim faciat, veluti, si retinere malit pecuniam, sibi debitam à defuncto, quam eandem post restitutionem petere. Id enim expressit I.C. quod solet euenire, non quod rarò, iuxta l. iura cum sequ. ff. De legib. quæ accipiendæ de legibus publicè rogandis, & promulgandis, vt etiã admonuit Alciat. lib. 2. Dispunct. cap. 8. Sed & qui legatione fungitur, si dicat se velle deliberare, non statim compellitur restituere. l. si legatus. 30. ff. ad S. C. Trebell.

SVMMÆ.

1 *Inuecta, & illata in prædia vrbana sunt tacitè obligata, modo ibi sint permansura non modico tempore.*
2 *Inuecta in prædium rusticum non sunt obligata, sed tantum inde nata.*
Ratio discriminis inter vrbana, & rustica prædia, & num. 4.
3 *L. Certi, C. locati exposita.*
4 *Consuetum transit in ius.*
5 *in Inuectis, & illatis habet quis ius prælationis. Declara.*

De inuectis, & illatis. Cap. LXXXXI.

TAcito quodam pacto inuecta, & illata in prædia vrbana iure honorario pignori obligantur, §. interdictum, in Inst. De interd. l. 4. ff. In quib. causis pign. vel hyp. l. 5. C. eod. tit. l. certi. C. locat. l. item quia. ff. de pact. latè Caroc. de locat. par. 5. tit. De Inuectis. Socin. reg. 239. Card. Mant. De tac. & ambig. Conuent. lib. 11. tit. 15. Ias. & alij in §. Item Seruiana. De act. Marisc. lib. 2. Variar. Resol. cap. 118. Quod tñ non procedit in rebus modico tempore permansuris in ædibus conductis, Socin. d. reg. 239. requiritur enim; vt eo animo, & proposito sint inuecta, vt ibi perpetuò sint, idest quamdiu durat conductio, idque ex qualitate rerum colligi potest. Mant. dicto titulo 15. numero 32. Mariscot. dicto cap. 118. numero 20. Inuecta au-
2 tem in prædium rusticum † non sunt tacitè obligata, sed tantum quę inde na-

nascuntur. l. in prædijs, ff. In quibus causis pign. & in legibus iam citatis, & præsertim in d.l. certi, vbi ponitur
3 hæc differentia. † Qua in l. voluntatis, aut scientiæ nomine pactum, & expressam conuentionem significari puto. Garzias ad tit. De pactis. Cuiac. in l. item quia. Huius differentiæ
4 † variæ afferuntur a Doct. rationes. Sed Cuiac. d. loco eam petit a moribus Romanorum. Solebant enim in prędijs rusticis nata pro mercede obligari, l. si seruus, §. locaui, ff. de furtis. In vrbanis inuecta. Paulatim igitur in ius migrauit quod fieri consueuerat, & pro expresso etiā omissum habitum fuit. Eousq. autem res inuectas, & illatas pignori obligatas habet conductor, vt etiam in ijs ius ob-
5 tineat † prælationis. Mant. De tacit. & ambig. Conuent. lib. 11. tit. 23. nu. 2. Quod tamen intelligo non procedere in omnibus inuectis, & illatis, sed in his, quæ principaliter inferuntur, vt ibi conseruentur, non in his, quæ sequuntur habitationem, l. inter dum, vbi Bart. ff. Qui potiores in pign. hab. Ias. in d. §. item Seruiana. nu. 60. Caroc. dicto tit. quæst. 21. num. 4. Steph. Gratian. lib. 3. Discept. Forens. cap. 564. nu. 13.

SVMMÆ.

1 *Instrumentū descriptum ex protocollo Notarij mortui quando probet.*
2 *Notario referenti instrumentum ab alio, vel a se confectum non creditur.*
Referenti non creditur, nisi de relato constet.

De instrumento descripto ex protocollo mortui notarij, & de relato.
Cap. LXXXXII.

1 SI instrumentum descriptum † fuerit ex protocollo Notarij, mortui, probat sine dubio: modo id factū fuerit publica auctoritate, & cæteris concurrentibus, quæ requirunt Doct. in desumendis instrumentis ex alienis archetypis, siue, vt vulgo loqui mur exemplandis ab originali, vt in c. cum P. tabellio, De fide instru. Bolog. in auth. si quis in aliquo, C. de edēdo, num. 3. Stephan. Gratian. Discept. Forens. cap. 268. num. 54. & seq. num. 4 & 34. Alioquin non creditur nota-
2 rio referenti instrumentū ab alio confectum, etiam si verba omnia instrumenti relati suo inserat. Illustriss. Card. Tusch. Pract. concl. iur. littera R. concl. 128. num. 3. & maxime, vbi consta t originale solum ostensum fuisse notario, & statim redditum. Immo vero nec creditur notario attestāti de instrumento a se ipso paulo ante confecto, nam tunc tanquam testis deponit. Stephan. Gratian. d. cap. 268. num. 34. 35. Doct. communiter in d. auth. si quis in aliquo.

SVMMÆ.

1 *Restitutio in integrum non solum minoribus, sed etiam maioribus concedenda.*
2 *Absentia est iusta causa restitutionis in integrum.*
Absens potest constituere procuratorem.
3 *Procurator constitutus, vel non constitutus an impediat restitutionem in integrum.*
4 *Procuratorem quando non teneatur mittere impeditus.*
Procuratorem vbi impeditus non tenetur mittere, an sit iusta causa illum consti tuendi, si diu sit absfuturus.
5 *Absentia breuis an habeatur pro absentia, & num. 7.*
6 *Præparata causa, & inchoata idem indicium.*
7 *Abesse non dicitur, qui statim est rediturus.*

Non

Non procedit in concedenda restitutione in integrum.

8 *Testes interrogari possunt ad æternam rei memoriam, qui diu sunt absfuturi.*

9 *Conductoris diuturna absentia efficit, vt locator possit rei locatæ possessionem ingredi.*

L. Cum Domini ff. locati sententia.

De restitutione in integrum maiorum. Cap. LXXXXIII.

1 NOn solum minoribus † viginti quinque annis, & ijs, qui minorum iure singulari vtuntur conceden da restitutio in integrum, sed etiam maioribus, si ob iustum aliquod impedimentum, eam meruerint, vt in tit. Digest. & Cod. Ex quibus causis ma-
2 io. Absentia autem † est iusta causa petendæ restitutionis in integrum, l. 1. ff. ex quibus causis maio. l. & si fine, §. fin. ff. De minor. Odd. hac tota de re vberrimè agit De restit. in integr. quæst. 5. Verum cum absenti non auferatur facultas constituendi procura
3 torem, soler quæri. An † dimissio procuratoris facta ab ipso absente impediat restitutionem in integrum, &c, An dimissio non facta sit eiusdem restitutionis denegandæ causa.

Primã quæstionẽ tractat Odd. quæ. 24. De restit. in integr. alteram explicat quęst. 30. vnde affatim poteris haurire ea omnia, quæ passim, & confusè a Doct. traduntur. Illud est autem præsentis scriptionis, An videlicet, vbi impeditus non tenetur mittere procuratorem, vt quia impedimenti causa sit necessaria, & probabilis simul, vel probabilis, & laudabilis, vel necessaria, non tamen vituperatione digna Odd. d. q. 30. art. 2. 3. & 4. in princ. An inquam, in istis casibus sit necessaria procuratoris dimissio, vbi quis non est incontinenti rediturus, sed diu absfuturus.

Et videbatur idem esse dicendum de eo, qui diu est absfuturus, hac præsertim ratione, nam de eo, qui statim est rediturus, id nequit intelligi, ergo accipiendum erit de absfuturo longo tempore, Quod autem de absentia breui nequeat id accipi patet, quia
5 † breuis absentia non habetur pro absentia, vt scripsi cap. 81. num. 7.

Verum communis opinio est contraria Odd. d. quæst. 30. art. 7 istis tamen concurrentibus videlicet, causam iam esse cœptam, vel præparatã, idem enim esse solet iudicium inchoa
6 tæ, & † pręparatæ, & longo tempore duraturum esse impedimentum, arbitrio videlicet iudicis, & non agi de causa graui. Odd. d. quæst. 30. artic. 17.

Non obest contrarium, quia vt dixi d. cap. 81. num. 7. regula illa. Abes-
7 se non dicitur, qui statim † est rediturus, cessat in concedenda restitutione in integrum, nam quælibet etiam breuissima absentia nocere potest.

Cæterum iudicis pariter arbitrio
8 relinquitur, an statim redituri sint testes, an diu absfuturi, qui sunt interrogandi ad perpetuam rei memoriã iuxta Menoch. de Arbitr. cas. 62. quẽadmodum etiam iudicis arbitrio re-
9 linquitur, an dicatur diuturna † absentia conductoris, nec ne, vt possit locator rem locatam ingredi, vel secus. Menoch. De Arbitr. cas. 79. Verum cum biennij tempus eo casu sit præfinitum l. cum domini, ff. Locat. non erit recurrendum ad arbitrium iudicis. Quod etiam sentit Menoch. d. cas. 79.

SVMMÆ.

1 *Sacerdotale beneficium non potest obtinere clericus prima tonsura.*

2 *Sacerdotale beneficium quodnam dicatur.*

De Clerico admittendo ad sacerdotale beneficium, & de computatione temporis, & die termini. Cap. LXXXXIV.

1 AD Sacerdotale † beneficium nõ posse clericum primæ tonsuræ adspirare communis est Doct. opinio. Dicitur autem sacerdotale, vbi id ex-
2 pressit † fundator, vel ex eius fundatione id potest colligi. M. Anton. lib. 1. Var. Resol. c. 3. & 4. Qui igitur Sacerdos non est, ab huiusmodi beneficio solet reijci, cum illi verba fundationis non conueniant, & proinde nec dispositio accommodari possit, l. 4. §. toties, ff. de damno inf. Bart. in l.

l. cum scimus, num.7.C.de agric.lib. 11.Ias. in l. cum filiofam. num. 65. ff. de leg. 1. Lambert. de iure patr. lib. 2. part. 1. art.27.28. 7. quæst. princ.
3 Barb. conf. 33. vol. 2. Verum si † sacris initiatus clericus incontinenti, idest, intra annum fieri possit Sacerdos, non iustam feret repulsam in petitione huiusmodi sacerdotalis bene-
4 ficij, tum quia instituens beneficium, quemadmodum quilibet alius disponens censetur ius ipsum spectare, & cum illo se conformare, Bart. in l. hæredes mei, §. cum ita, num.4.ff. Trebell. atqui iure cautum reperitur,
5 vt beneficium † Sacerdotij onus habens annexum conferri possit in eum, qui intra annum sacerdotio insigniri possit, c. cum in cunctis de elect. & in sacrosancta Syn. Trid. cap. 4. sess. 22. & cap. 12. sess. 24. Marisc. lib. 2. Var. Resol. ca. 35. n. 96. & 97. Addo Borell. in sum. Decis. tit. 20. num. 267. tum etiam quia Sacerdos dicitur qui intra annum potest promoueri, & qualitas
6 † Sacerdotij annexa beneficio censetur per modum aptitudinis, & non actualiter requiri, vt vberrime probat Hieron. Cænall. in suo tract. comm. contra commu. quæst. 693. num. 6.7. & seq. Alb. conf. 347. Mar. Anton. resol. fin. d. lib. 1. cas. 53. Rot. Rom. vt per Steph. Gratian. lib. 1. Discept. Forensi cap. 133. nisi tamen verba fundationis sint negatiue concepta, puta, non admittatur nisi sacerdos. Idem Cæuall. dicto loco num. 10. Io. Bapt. Cost. conf. 29. num. 1. Quæ postrema opinio, licet passim recipiatur ob vim negatiuæ orationis, nihilominus aliquam patitur difficultatem ob prædictas rationes, nam hic clericus potest dici sacerdos, qui intra annum potest promoueri. Ex his apparet,
7 licet requiratur † certa ætas, & qualitas, tamen id esse accipiendum cum aliquo temperamento, non autē præcisè, & ad vnguem requiri ætatem, & qualitatem. Verum circa ætatem,
8 † & tempus, an a momento ad momentum debeat computari, an cœptus annus habeatur pro completo necne, varia reperiuntur in iure responsa. Torr. ad Stat. Ticin. 23. Carpan. ad Stat. Mediol. 352. vol. 1. In l. 3. §. minorem, ff. de min. 25. annis a momento in momentum tempus specta-
9 tur in restitutione † in integrum, &, si bisexto quis natus sit, biduum illud pro vno habetur, & posterior dies Kalend. intercalatur, vt ait ibidem I.C. quorum verborum interpretationē afferunt doctissimi viri Budæus, & Duarenus. Eodē modo Paulus I. C. in l. in omnibus, ff. de oblig. & action. in om-
10 nibus, inquit, † temporalibus actionibus, nisi nouissimus totus dies cōpleatur, non finit obligationem. Item decem dies ad appellandum computantur a momento in momentum, Gratian. Disc. Forens. c. 161. nume. 4. licet secus sit in Curijs Pontificijs. Menoch. lib. 2. Præs. 95. num. 6. & vbi de momento quæstio est, tunc non inest actui, quod sequitur statim, Surd. conf. 354. num. 21. Contra,
11 momentum † temporis non spectari, sed annum cœptum haberi pro completo traditur multis in locis videlicet in l. in vsucapionibus, ff. de vsucap. in l. qua ætate, ff. de testam. & alibi passim, vt videre est in gloss. d. §. minorē Hæc cur tam varie? Doctores eam
12 † videntur discriminis afferre rationem, quæ consistit in fauore, & in odio; vt si fauor suadeat, annus cęptus non habeatur pro completo, vt in restitutione minoris, alias secus. gloss. in d. §. fin. Fœnut. de momento temporis, cap. vlt. in fine. Surd. decis. 178. Alb. conf. 248. numer. 5. conf. 766. Stephan. Gratian. lib. 1. Discept. Forens. cap. 161. num. 20. & 27. Natt.
13 conf. 461. Vide Sanch. † de matrim. lib. 2.

lib. 2. Disp. 24. quæst. 4. & num. 23. vbi in ieiunijs, & in alijs computat tēpus de momento ad momentum, & quid de bimestri concesso in cap. ex publico, de conuers. coniug. vt sponsi de religionis ingressu deliberent? & fauore piæ causæ annus cœptus habetur pro completo. Tiraq. De priu. piæ causæ. priu. 22. Egregie distinguit hac in re more suo præceptor meus D. Odd. De restit. in integrum quæst. 2. art. 8. vbi num. 51. refert decis. Bellam. 726. existimantis ordinationem illam, vt præbendæ cathedrales nonnisi habentibus annos 14. conferantur, esse intelligendam de annis completis, nam
14 respicit fauorem † reipub. Christianæ, vt præbendæ conferantur in prouectiores ætate. Sic in vsucapionibus
15 non a momento in † momentum fit computatio d. l. in vsucapionibus; cum tamen secus sit in præscriptionibus actionum d. l. in omnibus: cuius rei insuper rationem affert Vigl. in §. præterea nu. 5. In Inst. Quibus non est permissum facere testamentum,
16 nam vsucapio est † introducta bono publico l. 1. ff. de vsucap. quæ ratio varie accipitur a Vigl. in d. §. præterea, & ab Alciat. in l. quinq. C. fin. regund. in tract. De quinq. pedum præscript. nu. 32. Merito igitur vsucapio citius completur, quam actiones personales extinguantur. Duar. in d. l. qua ætate. & de vsucap. cap. 4. De tempore, & in fructibus, quos lucrari debet bonæ fidei possessor, spectamus momenta Fachin. vide lib. 1. Contr. iur. c. 59. & 60.

Huc pertinent ea, quæ passim tra-
17 duntur de die termini, † an imputetur in terminum. Qua de re latè agit Vrsill. ad decis. Afflict. 73. Steph. Gratian. d. cap. 161. vbi ait dictiones illas A & Ab, puta infra triginta dies a die præsentationis litterarum, excludere terminum, cui adiunguntur, neque computationem fieri de momento ad momentum. Subdit præ
18 terea non censeri causam † desertam, licet non fuerit expedita infrà tempus, de quo in statuto, cum non debeat computari dies, quo appellatio fuit interposita licet in tempore appellationis interponendę fiat computatio de momento ad momentum. Andr. Gaill. Obseru. 139. num. 5. lib. 1. Stephan. Gratian. decis. 124. nu. 5. & scripsi in hoc cap. supra. Regulariter igitur dies termini non imputatur in termino, Tiraq. De Retract. Lignag. §. 1. gloss. 11. num. 18. & 22. vbi latiss. hac tota de re agit, an fieri debeat computatio de momento ad momentum, an dies termini imputetur in termino necne, & constituit duas reg. contrarias cum suis exceptionibus. Plurimum autem conferunt ad hæc cognoscenda verba, quibus conceditur dilatio, & terminus, & materia subiecta: agitq. Tiraq. ibidem de
19 dictione illa, Ad, videlicet num. 67. vt si concedatur dilatio ad tempus aliquod. Qua in re præcipuè habebit iudex præ oculis odium, & fauorem, statuetq. diem termini computari, vel non computari in termino, prout fauor, vel odium suadebit, dissuadebitue. Tiraq. d. gloss. 11. num. 45. Sic
20 dies † cœptus habetur pro completo in fauorabilibus. Stephan. Gratian. d. cap. 161. numer. 21. & 27. qui ex prædictis infert ad quamplurima. Et licet tempus currat de momento ad momentum tamen procedit, quando iam cœpit currere. Mynsing. obs. 15.
21 cent. 5. In † compromissis tamen factis hoc pacto, videlicet intra dies sexaginta proximè secuturos, vel Duraturos hinc ad quatuor dies, non exspectatur tempus acceptationis. Magon. decis. Florent. 8. num. 17. Surd. decis. 203. num. 10. sed computatur tēpus de momēto ad momentum, alias seque-

sequeretur absurdũ die facti cõpromis si non posse ferri laudum. Gratian. d. cap. 161. nu. 9. 10. & seq. Afflict. decis. 73. Sed quidquid sit, vt ait ibidẽ. Gratian. nu. 15. aliud seruat consuetudo.
22 Et sane verba illa, Proximè, † propè, circa, modicum tempus significant. Men. de Arbitr. cas. 57. num 30. & 44.
23 vbi agit de eo, qui dicitur, † proximus pubertati, & cum dicimus proximè
24 secuturos, significamus dies † sequẽtes, ergo debet præcedere tẽpus, vel dies, quẽ alij sequãtur. Imol. cons. 11. vers. contrarium. Verum est proximum dici, quod a nullo præceditur neq. dari medium inter duo discreta, vt dixi in præfat. sed dies proximè secuti, non præceduntur ab alijs, dies enim, in quo fit actus, est terminus, cui dies sequentes esse debent proximi.
25 Quamobrem † si inita sit societas die 14. Oct. super periculo personæ nominandæ intra 15. dies proximos, & fiat nominatio die 29. eiusdem mensis, censebitur facta intra dies quindecim ita, vt non possit dici vacasse, licet contrahens decesserit, & ita iudicatum refert Gratian. d. loco num. 16. Si enim persona non fuisset nominata intra tempus, extincta esset societas, Gratian. lib. 2. Discept. Forens. c. 276. num. 63. Solent autem huiusmodi societates iniri, maximè Romę, & vocantur societates officiorũ, possu
26 musque eas appellare † militias, quæ venduntur, & veniunt in commerciũ, de quibus in l. illud, C. de collat. Et militia ex casu dici potest, quando vnus ob casum fortuitũ in locum alterius subrogatur, l. si quis 11. vbi Cuiac. C. de prox. sacr. scrin. lib. 12. Præclarè peculiari commentariolo egit Lælius
27 Taurellus De militia ex † casu. Et Cuiac. lib. 3. Obs. cap. 30. separat militias a dignitatibus, nam dignitates non imputantur in legitimam, nec cõferuntur, secus in militijs, & in officijs etiam ad vitam duraturis, l. omni modo. C. de inoffic. test. Marisc. lib. 2. Var. Resol. cap. 86. num. 15. Et non solum in aula Romana licitè emuntur huiusmodi officia & contrahuntur societates ob periculum amissio-
28 nis propter † mortem, sed etiam fit permutatio personæ, sub cuius vitæ periculo erat contracta societas. Disdicta dicitur, in qua requiruntur 15. dies, qui non computantur de momento ad momentum, sed sunt naturales, non artificiales, l. More, ff. de ferijs. Eugen. latè cons. 48. Hect. Felic. De societ. cap. 35. num. 23. vbi tamen dubitat num. 22. de ea mutatione personæ, quæ fit ab eo, qui aduersa laboret valetudine, & paulo post moriatur, quasi censeatur facta in fraudem.

SVMMÆ.

1 *Donatio qua insinuanda.*
2 *Insinuatio quid, & quomodo fiat.*
3 *Insinuari an possit donatio postea ex interuallo.*
Et an sit tunc locus retrotractioni, et nu seq.
Retrotractio non fit, vbi est conditio potestatiua.
4 *Donans an possit alteri rem tradere ante insinuationem.*
Iuramentum an suppleat defectum insinuationis, & aliarum solemnitatum, quæ a statutis requiruntur.

De Donatione insinuanda. *Cap. LXXXXV.*

1 NOn possunt donationes fieri absque insinuatione, l. sancimus. 34. C. de donat. si modo excedũt quingentos aureos, Capic. decis. 203. qui hodie conficiunt summam aureorũ 706. Hier. Gab. cons. 57. num. 8. volu. 2. Andr. Gaill. lib. 2. Obser. cap. 39. num. 4. Surd. cons. 454. nu. 11. Insinuatio

10 *Stipulans pro filijs censetur stipulari tanquam hæredibus.*
11 *Exceptio inadimplementi non habet locum in separatis.*
Connexæ obligationes quæ.

De contractibus correspectiuis, & donationibus ob causam. Cap. LXXXXVI.

1 SOLET sæpenumero † quæri, an donatio aliqua sit ob causam an simplex, & præcipue vbi agitur de adhibendis solemnibus necessarijs in donationibus, tum iure communi, tũ iure municipali, vt in cap. præcedenti, neq; enim in donationibus ob causam sunt necessariæ solemnitates, vt videre est apud Morot. resp. 52. num. 39. Steph. Gratian. lib. 1. Discept. Forens. cap. 82. Natt. cons. 509. & Surd. decis. 214. num. 15. qui ex sententia Menoch. cons. 261. num. 9. ait id procedere etiam in donationibus ob causam factis in Med. ditione, vt non requirantur solemnia, de quibus in Nou. Const. in tit. De donat. quam tamen sententiam non semel improbaui ob verba generalia, & amplissima dictarum Const. Gall. consil. 100. nu. 26. Gratian. dicto cap. 82. & cap. 474. Gall. consil. 119. nume. 27. Cost. rem. subsid. 116. num. 10.

2 Si donatio † incontinenti aliã subsequatur, censetur facta ob causam, non autem erit pura, veluti si donatarius vicissim aliud quid donanti suo donet, & reponat, & ideo tunc erit locus, l. 1. C. de donat. quæ sub modo, vt in casu, de quo Natt. consilio 14. num. 5. Corn. consil. 36. num. 14. lib. 2. vbi de donatione respectiua ad merita.
3 Vicinitas enim † actuum efficit, vt vnus alterius respectu, & contemplatione censeatur factus, inducique videtur mutua correlatio, actusque dicuntur correspectiui, ita vt pro
4 vno, † & eodem instrumento plura habeantur, & vnicus actus censeatur, ita vt si quis faciat relationem ad aliquod instrumentum censeatur etiam se referre ad instrumentum incontinenti factum. Curr. Sen. consil. 54. Morot. resp. 60. num. 2. & 3. Mantic. de tac. & ambig. con. lib. 3. tit. 15. numero 48. & 50. latè Menoch. de præs. lib. 6. præsumpt. 12. de actibus correspectiuis. Gram. decis. 103. numero 158. Afflict. decis. 306. Alb. cons. 198. numero 49. & consilio 178. Dec. consil. 336. Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gloss. 5. num. 1. Crauet. consil. 298. nume. 13. qui infert ad multa, Peregr. de fideicom. artic. 6. in fine, Bald. Dec. & alij in l. petens. C. de pactis. Cor. consilio 36. lib. 2. Rimin. iun. cons. 779. num. 98. 100. & seq. Quamobrem olim respondi alijs concurrentibus non care-
5 re suspicione † liberationem respectu administrationis, & tutelæ factã à filio matri statim post impetratam veniam ætatis. Verum non est hoc perpetuum, nam quandoque hæc, vt ita
6 loquar, correspectiuitas, † & mutua relatio cessat, vbi aliud suadere videtur subiecta materia, vt tradit Alb.
7 cons. 45. veluti † cum plures res venduntur in singulas constituto pretio, l. cũ eiusdem. ff. de ædil. edicto. Surd. decis. 176. num. 8. Bald. in tract. de promiss. in fin. nu. 21. secus si vnicum sit pretium, vel cum manifestum est emptorem non nisi simul omnes res empturum. d. l. cum eiusdem. §. interdũ. Surd. cons. 359. num. 30. l. si duos. 44. ff. de contr. empt. l. cum plures. ff. de euict. Et hæc plurimum prosunt, & sæpenumero occurrunt in materia euictionis, & redhibitoriæ. Non semper igitur instrumentorum vicinitas inducit hanc mutuam relationem latè Gall. cons. 40. num. 6. & seq. cum nec etiam semper inducatur in eodẽ

T in-

instrumento, vbi enim plures obligationes non reflectuntur ad idem factum, tunc non sunt corresspectiuæ, & mens partium in hoc est spectanda. Gall. ibidem, & num. 14. ait, si conductor, qui primo vendidit, & incontinenti conduxit, cum pacto francandi, cadat à locatione propter pacta non seruata, non tamen cadet à pacto francandi, quod est diuersum, Vide Menoch. d. præs. 12. nume. 39. Butsat. cons. 6. num. 24. Gasp. Thes. quęst. For. 12. Rot. Rom. decis. 115. part. 1. in nouiss. vbi latè hac de re. Stephan. Gratian. lib. 3. Discept. Forens. cap. 477. n. 13. Andr. de Florent. in sua Apolog. num. 611. cum plurib. seq. Prædictis
8 illud accedat † nam donatio filio facta ante, vel post emancipationem in continenti, censetur facta in præmiũ emancipationis. gloss. & Bald. in l. 1. C. de bonis libert. Tiraq. de retract. conuent. gloss. 5. nume. 6. quæ tamen donatio non censetur ob causam, sed simplex, & ideo requirit insinuationem, & alia solemnia. Gall. cons. 119. num. 27. Morot. d. cons. 52. num. 39. vbi num. 8. 35. & seq. late agit de emã-
9 cipatione an præsumatur † in fraudẽ facta ob modicum temporis interuallum inter eam, & testamentum filiæ, nam solet fraudulenta esse illa dispositio, quando proxime bona in alium sunt transferenda, l. filię meæ. ff. solut. matrim. l. si filia nupta. ff. de diuort. l. sed & si maritus. ff. Qui, & à quibus. Ad inducendam corresspectiuitatem relinquitur arbitrio iudicis, an quid fiat incontinenti, vel ex interuallo. Illustriss. Card. Seraph. Oliu. decis. 661. Est autem regulare, vt corresspectiui dicantur actus, & vnus insit alteri, vbi fiunt incontinenti non solum in codẽ instrumento, sed etiam in diuersis. Surd. consil. 217. num. 6. & seq. & de-
10 cis. 322. num. 65. † vbi latè probat patrem stipulantem sibi, & filijs censeri stipulatum etiam tamquam hæredibus. Hæc etiam pertinent ad excep-
11 tionem in adimplementi, quæ † nunquam censetur reiecta, vbi potest incontinenti probari Carol. Bardell. cõsil. 18. Viu. decis. 107. num. 13. & non habet locum in obligationibus separatis, sed tantum vbi opponitur circa eandem obligationem. Grass. de except. cap. 13. num. 50. vel connexam. Dicitur autem connexa, quæ est corresspectiua. Alex. in l. cum proponas, num. 2. C. de pactis. Dicuntur autem separatæ obligationes, quandoque licet incontinenti ineantur, quemadmodum dici possunt connexæ, & corresspectiuæ, etiam si contrahantur ex interuallo. Menoch. d. num. 39. dicta præs. 12. licet ex eo, quod fiant incontinenti præsumantur connexæ, & corresspectiuæ.

SVMMÆ.

1 *Geminationis magna vis.*
2 *Renunciationi geminatæ nihil potest opponi.*
3 *Exceptio non numeratæ pecuniæ excluditur ob repetitam confessionem. nume. 14. 17.*
4 *Mulier non iuuatur Velleiano, quę actũ geminauit.*
5 *Minor non restituitur in integrum ob geminationem actus.*
6 *Legitima censetur renunciatum ob geminationem.*
7 *Geminatio tollit omnem suspicionem, & exceptionem.*
8 *Rem. Canon. Redintegr. an detur contra possidentem cum titulo, vbi titulus est geminatus.*
Incontinenti factum non censetur factũ prius, & inesse, vbi verbis geminatis tradita est forma.
9 *Geminationis magna vis, vbi fit ex interuallo, non vbi statim. Vide num. 12.*
10 *Appellatio est vna, vbi quis incontinenti ait.*

si ait. Appello, appello.
Expensa plures continuata habentur pro vna.
Denunciationes in venditione pignoris requirunt interuallum temporis, & nu. 16.
11 *Contumelia, & blasphemia plures quando pro vna existimentur.*
Blasphemia, & iniuria statim reuocata.
12 *L. Ballista. ff. ad S. C. Trebell. exposita.*
Geminationis etiam incontinenti facta vis.
Distingue.
Clausula, Nec aliter, nec alio modo virtus.
13 *Delicta iterata, quando pro vno habeantur.*
Camerarij plura furta pro vno habentur.
14 *Geminatio verborum, & actuum quantam habeat vim.*
Tutoris liberatio a redditione rationis requirit interuallum.
Renunciatio exceptionis non numeratæ pecuniæ, vel grani nō consignati ex interuallo validior, & num. 17.
Confessio geminata ex interuallo magis valida.
15 *Actus plures vbi requiruntur, tunc non debent fieri statim.*
16 *Solutiones trium cohærentium annorū inducunt præsumptionem solutionum aliarum.*
L. Quicunque. C. de apoch. publ. quomodo procedat.
17 *Alimenta legata in testamento minus solemni, qui præstitit, an, & quando in posterum obligatus censeatur ea soluere.*
Citationes fiunt per interualla.
18 *Blasphemia repetita etiam statim magis punienda.*
19 *Protestatio non porrigit vires ad ea, quæ sequuntur ex interuallo.*
Protestatio iura, protestantis conseruat illæsa.

De geminatione verborum, & actuum. Cap. XCVII.

1 MAximam geminationis, † & iteratæ, vel repetitæ orationis vim esse passim legimus, l. ballista ff. ad S. C. Trebell. Galuan. conf. 1.
2 num. 12. 13. 125. & seq. Et ideo † geminatæ renunciationi nihil opponi potest, quæ non temere prolatis verbis censetur facta, sed deliberatione summa & voluntate certa. Alb. conf. 540. num. 5. consil. 761. num. 73. Sic
3 qui confitetur bis † se pecuniam recepisse, excluditur ab exceptione non numeratæ pecuniæ. Old. conf. 253.
4 in fine. Mulier non † iuuatur Velleiano, quæ actum geminauit, nec mi-
5 nor restituitur in † integrum, qui iterum, atque iterum approbauit a se gesta. Alb. conf. 734. num. 6. Legitimę
6 censetur † renunciatum ex vi geminationis, & in summa tollit geminatio omnem suspicionem, nec alicui exce-
7 ptioni † locum relinquit, eaque ex geminatione existunt, de quibus latè gloss. in c. ex litteris in ver. Admonita. de rescriptis. Tib. Decian. resp. 39. num. 93. vol. 2. Rol. Vall. conf. 28. num. 43. & seq. vol. 4. Mascard. de probat. concl. 1270. num. 50. Alb. conf. 119. num. 5. conf. 434. num 29. conf. 770. num. 27. conf. 790. nume. 22. Hier. Gig. de Pens. eccles. quæst. 97. num. 5. & 9. & quæst. 99. num. 5. & seq. Alb. Brun. in tract. De aug. concl. 4. princ. num. 5. & 15. & ideo
8 † licet rem can. redintegran. detur etiam contra titulo possidentem, vt dixi cap. 5. num. 6. Galuan. conf. 19. nu. 5. Gall. consil. 74. tamen aliud creditum est, vbi titulus est geminatus. Rip. Obser. sing. 282. num. 6. Quod tamen videtur repugnare communi sententiæ. Corset. latè in suo tract. De verbis geminatis. Surd. decis. 272.

numer. 16. Quod procedit etiam in delictis. Mascard. concl. 838. Et ideo licet incontinenti factum censeatur prius factum, tamen secus est, vbi verbis geminatis tradita est forma, vt ait doctiss. Raudens. cons. 37. num. 30. lib. 2. Verum ea omnia ita solent tẽperari, vt procedant, si modo fiat repeti-
9 tio, † & geminatio ex interuallo. Alb. dict. cons. 734. num. 6. Morot. resp. 88. num. 14. Cephal. consil. 537. nu. 54. nam si incontinenti fiat, nulla erit fere vis repetitionis, & geminationis. Mascard. d. conclus. 1270. num. 48. Surd. cons. 359. num. 15. Ias. in l. si certis annis. num. 16. C. de pactis. Et ideo si quis dicat, Appello, appello nul
10 la † erit vis huius geminationis. gloss. in cap. ab eo, de appellat. habetur enim pro vnica continuata. Sic plures expensæ in aliquem alendo, factæ tempore continuato habentur pro vna ad cognoscendum: an sint magnæ, vel modicæ, Surd. de alim. tit. 5. quæst. 16. num. 7. & in vendendo pignore denũciationes non debent fieri incontinenti, sed interuallum temporis requirunt. gloss. in l. si conuenerit, ff. de pign. action. & idem recipitur de alijs clausulis, immo si quis nullo interiecto interuallo, sed eodem impetu in
11 aliquem plures proferat † contumelias, atq. adeo in Deum ipsum blasphemias plures euomat ore impuro, pro vna tantum tenebitur. Fenut. de momento temporis. cap. 20. nu. 9. & 10. vide Baiard. ad Clar. in §. Blasphemia num. 12. & in §. iniuria. nu. 8. Vid. Farinac. quæst. 22. nu. 28. quæst. 10. num. 174. Prodest tamen incontinenti secuta pœnitentia, & blasphemiæ, iniuriæ, vel alterius delicti reuocatio, vt dixi cap. 22. Baiard. ad Clar. §. Blasphemia. num. 23. Farinac. De delict. & pœnis, quæst. 20. num. 57. & seq. vbi agit latè de blasphemia, & iniuria statim reuocãda. Cagnol. in l. quidquid. ff. de reg. iur. Farinac. dicta quæst. 105. nume. 153. Ego tamen indistinctè prędictam opinionem nõ sequor, etenim si in d. l. ballista, in gemina-
12 tione † constituitur fundamentum, quod tamen non videtur facere Celsus I. C. per illa verba, Ex his verbis, quæ proponis, idest, pecuniam &c. sed iuxta communem expositionem, si illud ibi efficit geminatio, ea sine dubio facta fuit statim. Addo quamplurimos casus, de quibus Fenut. d. cap. 20. ex quibus apparet maximam esse vim geminationis etiam incontinenti factæ, & ideo nuper respondi ob clausulam illam. Nec aliter, nec alio modo induci omnino annullationem actus in contrarium facti, ita vt dicatur præcisam habere naturam, & formam inducere, quæ nõ potest per æquipollens impleri. Surd. cons. 511. num. 10. cons. 143. numer. 43. M. Anton. libr. 1. Resol. cap. 33. nume. 8. Quamobrem si posset dici, maximam esse vim geminationis siue fiat statim, siue ex interuallo, maiorem tamen existere, vbi fit ex inter-
13 uallo † & ideo licet delicta ex interuallo repetita pro vno habeantur exemplum in pluribus furtis commissis a Camerario, & in adulterio cum eadem muliere. Clar. in §. Adulterium tamen interuallum, & iterata delicta aggrauant, iuxta ea, quæ tradit Farin. de delict. & pœnis, quæst. 23. in princ. Caball. resol. crim. 99. numero 50. Felin. in cap. si cautio. De fide instru. Menoch. cons. 1215. lib. 13. Couar. libro secundo, Var. Resol. cap. 10. nume. 8. Cab. resol.
14 crim. 7. Aut igitur loquimur † de geminatione verborum, & illius magna vis est, etiam si fiat statim, vbi videlicet agitur de voluntate alicuius declaranda, Surd. d. cons. 369. num. 15.

15. & non affertur alicui præiudiciũ. Si enim afferetur alteri præiudicium, tunc ex continenti facta non obtineret aliquod robur. Aut agitur de geminatione actuum, & illa desiderat interuallum. Costa in praxi Conuent. part. 1. num. 131. vt de liberatione tutoris a redditione rationis tradit Mont. De tut. cap. 38. num. 127. Ias. in l. si quis in conscribendo, C. de pactis, renunciatio igitur exceptioni nõ numeratæ pecuniæ, vel grani non consignati plus ex interuallo operatur. Caroc. decis. 14. Masc. concl. 695. nu. 15. de renunciatione exceptionis non numeratæ pecuniæ, Graff. de except. cap. 43. num. 7. geminata confessio ex interuallo validior. Vide Mantic. De Conuent. lib. 18. tit. 3. Gall. de Renunc. lib. 4. cap. 6. num. 3. & cap. 7. Bim. cons. 106. nume. 29. lib. 2. & ideo si lege aliqua duo, vel tres actus
15 † requirantur, non satisfiet legi, si incontinenti actus fiant. Surd. d. cons. 369. num. 15. & seq. exemplum affer-
16 tur † in pluribus solutionibus, ex quibus quis præsumitur antea soluisse, licet post trium annorum solutionem fuerit in mora Men. præs. 139. Andr. Fachin. lib. 13. Contr. cap. 89. neq; vero ea præsumptio colligitur, si statim probet quis se soluisse. l. quicunque C. de apochis publicis. lib. 10. Surd. d. cons. 369. num. 15. late Bald. in l. 2. C. de dotis promiss. Dec. cons. 650. Crau. cons. 313. Gabr. lib. 1. De præsumpt. concl. 11. Thes. decis. 114. Mynsing. cent. 5. Obser. 39. Menoch. d. præsumpt. 139. lib. 3. num. 1. Corset. dicto tract. De verbis geminatis, nume. 16. Mascard. de probat. concl. 604. Franc. decis. 137. part. 1. Costa de Retrotract. cap. 8. cas. 14. Mantic. De tac. & ambig. conuent. lib. 3. tit. 15. num. 66. vbi ait ad probandã solutionem decennij non sufficere solutionem trium præcedentium annorũ. Quod tamen exemplũ non vsquequaq; videtur conuenire, quia d. l. quicunq. requirit expresse trium sibi cohærentium annorũ apochas, & ideo non erit satisfactũ legi, si tres solutiones incontinẽti fiãt. Maluas. cons. 55. nu. 32. & seq. Aliud exemplum potest afferri in trina denunciatione, quã tenetur facere creditor, qui pact⁹ est cũ debitore de pignore non vendẽdo. d. l. si conuenerit. Aliud in eo qui præsti
17 tit † alimenta legata alicui in testamẽto minus solemni, nam etiam in futurum tenebitur si non simul, & incontinenti præstiterit alimenta, sed ex interuallo. l. 1. C. de fideicomm. Fœnut. dicto cap. 20. de momento temp. nu. 60. & cap. 21. num. 5. & 7. vbi alia similia affert, quæ passim in hoc tractatu erunt obuia, veluti quando statuto cauetur vt quis ter citetur, nam debẽt fieri citationes per interualla. Fænut. ibidem nu. 4. Addo geminationem statim factam nõ prodesse ad summouẽdam exceptionem non numeratæ pecuniæ. Surd. dicto cõs. 369. nu. 15. Fœn. dicto cap. 21. n. 12. licet hoc videatur respicere solum præiudicium confitẽtis, sed quia hic non agitur de declarãda solum volũtate geminantis confessionem, ac etiam potest contingere, vt agatur de præiudicio tertij, ideo id ita fuit receptum. Cæterum quod attinet ad iniurias, & maxime ad blasphe-
18 mias grauius † puniré eum, qui plures protulit etiã eodem impetu, cũ magis atrox dicatur ideo blasphemia, quod sit geminata, & grauiori scelere se obstringat qui plures, quam qui vnã effundit. Monald. cõs. 10. nu. 25. li. 2. E
19 cõtrario licet † geminatio facta eodẽ tẽpore minus roboris obtineat, tamẽ, protestatio, quæ solet protestãtis iura illæsa, & illibata cõseruare. Doct. in l. non solum. §. morte. ff. de noui operis nũc. Decian. resp. 37. n. 52. vol. 5. Alb. cons. 115. nu. 16. & cons. 440. num. 18.

non

non porrigit vires suas ad actum, qui postea ex interuallo fit. Bart. in d. §. morte num. 16. Rot. Gen. decis. 6. numer. 16. & 17. Mascard. de probat. concl. 1248. num. 1. & nu. 29. 32. qui tamen ait secus esse, vbi eadem sit ratio in protestatione ex interuallo facta, quæ militat in ea, quæ fit statim. Qua de re latius in seq. cap. erit agendum.

SVMMÆ.

1 *Pacta nouissima derogant prioribus.*

2 *Pactum prius continens clausulam derogatoriam non tollitur per posterius.*

3 *Protestatio tollit actum ex interuallo sequentem vbi respicit futurum. Vide num. 22.*

4 *Protestatio quadruplex. Quintam alij addunt.*

5 *Derogatoria clausula an porrigatur ad actus sequentes ex interuallo.*

6 *Protestationem non extendi ad ea, quæ fiunt ex interuallo.*

Argumenta huius sententiæ, & num. seq.

7 *Vsuræ sine stipulatione non debentur, nisi datum sit pignus.*

Pignus pro vsuris quando non possit retineri.

L. 3. & 4. C. de vsuris, declaratio.

8 *Vsuræ odiosæ.*

in Stipulatione nouante, quæ censeantur repetita, vel secus.

9 *Legare censetur quis illud, quod aderat tempore mortis.*

L. si ita. 70. ff. de auro, & arg. leg. sententia.

10 *L. si tibi certam 28. ff. De adim. leg. exponitur.*

Scripturam posteriorem quando spectauerit testator.

11 *L. Dotem. l. post diuortium. ff. de iure dot. declarantur.*

Conuentio facta in primo matrimonio non porrigitur ad secundum.

Conuentio non egreditur personas, & res.

12 *Dos data primo viro, an censeatur data secundo.*

13 *Protestationem extendi ad ea quæ fiunt ex interuallo probare videntur sequentia argumenta.*

L. si ita sit adscriptum, ff. de leg. 1 sensus.

14 *Legata censentur facta incontinenti, vbi fiunt in eodem testamento.*

15 *Protestatio porrigitur etiam ad ea, quæ relicta sunt in codicillis.*

Codicilli censentur inesse testamento.

16 *Protestatio trahitur ad præcedentia, & sequentia in vltimis voluntatibus.*

17 *L. talis scriptura §. fin. cum l. seq. ff. de leg. 1 sententia.*

Postea dictio quid significet.

18 *Codicilli trahuntur ad testamentum, & contra.*

19 *Voluntatis mutatio non præsumitur: Quomodo id procedat. Facta magis, quam verba spectanda.*

20 *L. si tibi liberum, ff. de action. empti l. si binarũ, ff. de seruit. vrban. præd. exposita.*

Ius quæsitum non tollitur.

Protestatio extenditur ad secuta ex interuallo, vbi est pars contractus, & semper durauit eius causa.

21 *L. 1. §. idem Labeo, ff. Quod vi, aut clam sententia.*

Prohibitio semper durat.

22 *Bartoli verba explicata. Distinctio auctoris.*

23 *Protestatio an, & quando extendatur ad sequentia ex interuallo:*

24 Pro-

24 *Protestatio non prodest in his, quæ pendent a voluntate protestantis, & alterius.*

Protestationis formula.

25 *Protestatione sibi consulere solent, qui verentur, ne vi, vel metu cogantur quid facere.*

De protestatione. Cap. XCVIII.

1 PActa nouissima † spectari debent, ea etenim derogant prioribus, l. pacta nouissima. C. de pactis, vbi Doct. inferunt ad quamplurima, de quibus Surd. decis. 51. numer. primo, & seq. Quod tamen ita accipi debet, nisi prius pactum contineret protesta
2 tionem † siue clausulam derogatoriã sequentis, efficit enim protestatio †
3 illa, vt non valeat posterior, & subsequens actus, si modo fiat eodem tempore, vel etiam statim post, non autẽ ex interuallo, neque enim tolli potest actus ex interuallo, nisi protestatestatio respiciat futurum Doct. in c. cum M. Ferrariensis de const. & in l. non solum. §. morte ff. de No. operis nunci. vbi agitur ex professo de protestatione, quam Bart. ibidem num. 12.
4 quadruplicem † constituit, videlicet declaratoriam voluntatis, prohibitoriam, incitatoriam, & certificatoriã, licet alij addant quintam speciem, nimirum cõseruatoriam iuris, l. si creditores, C. de pactis, l. 1. §. quemadmodum, ff. de lib. agnosc. quæ videtur sub prima contineri. Non extenditur
5 igitur † clausula derogatoria ad actus sequentes ex interuallo, nisi futurum respiciat. Natt. cons. 474. num. 16. cum seq. Fænut. de momento temp. cap. 22. num. 17. & dictum est in præc. capite. Verum non caret hoc maxima difficultate, vt apparet ex his, quæ in d. §. morte tradit Ias. num. 13. Bolog. num. 34. Alciat. num. 56. Aquil. num. 97. & seq.

6 Pro opinione eorum, qui tenent † protestationem non extendi ad ea, quæ fiunt ex interuallo, licet futurum respiciat Mantic. de tac. & ambig. conuent. lib. 16. tit. 7. facit.

Primo l. per retentionem 4. C. de
7 vsuris, vsuræ non † debentur citrà stipulationem. l. 3. C. de vsuris, nisi datum sit pignus. d. l. 4. l. pignorib. C. eod. quod tamen pro maioribus vsuris non potest retineri, cum ex interuallo sint promissæ.

Respondet Ias. num. 13. Bolog. d. num. 34. & reuera in ea lege prorsus diuersa species deciditur, nam ibi secundum pactum de maioribus vsuris non respicit pignus, quod est obligatum tantum ob minores, propter illa verba. Non conuenit, vt pignus. Vid. Aquil. num. 97. & 101. qui ait ibi conuentionẽ suũ effectũ esse sortitam circa minores vsuras, & ideo sequens promissio non debet trahi ad idem pignus, & præterea ibi agitur de vsu-
8 ris, re videlicet † odiosa. Alciat. d. numero 56. inquit, ea quæ insunt ex conuentione partium ad commodum actoris, non censeri repetita in stipulatione nouante, vt fideiussores, pignora, & pęnas, l. si creditor l. nouatio, ff. de nouat. Cæterum Cuiac. lib. 8. cap. 17. in fine putat d. l. per retentionẽ, & l. pignoribus non loqui de retentione fructuum, sed de retentione rei.

Secundo l. si ita. 70. ff. de auro, &
9 arg. leg. vbi si quis † legat vestem suã, vel argentum, censetur legare illud tantum, quod aderat tempore testamenti.

Respondetur ibi verba respicere tantum tempus præsens, & præterea legatum suum effectum habuit. facit simile l. si seruitus, ff. de seruit. Vrb. præd.

10 Tertio l. si tibi † certam 28. ff. de adim. leg. omissis aliorum responsionibus

nibus dici potest, ibi diuersas esse di-
spositiones, legati, videlicet, & fi-
deicommissi, placuit autem I. C. po-
steriorem scripturam testamenti spe-
ctare ita, vt onus restitutionis non
censeatur repetitum, quando reliquit
rem per fideicommissum, capiendam
de manu hæredis, nam legatum dire-
cto illi relinquebatur, & ita censetur
testator a priore voluntate recessis-
se.

11 Quarto allegatur † l. dotē, l. post
diuortium, ff. de iure dot. vbi conuen-
tio facta in primo matrimonio non
porrigitur ad secundum. Respon-
det Rub. numer. 203. in fin. id con-
tingere ob reg. l. si vnus §. ante om-
nia, ff. de pactis, nam conuentio in v-
na re, vel cum vna persona non trahi-
tur ad alteram. Verum aduertendū
12 † est in dict. legibus probari dotem
datam primo viro censeri etiam da-
tam secundo, Gall. cons. 13. num. 5.
Qua de re Menoch. lib. 3. Præs. cap. 6.
Mant. De Conuent. lib. 12. tit. 15.

13 Pro contraria opinione † allegatur
primo l. si ita sit adscriptum. 14. ff. de
leg. 1. vbi si testator ita protestetur.
Si cui bis legauero, semel deberi vo-
lo, trahitur, huiusmodi protestatio
etiam ad ea, quæ fiunt ex interuallo.
Respondet Bolog. num. 35. legata
14 † censeri facta incontinenti, cum fiat
in eodem testamento. l. hæredes. §. fin.
ff. de testam. Nec obstat l. si quis. 22.
15 ff. de leg. 3. vbi † protestatio porrigi-
tur etiam ad ea, quæ relicta sunt in
codicillis, nam respondetur codicillos
censeri inesse testamento. l. quidam re
ferunt. ff. de iure codicillorum, vel in
16 vltimis voluntatibus protestatio † tra
hitur ad præcedentia, & sequentia.
Aquil. nu. 108. vel intelligendum est,
clausulam esse positam in testamento,
vel in codicillis. Bolog. nu. 35.

17 Secundo l. talis scriptura. † §. fin. cū
l. seq. ff. de leg. 1. ponderando dictio-
nem postea, quæ significat ex interual-
lo. Bart. in l. fructus. ff. solut. matrim.

18 Respondetur semper † codicillos
trahi ad testamentum, & cōtra. l. fin.
ff. ad S.C. Trebell. l. Nesennius. in fin.
cum l. seq. ff. de excus. tut. Alciat. n. 59.
vel id procedit in vltimis voluntati-
bus, vel dictio, Postea, atque aliter ac-
cipitur. Oct. Vulp. de Præp. ad verb.
in verb. Postea.

19 Tertio mutatio voluntatis † nō præ
sumitur. l. cū qui. ff. de probat. Alciat.
nu. 58. in fin. Aquil. n. 110. in d. §. mor
te, qui ad multa inferunt.

Respondetur præsumi aliquē mu-
tare voluntatem ex interuallo, cū ma
gis facta, quā verba debeamus specta-
re. l. Paulus. ff Rem rat. hab. Alciat. n.
55. & præterea non præsumitur muta
ta voluntas, quando durat eadem cau
sa. Bolog. num. 36.

20 Quarto l. si tibi liberum † ff. de act.
empt. l. si binarum. ff. de seruit. vrban.
præd.

Respondetur ius statim fuisse quæsi
tū ex illa dispositione, quod nō potest
tolli. Alciat. nu. 68. vide Aquil. nu. 118.
Item protestatio illa est pars contra-
ctus, ideo non potest mutari, & sem-
per durauit causa protestationis.

Quinto l. 1. §. idem Labeo ff. quod
vi aut clam. Respondetur ibi agi de
21 † prohibitione, quæ semper durat.

Anceps reuera est quæstio, vt appa-
22 ret ex prædictis. Quamobrem, ne †
hanc rem omnino dubiam in medio
relinquamus, posset adhiberi distin-
ctio. Sed ante omnia admonendus
est lector, Doctores nostros inter se
non conuenire, etiam in interpreta-
tione verborum Bart. nam alij putāt
Bart. n. 16. loqui de protestatione sim
plici, id est, quæ futurum nō respiciat,
alij simplicem appellant protestatio-
nē, quæ non est concepta verbis am-
plis, etiam si respiciat tempus futurū.
Bolog. in d. §. morte. nu. 38. & seq.

Ego

Ego igitur ita distinguerem. Aut
23 † protestatio fit in specie ob aliquem actum, & tunc ad eum tantum restringitur, nec vlterius porrigitur, puta si dicat quis. Testor me ex hoc actu funerandi nolle adire hæreditatem. Bolog. num. 31. Aut fit in genere non restricta ad aliquem actum, & tunc aut simplex, idest non concepta verbis generalibus, & amplis, licet futurũ respiciat, aut minimè simplex est. Primo casu aut durat causa protestationis, sine ius quæsitum est protestanti, & porrigitur etiam ad actus ex interuallo, Aquil. nume. 117. & seq. Rub. num. 215. aut non durat, & secus est, quod multò magis est dicẽdum, vbi iã actus aliqs factus fuit ex cõtinenti, in eo. n. satis dicitur verificata protestatio. arg. l. boues. §. hoc sermone, ff. de verb. sign. Secundo casu porrigitur ad futura, & ad ea, quæ fiunt ex interuallo Mascard. de probat concl. 1248. num. 29. Quod intelligi Mantic. dicto tit. 7. vbi actus †
24 pendet a voluntate vnius, secus si pendeat à voluntate protestantis, & alterius, exemplum ibi affert in fideiussione. Alb. cons. 764. num. 14. & seq. solent tamen adijci protestationibus illa verba videlicet, potius actus quilibet quocumque tempore, & qualitercunque sequens irritus sit, & inanis, quã præsens corruat protestatio. Cæterũ qui verentur, ne adhibita vi, aut metu cogantur à potentioribus
25 contractum celebrare, solẽt sibi præuia † protestatione consulere. Quæ proficit probato metu. Surd. cons. 513. num. 14. & præcipue vbi contractus statim fuit secutus. Gabr. cons. 149. num. 94. lib. 2. latè de hac protestatione. Gasp. Thes. lib. 1. quæst. Forens. cap. 51. Debet statim fieri protestatio. Menoch. cons. 1227. numero 8.

SVMMÆ.

1 *Dotis stipulatio a patre facta, cui acquirat actionem l. post dotem. ff. sol. matrim.*
Pater filia non potest præiudicare.
2 *Dotem incontinenti censetur sibi pater stipulari in dubio.*
3 *Baldi ratio, non dictum improbatur.*
4 *Incontinenti quando dicatur stipulari quis dotem.*
5 *Dotis actio acquiritur patri cum onere iterum dotandi.*
6 *Dotans filiam non potest adijcere pactum præiuditiale.*
7 *Pactum doti adiectum incontinenti operatur in præiuditium puellæ.*

De stipulatione dotis facta a patre. Cap. XCIX.

CElebris est Vlpiani distinctio in l. quoties. 29. ff. solut. matrim. vbicunque pater dotem dat, & stipu-
1 lationem † interponit, an in suam personam transferat de dote actionẽ, necne. Etenim aut fit traditio dotis tempore, quo matrimonium contrahitur, aut ante nuptias. Priore casu si ex continenti fiat stipulatio, acquiritur actio patri, si ex interuallo, non aliter, nisi accesserit filiæ consensus, neque enim pater iuri quæsito, sine filiæ consensu potest afferre præiudicium. Alb. cons. 767. num. 1. l. auia. C. de iure dot. Bart. & alij in l. post dotẽ. ff. solut. matrim. & in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus vbi Ias. num. 16. & seq. ff. de verb. oblig. Andr. Fachin. lib. 3. Contr. iur. cap. 71. vbi agit de expositione d. l. post dotem, de qua Cuiac. lib. 4. obs. cap. 21. Fab. lib. 2. Coniect. cap. 16. Altero casu & ex interuallo, & citrà filiæ voluntatem potest sibi pater stipulari, & hæc videtur exceptio l. 2. §. quod si in patris. ff. solut. matrim. Duaren. ibidem. Iure tamen Canonũ hoc nõ procedere existimat.

V Alex.

Alex. in d. l. quoties, vbi Bart. num. 4. Dec. conf. 35. num. 9. late de hac stipulatione dotis facta a patre, vel filia, patre consentiente Surd. conf. 206.

2 Quid si † dubium sit, an incontinenti, an vero ex interuallo stipulatus sit pater? & Bart. in d. l. post dotem. num. 20. existimat incontinenti patrem cẽseri stipulatum. Idem Bart. in l. prædia. ff. de acq. possess. in l. certa conditio. §. si nummos. ff. si certum pet. & sequuntur communiter Doct. in d. l.

3 post dotem, neque Bald. nu. 9. aliud † sentit, cuius ratione tantum existimo reijcere interpretes, non auté præcipuum pronũciatum. Bolog. ad rub. C. qui admitti. num. 46. Petr. Ricciard. in princ. inst. de bonorum possess. num. 137. vide Alex. in d. l. post dotem num. 18. Cæterum incontinen

4 ti dicitur † interposita stipulatio cum tempore traditionis dotis facta fuit. gloss. in d. l. quoties. in verb. ex continenti, & late Bart. hac in re distin-

5 guit num. 2. & licet patri † quæratur actio de dote, tamen acquiritur cum onere iterum dotandi, & ideo non po-

6 test pater dotans filiam † adijcere pactum, quod filiæ possit nocere, vt probat Surd. conf. 78. num. 5. & seq. vbi refert Bald. Nouell. distinguentem inter pactum incontinẽti adiectum,

7 & ex interuallo, extraneus † etiam licet det dotem puellæ, & tradendo ius quæratur illi, tamen si incontinenti adijciat pactum, illud operabitur in præiudicium eiusdem puellæ, neque enim aliter dotem erat traditurus ex principio suæ intentionis. Vinc. Frãc. decis. 369. num. 4. & 5. ex interuallo autem post promissionem non potest sibi dotis restitutionem pacisci extraneus. Stephan. Gratian. lib. 2. discept. Forens. cap. 308. num. 13. & lib. 3. c. 565. num. 29.

SVMMÆ.

1 Confessio quæstionibus extorta, sine indicijs est nulla, neq. conualidatur indicijs superuenientibus.

Confessione nulla maior probatio.

2 Confessio facta in tormentis confirmatur extra tormenta ex interuallo.

3 Confessio metu tormentorum extorta sine indicijs, an per aliam confessionem confirmetur, & num. 4.

Confirmari non potest quod nullum est.

4 Confessio facta in processu nullo an possit ratificari.

5 Libertatem quidnam dicatur onerare, & num. 6. l. 1. quæ oneranda. ff. quarũ rer. actio declaratur.

6 Donare non potest pater filio in potestate. Quid dicendum statim secuta emancipatione, & mox interposito decreto?

7 Ob stipulationem per vim extortam exactum an possit repeti.

8 Soluens sponte quod per vim promisit, nõ repetit.

9 Metus purgatur solutione.

10 Matrimonium metu contractum, quando dicatur sponte ratificatum.

11 Actus approbatorij, quando tollant metum præcedentem.

12 Carcer an dicatur reddere confessionem non spontaneam.

De confessione quæstionibus extorta confirmanda, libertate oneranda, & de promissione per metum facta. Cap. C.

1 CONfessionem quæstionibus, siue tortura nullis præcedentibus † indicijs extortam, nullam esse, & ideo ex ea non posse quempiam condemnari, tradunt vno ore Pragmatici. Mascard. de probat. concl. 353. qui hoc extendit, & restringit multis modis. Tiraq. de Retract. conuent. §. 1. in verb. in limine contractus gloss.

5. nu.

5.num.21. Prosp. Farin. in sua praxi crim.quæst.83.cap.1.De reo conf.Baiard. ad Clar. quæst. 55. numer. 56. Hond. conf. 108. num.33. vol. 1. nec conualidatur superuenientibus indicijs.Farin.conf.99.num.56.& 62.licet alioquin in confessum nullæ aliæ sint partes iudicis, nisi in condemnando l. 1. ff. de conf. confessioneque nulla maior reperiatur probatio. Corn.cōs. 18.li.2. Magon.decis.Florent.88. nu. 2. Quod declara iuxta Ann.Rob.li.1.

2 Rer.iud. c.4. Solent tamen † iudices, & assessores curare, vt rei confirment extra quæstiones, quod torti deposuerunt. Caball. Resol. 35. nu. 10. Quod si statim, & incontinenti id fecerint, erit adhuc inualida confessio, præsumitur enim timor tormentorum subesse. Quamobrem aliquod interuallum debet intercedere, vnius saltem diei, vel noctis, vt rata sit confessio. Tiraquel. d. loco. Mascard. ibidem.num.12. vel,vt ego puto,arbitrio, & religioni iudicantis hoc tempori interuallum est relinquendum, cum alij alijs sint timidiores, in vnoque magis, quam in alio duret metus tormentorum. Vid.Ian. Langl.lib.9. Semestr. cap.2.Men.De Arbitr.in addit.ad caf. 269. Verum quod attinet †

3 ad confessionem extortam,nullis præcedentibus indicijs, dubia semper apud me fuit ea opinio, quod videlicet possit confirmari, quia nullam esse huiusmodi confessionem disertis pene verbis tradidit I. C. in l.1. §.Diuus.ff. de quæstion. atqui quod nullum est, non potest confirmari. c.nō firmatur. vbi Din.de reg.iur. l. quod initio. vbi Dec.& Cag. ff.eod. c ex part.de const. c.cum inter vos. De re iud. c. examinata. de conf. vtil. vel inut. Dec.conf. 639. in fin. & maximè cum metus tormentorum durare credatur Farinac. conf.16. nu.20. neque enim tam facile reus illatæ torturæ obliuiscitur, &

4 ideo confessionem † in processu nullo factam, ob metum tormentorum, etiam legitimis præcedentibus indicijs ac etiam ex interuallo non posse ratificari tradunt Mascard.de probat. conclus.357. num.4. Farinac. dict. tit. De reo confess.quæst.81.cap.2.nu.83. Præterea hoc pacto aperiretur veluti ampla fenestra iudicibus inferendi torturam etiam nullis præcedentibus indicijs, & extorquendi a reis confessiones. Roland. Vall. conf.3. num. 54. & conf. 12. num. 91. lib. 3. & ideo opinionem contrariā alij Doct. secuti sunt, quos collegit, & recensuit. Farinac. d. quæst. 83. cap.1. numer. 9. Vide Baiard.d.quæst.55.num.38. & seq. Hond. d. conf. 108. num. 33. vbi ait eam procedere etiam si millies sit ratificata confessio. Farinac.d. conf. 99. num. 56. & 62. Et ipse eandem opinionem amplecterer,nisi aliud vrgeret in contrarium, veluti nisi ex interuallo expressa facta fuisset confirmatio a viro minime meticuloso, essetq.verisimilis confessio, tunc enim crediderim standum esse confessioni, licet legitima non præcessissent indicia. Qua in re plura debet præoculis habere prudēs iudex,arg. eorum, quæ scribit Boss. in tit. De tortura, num. 23.Farin. d. quęst.53. cap.2.num. 54. & num.61. Cum enim metus certa regula nequeat diffiniri, ad iudicem erit recurrēdū. Dec.in vltima int. l.edita. num.15. vbi alij C. de edendo. Menoch. de Arbitr. caf. 176. Reperi postea Surd. conf. 477. in causa cuiusdam Doct. Maphæi, hæc, & alia omnia expendentem, ex quibus sustineri potest confessio, licet indicia necessaria non pæcesserint.

Prædicta possunt eleganti exemplo comprobari, cuius meminit Vlp. in l. 1. §. quæ onerandæ, ff. quarum rerū actio nō detur, vbi bellissime diffinit,

5 illud dici † impositum gratia oneran-

V 2 dæ

dæ libertatis ipsi liberto, & proinde exigi non posse, quod incontinēti impositū *epeorumenon*, idest imminēs onerari eius libertatem. Bar. in l. iuris iurādi in fin. ff. de oper. lib. ait eū iurare gratia onerandæ libertatis, qui paulo ante, vel post manumissionem iurat. l. fin. vbi gloss. ff. de lib. causa. Vnde infertur ad id, quòd tradit idem Bart. in l. 1. C. eod. nam pater non potest dona
6 re filio † in potestate existenti. Si igitur eum emancipet, & cōfestim ei donet, & mox decretum interponatur a iudice valebit donatio, nā decretū cū sit statim interpositum, non est quod quis obijciat, factam esse donationem ante decretum emancipationis. Tiraq. de retract. conuent. gloss. 5. §. 1. n. 5. Fit igitur hæc distinctio, an paulò ante, vel post, an ex interuallo aliquid fiat, vt dicatur onerata libertas. Immo etiā dicetur onerata libertas, si ex interuallo aliquid fiat, vt dicatur onerata libertas. Atq. etiam dicetur onerata libertas, si ex interuallo aliquid liberto imponatur, modo causa cognita appareat metu, vel nimia reuerentia libertum ita se voluisse subijcere: quamquam Fab. lib. 20. Coniect. cap. 18. more suo existimat in d. §. quæ onerandæ verba nonnulla esse Triboniani in iuris principijs non valde versati. Huc pertinent quæ in l. ex ea, ff. de cond. ob turpem causam traduntur, & a Bart. in l. seq. num. 5. videlicet, si
7 ex stipulatione † per vim extorta exigatur pecunia, dubitur repetitio, si vis etiam in ex actione fuerit adhibita, quæ præsumitur, vbi ex continenti solutio fuit facta, vel ex interuallo, si tamen metus duret iuxta tradita a Pet. de Anch. cōs. 300. Io. Andr. in add. ad specul. in tit. De solut. vers. Illud quæritur. Gasp. Thes. li. 1. Quæst. Foren. c. 51. nu. 19. & 21. Alioquin si spontè sol-
8 uat qui † per vim promisit, nulla erit repetitio, gloss. & Doct. in d. l. ex ea. Surd. cons. 513. num. 16. vbi ait purga-
9 ri metum ob solutionem † spontè ex interuallo factam inferens ad coronationem Summi Pont. Imper. & Regis. Addo Tiraq. d. gloss. 5. num. 21.
10 & seq. vbi agit de matrimonio † metu contracto, quod non intelligitur spontè ratificatum, si statim subsequatur dotis contractus, cum præsumatur idem metus durare, c. Lotharius 31. q. 2. Alex. cons. 98. lib. 3. Ias. in l. si ob turpem col. fin. ff. de cond. ob turpē causam. Vide sup. cap. 51. actus enim
11 approbatorij † incontinenti sequētes per metum censentur interuenisse, nisi aliud constet, vt in specie, de qua Alciat. resp. 5. nu. 45. lib. 1. An autem carcer dicatur reddere confessionem
12 † non spontaneam quæstio est inter nostros, sed nunc recipitur ea opinio ob carcerem non dici meticulosam confessionem. Vide Farin. cum add. cons. 16. nu. 20.

SVMMÆ.

1 *Donatio ob ingressum monasterij reuocatur si donans illud egrediatur.*
Quid dicendum vbi cogitat de egressu.
2 *Potentia proxima actui non semper habetur pro actu.*
3 *Factum esse aliud est, aliud fieri posse.*
4 *Donatio facta ob ingressum monasterij nulla est, nisi fiat duobus mensibus ante ingressum.*
5 *Menochij opinio distinguentis inter ingressum, & ingressurum Monasterium.*
Cap. 16. De Regular. sess. 25. Trid. Syn. declaratur.

De Donatione facta ob ingressum monasterij. Cap. CI.

Donationem factam ab eo, qui religionem vouerit, & aliquod †
1 Monasterium ingressus sit, reuocari passim traditum est, si donans egrediatur monasterium, vitæq. illius eum pœniteat, vt multis probat Stephan. Gratian. lib. Forens. Discept. c. 96. Costa

Costa de retrotract. cas. 4. cap. 9. num. 29. vbi etiam ait id procedere, licet de religione non fiat mentio. Quod si ingressus cogitet solum de egrediendo, immo etiam declaret se velle, secus erit, nam licet potentia proxima
2 † actui habeatur pro actu, Bald. in l. pen. ff. de testam. milit. Marsil. in rub. ff. de fideiuss. num. 216. & dixi cap. 69. tamen non dicitur cessare causam donationis, nisi actus sit secutus, cum
3 aliud sit factum esse, † aliud fieri posse, & debet cognosci per superiores, an possit Monachum pœnitere. Stepha. Gratian. d. cap. 96. nu. 18. & seq. quem vide decis. March. 41. Verum aliam
4 ob causam nullius momenti esse † huiusmodi donationem creditum est, quod non sit facta duobus mensibus ante professionem iuxta sanctionem
5 sacrosancti † Concil. Trident. sess. 25. cap. 16. de regularibus. Et licet Menoch. lib. 2. De Arbitr. in add. cas. 436. num. 3. distinguat inter ingressum, & ingressurum, & putet d. c. 16. procedere tantum in ingresso, tñ contraria opinio recipitur à M. Ant. li. 1. Resol. cap. fin. cas. 62. maxime si facta sit donatio paulo ante ingressum ob reg. l. lecta. ff. si cert. petatur. Vid. Neguf. quæst. 10. num. 49. Gasp. Thes. quæst. Forens. 56. lib. 2. Pegner. decis. 252. & Gratian. decis. March. 37.

SVMMÆ.

1 *Curator, functus tutela munere, àn ab adulto heres institui possit, vel ab eo legatum, & liberationem consequi, & num. seq.*
2 *Io. Baptista Costa, praceptor auctoris.*
3 *Tutor, vel Curator non potest inducere pupillam, & minorem, vt sibi relinquant in testamento.*
Quando censeantur inducti minores ad relinquendum curatoribus.
4 *Cimilis causa differenda quousque cognitum sit de falso.*
Testamentum conditum fuisse ad suggestionem, ad importunas preces, vel coactè, ex quibus prasumendum.
5 *Fraus prasumitur ex actis incontinenti.*
6 *Donatio facta per pupillum vix egressũ tutelam ipsi Curatori, non valet.*
Idem dicendum de acceptilatione.
Pupillus etiam statim postquam egressus est tutelam non donat validè, nec acceptilatione liberat tutorem.
7 *Tutori, Curatori non donat validè pupillus, nec eius filijs.*
de Persona ad personam non debet fieri fraus.
8 *Testantium voluntates sint libera.*
Testamenta impedientes puniendi.
9 *Testamentum an fuerit prohibitum, necne, qua nam inferant.*
10 *Clamor an arguat impeditum esse aliquẽ testari.*
11 *Festinatio nimia etiam boni, & sacramenti suspiciosa.*
12 *Testatorum iudicium licitum est blandis verbis in se prouocare.*
Declara.
Opinio Menoch. & auctoris.

De adulto relinquente Curatori, & De impediente testamentum. Cap. CII.

1 SÆpenumero incidit quæstio illa, An † curator posteaquam functus fuit tutoris munere possit ab adulto hæres institui, qui in suam tutelã peruenit, vel ab eo liberationem, vel legatum consequi. Et non posse putant Caldas in l. si curatorem. in verb. hũc contractum. C de in integr. restit. nu. 27. Borgnin. Caualc. de tut. num. 279. Duen. reg. 31. in verb. Administratores. versic. Sexto amplia, quia testamentum illud non videtur liberè conditum. Verum hanc sententiam falsam esse conuincit optimis rationibus doctissimus præceptor meus Io. Ba-

2 Baptista †Costa cons.26. & praeci pue ex l. Aurelio. §. Caius. ff. de lib. leg. l. fi. ff. de leg. 1. eam tamen opin. ita demũ ait procedere, si adsint coniecturæ, ex quibus colligi possit non carere testamentum fraudis suspicione, puta quia nimijs blanditijs, importuna suggestione, & suasionibus veluti vim quãdam adhibitam fuisse adulto, & ab eo liberationem, vel aliud legatum extortum fuisse appareat, iuxta Add. ad Afflict. decis.69. Apost. ad Dec. cons. 439. Alciat. in l. 1. C. de sacrosf. Eccles. Menoch. de Arbitr. cas.395. in fin. Vide Ias. cons.145. volu.4. Decian. resp. 32. num.19. lib.3. resp.65. nu.16. libr.
3 2. Et ideo dum †ait Borgn. d. loco nõ posse tutorem inducere pupillam, & minorem, vt sibi testamẽto relinquat, debet ita, vt dixi, intelligi. Facilius tamen inductus creditur adultus. Prædicta postea late comprobantem reperi Guttier. De tut. 2. par. cap.14. num.13. cum seq. quamobrem ego olim respondi testamentum, in quo relicta essent curatori legata minime valere ob infinitas suspiciones suggestionis, & importunarum precum. Primo enim testator non solum erat imbecilli iudicij ob minorem ætatem, sed etiam ob grauem aduersam valetudinem, qua homines dum laborãt solent facilius quiduis petentibus cõcedere, & interrogantibus morem gerere, vt se à vexationibus eximant. Doct. in l. 1. §. si quis ita. ff. de verb. oblig. & accedebat reuerentia, Decian. d. resp.65. lib.2. num.2. Menoch. de præs. lib.4. præs.11. nu.9. Secundo curator, idemque legatarius falsi fuerat insimulatus, & de eo crimine accusatus ob illud testamentum.

Hac autem falsitatis allegatione cõ tantum vtebar, vt aduersarium à petitione excluderem, vel vt causa ciuilis
4 †eo vsque differretur, quo de falsi delicto esset cognitum, iuxta l. 1. C. de ordin. cogn. l. 2. C. de falsis, & in tit. C. de ordin. iud. Put. decis. 98. lib. 1. Capic. decis.5. & decis.25. Mart. in decis. Pisan. vot.52. Afflict. decis.229. Roll. Vall. cons.13. volum.2. non autem vt illo puniri deberet, cum meum nõ sit litem criminum intendere, & persequi. Tertio cum legatarius esset tabellio, forensium, & testamentariarum cautionum peritus, testator autem tantum non analphabetus, eoq; modo testamentum fuisset cõditum, quo à prudentissimo quoque, & consultissimo dictari solet, non modica inde oriebatur suspicio suggestionis, maxime cum viderem ex altera parte in nominibus quorundam legatariorum ipsi testatori sanguine iunctorũ, erratum fuisse, quorũ nomina ipsum memoria tenuisse erat admodum verisimile, ita vt vrgens inde colligeretur præsumptio tunc temporis eum in articulo mortis fuisse constitutum, atque adeo animam egisse, vt in accusatione falsi opponebatur. Quarto tutor in facto mihi proposito, qui sex fere annis tutelam minoris neglexerat,
5 †statim, ac intellexit eum morbo laborare, eundem ad se in domum suã transferendum curauit. Tib. Decian. d. resp.32. Quamobrem ex hac nimia, tam repentina, & affectata mutatione, & diligentia suspiciosa res mihi videbatur, arg. eorum, quæ tradit gloss. in l. si quis sub conditione. ff. de cond. inst. cap. cum teneamur, de præbend. Concurrebat quinto loco præsentia ipsius legatarij curatoris, in qua maximum merito constituit fundamentum, Cost. dict. cons.26. in fin. Et tandem vix peruenerat ad pubertatem minor ille, cum fecit testamentum, ex actis autem incontinenti præsumimus fraudem. Doct. in cap. officij de elect. in l. si ventri. vbi Rip. ff. de priuil. cred. l. 1. §. q̃ onerandæ. D. qua-
6 rum rerum act. † non detur, ideo donatio

natio facta per pupillũ vix egressum tutelam ipsi curatori, non valet Caroc. decis.16. num. 30. Eadem ratione ait Rebuff. in Const. Reg. tit. de donat. & alijs dispos. g'oss. 2. num. 2. acceptilationem factam à pupillo tutori, vel curatori, vel alteri administratori durante tutela, vel statim ea finita non valere. Duen. d. reg. 31. versic. Secundo amplia. Cæterum quod pro-
7 hibetur † ipsi tutori, & curatori, censetur pariter interdictum illius filijs, vel nepotibus, ne fiat fraus de persona ad personam, l. pupillus. §. fin. vers. sed & si per interpositam. ff. De auct. tut. Rebuff. d. tit. de donat. glossa quinta in fine. Guttier. de tut. 2. part. cap. 14. num. 11. Liberæ sint igitur testan-
8 tium voluntates, † l. 1. C. de sacrosanct. eccles. quas impedientes puniri debent. Cum in hanc rem instituta sint, & ciuilia, & criminalia iudicia, l. 1. ff. si quis aliquem test. prohib. l. 1. C. eod. Menoch. de Arbitr. cas. 395. in princ. Caroc. d. decis. 16. nu. 32. & in hac ma-
9 teria prohibitionis testandi, vel † dolosæ persuasionis, & inductionis ad testandum sæpe illud occurrit considerandum. An incontinenti, an ex interuallo quid gestum sit. Præ oculis. n. habebit prudens iudex ea, quæ in ipso actu testandi contigerunt, quæ paulo ante, & post, iuxta Menoch. & Caroc. locis citatis, vbi num. 17. & seq. ait ex
10 vociferatione, & clamore † indignãtium, vel timentium, ne reuocentur relicta à testatore, præsumere posse iudicem iustum impedimentum, vbi statim testator mortuus est, quasi clamore illo à mente fuerit alienatus, & impeditus testari. Thes. lib. 2. Quæst. Forens. quæst. 49. Nimis festinatum
11 † etiam dolosè sacramentum extremę vnctionis dicitur impedimento esse. Cæterum blandis verbis iudicium postremum testatoris in se prouocare, &
12 institutionem mereri non est † prohibitum, l. fin. C. si quis aliquem testari prohib. l. 1. ff. eod. dummodo alter nõ esset institutus, iuxta opin. Ang. Men. d. cas. 395. in fi. Guttier. De tut. 2. part. cap. 14. num. 7. Quam tamen opinionem ego non probarem, vbi quis se continuit intrà limites verborum blãdorum, nam si eos excessit, & tamquã machinas admouit ad expugnandam voluntatem testatoris, tunc etiam nullo alio instituto, non valet testamentum. Hanc eandem opinionem m ã sequitur Caroc. d. loco num. 27. Matt. in decis. Pisan. vot. 89. & postea reperi Fabr. li. De error. Prag. decad. 38. err. 8. eandem probantem, requiritur enim dolus, Duar. ad d. tit. licet reuera vxoriæ, & maritales blanditiæ sint valdè potentes, vt apud Liu. decad. 30. de Sophonisba. Verum opiniones inter se dissentientes, ita poterit fortasse quis conciliare, vt altero instituto, licet permittantur blanda verba, quibus testatoris voluntatem quis in se prouocet, etiam si in alterius damnum id sit redundaturum; tamen non passim id sit admittendũ, neq. tantum tribuendum prouocanti, & allicienti ad se instituendum testatorem eo casu, quo alter repetitur institutus, quantum eo, quo nullus. Sed indistinctè placet opin. contra Ang.

S V M M Æ.

1 *Laudemium ab emptore soluitur domino directi dominij.*
2 *Laudemium an debeatur, vbi venditio sit cum pacto redimendi, an vnicam, an duplex.*
Laudemium an debeatur, vbi discessum fuit ab emptione.
5 *Venditio dicitur perfecta, licet adsit pactum retrouendendi.*
Reuenditio virtute pacti dicitur sequela primæ.
Laudemium an soluatur in retrodatione vigore reseruationis dominij.

4 V

4 Vectigal. siue gabella an sit soluenda ob reuenditionem vigore pacti factam.
Pactum de reuendendo quando dicatur adiectum incontinenti.
2 Vectigal duplex an sit soluendum pro contractu renouato.
Nouus contractus quando dicatur.
6 Laudemium duplex an debeatur quando quis emit rem sibi, & alteri eligendo.
8 Laudemium an soluendum, vbi emptor tenetur praeferre venditorem.

De Laudemio, & Vectigali. Cap. CIII.

INgens est inter Doctores quaestio circa laudemium, siue laudatiuũ,
1 quod † ab emptore soluitur domino directi dominij propter feudales res, vel emphyteuticas. Guid. Pap. q. 405. & 415. Cass. in consuet. Burg. tit. De retract. rub. 10. §. 10. gloss. 2. nume. 7.
2 An videlicet debeatur, vbi venditio fuit facta, adiecto pacto fiduciae, siue de retrouendendo. Boer. decis. 182. num. 39. & decis. 234. in fine. Tiraqu. latè de retract. conuent. §. 6. num. 19. & 20. Cagn. ad l. 2. C. de pactis, nume. 237. quos vna cum alijs citat Thes. decis. 75. Qua in quaestione haec fuit sententia, & distinctio Tiraq. d. loco, & aliorum de quibus inferius. Vbi laudemium, siue vectigal, est soluendum. ob venditionem, tunc aut disceditur ab emptione, quae initio erat nulla, vel resoluta fuit ob pactum legis commissoriae, vel addictionis in diem verbis directis in contractu, vel post incontinenti adposito, & tunc nullum debetur laudemium, Gram. decis. 74. num. 27. Sola in suis comment. in antiq. Const. gloss. 1. super prima part. decr. tit. De iure emphyt. num. 37. & seq. Maur. Burg. de laudem. part. 2. Insp. 2. num. 18. secus si verba obliqua essent adiecta. Vid. Amed. à Ponte De Laud. quaest. 39. Aut adest pactum de retrouendendo, & tunc dubitari posset vnicumne, an duplex debeatur laudemium Amed. de Ponte De laud. quaest. 37. latiss. Sed eo casu aut huiusmodi pactum adiectum fuit incontinenti, aut ex interuallo. Priore casu
3 soluitur laudemium ex prima † venditione, quam fuisse perfectam innumerabilibus rationibus, probat idem Tiraq. d. tract. §. 2. gloss. 1. nume. 54. Mantic. de tacit. & ambig. Conuentr. lib. 4. tit. 32. nu. 2. ob reuenditionem autem, cum ea sit veluti sequela prioris venditionis, nullum debetur laudemium, nam perinde est, ac si vna tantum esset facta venditio. Tiraq. d. tract. §. 1. gloss. 5. nume. 1. Surd. decis. 321. Sic etiam in retrodatione facta vigore reseruationis dominij, non soluitur laudemium. Surd. decis. 305. Stephan. Gratian. lib. Discep. cap. 180. n. 14. qui latè hac de re agit. Altero casu debetur duplex laudemium; vnum ex prima venditione, alterum ex reuenditione. Crau. cons. 1. Pro genero. num. 291. Rot. Auen. decis. 122. num. fin. in decis. diu. Tom. 3. Boer. cons. 3. & cons. 42. Borell. in Sum. Decis. titu. 35. num. 72. & seq. Haec autem distin-
4 ctio † vigente eadem ratione adhiberi poterit, quotiescunque ob contractum venditionis, ita cauete lege municipali erit soluendum vectigal aliquod, siue gabella. Incontinenti autem dicitur adiectum pactum, & eodem contextu, si eadem die adiectum fuerit. Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gloss. 4. Sic etiam si contractus sit re-
5 nouatus, † duplex vectigal solui debet. Surd. cons. 202. num. 2. & 30. vbi docet, quandonam dicatur nouus contractus, nisi tamen incontinenti reno-
6 uetur. Eodem modo si renoceturf † ex interuallo, debetur duplex laudemiũ, & vectigal, secus si incontinenti. Qua de re D. Cost. De re integra Distinct. 1. num. 4. Maur. Burg. De laud. par. 2. In-

Inspect. 11. Debetur etiam duplex †
7 laudemium, quando quis emit rem sibi, & amico absenti, & eligendo si ex interuallo illum eligat, & in locum suum subroget Franc. Marc. quæst. 558. Sola d. loco num. 11. Idem di-
8 cendum, quando † adest pactum de præferendo vẽditorem cuicunq. alij, vbi emptor velit vendere. Latè Steph. Gratian. d. cap. 180. vbi multa tractat huc spectantia. Surd. decis. 305.

S V M M Æ.

1 Iussus auctoritas, consensus, ratihabitio differunt.
2 Iussus debet præcedere.
3 Auctoritas in ipso negotio interponitur.
Ratihabitio sequitur.
4 Auctoritas tutoris postea interposita nullius momenti, nisi incontinenti interponatur, & num. 6.
Tutor in negotijs pupilli debet esse præsens.
5 ad Solemnitatem, & ad integrandam personam pertinentia nequeunt diuidi.
6 L. si quis 25. §. iussum, ff. de adquir. hæred.
L. obligari, §. tutor declarantur.
§. Tutor de auct. tut. exponitur.
7 Consensus requisitus in contractibus minorum, & mulierum an possit præstari ex post facto.
Destingue circa cõsensum num. 8. & seq. an ex interuallo possit adhiberi.
8 Consensus alius confirmatorius superioris alius paris.
9 Iuris patronatus donatio an valeat superueniente consensu ordinarij.
Postea, dictio, variè accipitur.
10 Pro Forma actus quod requiritur, debet in ipso actu interuenire.
11 Indiuiduum dicitur quidquid ad solemnitatem actus requiritur.
Consensus superueniens an validet actum
Consensus patris præstandus filio in iudicio.
12 Consensus requisitus in ipso actu, potest incontinenti interponi.
13 Si consensus alicuius absentis requiratur, poterit actus sine eo explicari, nisi breuis sit rediturus absens.
Consensum an sit requiri.
14 Consensus præsumitur interuenisse ob diuturnitatem temporis.
15 Iussus patris quando præsumatur in adeũda hæreditate.
Actus simultanei præsumuntur facti iuxta ordinem iuris.

De auctoritate, & consensu. Cap. CIV.

1 NEmo est, qui ignoret † discrimẽ inter iussum, auctoritatem, cõsensum, ratihabitionem, iussus enim
2 præcedit, auctoritas in ipso negotio
3 debet interponi, † ratihabitio subsequitur, l. si quis mihi bona 25. §. iussum, ff. de acquir. hæred. l. obligari, §. tutor. ff. de auct. tut. l. nunquam. ff. de vsucap. §. tutor. in Inst. de auct. tut. vbi Doct. Quamobrem si auctoritas tutoris postea interponatur nullius erit †
4 momenti. Gratian. lib. 2. Discept. Forens. cap. 235. num. 8. oportet enim tutorem in omnibus pupilli contractibus, commercijs, & negotijs corporẽ præsentem esse, & probare quod agitur l. 3. ff. eod. neq. quidquam efficiet ex interuallo ratihabitio, quæ alioquin solet retrotrahi. Nam quæ ad solemnitatem contractus, & ad perso
5 nam † integrandam pertinent, ea nequeunt diuidi a contractu. l. 1. §. 1. ff. de verb. oblig. Poterit tamen incon-
6 tinenti a tutore præstari † auctoritas post contractum. Bart. in d. §. iussum. Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gloss. 5. nu. 7. & De leg. connub. gloss. 6. in verb. Consentement in princ. Paul. Mont. De tut. cap. 30. De auct. tut. num. 50. Et hoc est, quod dicitur in d. §. iussum, interponi auctoritatẽ tutoris perfecto negotio, id est,

X incon-

incontinenti, & ideo si intercesserit modicum temporis interuallum, nō erit inualidus contractus gloss. ibidem, & in d. §. tutor. Et exponi potest, Perfecto negotio, idest, statim ac est peractum negotium, in repræsenti, & si in ipso tractatu & gestu negotij non interfuit. Borchol. in d. §. tutor. quemadmodum in repræsenti quis dicitur constituere, idest, statim, ac solutum est, l. 1. ff. de solut. & dixi cap. 117. De solutionis declaratione. Qua lege fretus Cuiac. lib. 13. Obser. 31. probat auctoritatem posse post negotium gestum interponi. Sic etiam
7 dicimus † de consensu, qui ex post facto non potest præstari. Et ideo in contractibus mulierum, & minorū, in quibus requiritur consensus proximiorum, ita passim cauentibus legibus municipalibus, vt hic Ticini iuxta Menoch. latè agentem lib. 2. de Arbitr. cent. 3. cas. 211. & seq. debet interuenire in ipso contractu, Bald. in l. 1. C. qui admitti, num. 59. Bart. Castr. Alex. in l. si cum dotem, §. eo autem tempore, ff. solut. matrim. Verum quoniam hoc non caret difficultate, vt videre est ex his, quæ abunde scripsit circa consensum in ipso actu interponendum, vel post Rol. Vall. cons. 97. lib. 1. Natt. cons. 651. Carpan. ad Stat. Med. cap. 300. & cap. 328. nu. 258. vol. 1. Tiraq. in d. verbo consentement in princ. ideo sic posset
8 distingui. Aut agitur de consensu † confirmatorio, siue approbatorio Superioris, aut de consensu paris, primo casu etiā ex interuallo potest subsequi. Bald. & Ang. in d. §. iussum. Et ideo Dec. cons. 639. nu. 4. respondit dona-
9 tionem † iurispatronatus valere, etiāsi ex interuallo consensus ordinarij superueniat. c. cum de iure patron. nam verbum postea, interuallum significat. l. iurisgentium. §. quinimmo. ff. de pactis, & traditur in l. quoties. §. si quis ita. ff. de hæred. inst. licet variè accipiatur vt per Oct. Vulp. de Præp. in verb. Postea, & dixi in præfat. Qua de re postea vidi d. Costam late agentem de re integra. Distinct. 33. Gratian. Discept. 577. num. 39. Secundo casu aut consensus requiritur ob interesse illius, qui debet interuenire. & idem recipitur, vt etiam postea accedens confirmet contractum. l. 1. §. prodest. ff. Quorum leg. Surd. decis. 99. num. 14. Et ideo, quando desideratur ad validitatem renunciationis consensus illius, cuius bonis, & hæreditati fuit renunciatum l. fin. vbi Doct. C. de pactis etiā ex interuallo subsequi poterit. Aut non agitur de interesse debentis consentire, sed ad solemnitatem actus requiritur consensus, & tūc debet adhiberi in ipso actu. Ias. in l. 1. §. 1. ff. de verb. oblig. Ant. de Butr. in c. cum consuetudinis. De consuet. Dec. cons. 503. nu. 5. Thes. decis. 99. nu. 11. Mynsing. lib. sing. Obser. cent. 2. cas. 34. Ioan. Mohed. decis. 85. Osasc. decis. 166. nu. 8. & seq. Borgn. de tut. & curat. num. 313. & seq. Stephan. Gratian. lib. 2. Discept. Foren. cap. 379. num. 5. & seq. Nam quod
10 requiritur † pro forma actus debet in ipso actu interuenire l. his verbis §. interdum ff. de hæred. instit. l. matrē. C. de probat. & qualitas substantialis alicuius rei debet initio adesse. Cæuall. in suo tract. commu. contra commu. quæst. 2. nu. 72. diciturq. indiui-
11 duum † quidquid ad solemnitatem requiritur ita, vt ab actu nequeat diuidi. Tiraq. in d. verbo consentement num. 4. Aut consensus requiritur simul ob interesse illius, cuius desideratur consensus, & ob fragilitatem personæ, & tunc pariter in ipso actu debet interuenire. Dec. dicto cons. 503. num. 5. Et licet consensus superueniens non validet actū, tamen quando actus non est omnino ipso iure nul-

nullus, tunc ratihabitio illũ conualidat vt tunc. Surd. decis. 70. num. 22. De consensu patris præstando filio in iudicio. Zuccard. in d. l. 1. C. qui admitti. num. 62. Afflict. vbi Vrsill. decis. 180. Verum quotiescunque re-
12 quiritur in ipso actu, satis erit † , si incontinenti interueniat, idest, ante quam diuertatur ad actus extraneos. Bald. in d. l. 1. C. Qui admitti num. 61. c. indemnitatibus. §. sin autem
13 nulla. de elect. † lib. 6. Quod si ille cuius consensus requiritur, absit, poterit actus explicari sine eius consensu, nisi breui sit rediturus. Carpan. ad Stat. Med. d. capit. 300. nume. 31. & vbi opus est consensu satis est illum requiri. &, si quis requisitus sine causa detrectet consentire, adiri debet superior, & sine eius consensu poterit actus fieri. Barb. cons. 12. num. 2. vol. 1. Abb. in c. tuæ Fraternitatis. num. 3. de Cler. non resid. & & in c. nullus. de iure patr. Men. de de arbitr. cas. 182. num. 12. vide Carpan. d. c. 328. nu. 306. Cæterum ob tẽporis diuturnitatem præsumendum
14 puto consensum † interuenisse. Alex. in l. 2. §. voluntatem. ff. solut. matrim. Crau. cons. 204. num. 9. & 10. Gabr. lib. 1. commu. opin. De præsumpt. con
15 cl. 1. † nu. 5. Præsumitur autem iussũ patris in adeunda hæreditate præcessisse, vbi vno, & eodẽ tempore adeũt, ea enim est ratio actus Simultanei, vt iuxta ordinem iuris censeatur factus. Ias. in l. is qui. §. neque num. 12. 13. ff. de adquir. hæred.

SVMMÆ.

1 *Interdictorum species.*
2 *Rem l. fin. C. de Edict. D. Hadr. est adipiscendæ possessionis.*
3 *Rem. d. l. fin. hæredi scripto datur, nisi adsit legitimus contradictor.*
4 *Exceptio requirens altiorem indaginem an impediat missionem in possessionẽ ex Edict. D. Hadr.*
Filius an impediat hanc missionem in possessionem.
5 *Fideicommissarius an impediat missionẽ in possessionem ex l. fin. C. de Edict. D. Hadr.*
Alexander Lodouisius Cardinalis Illustriss.
6 *Filia an mittatur in possessionem vbi agnati volunt probare bona feudalia.*
7 *In Possessionem missio an impediatur hæredi, per probationes incontinenti.*
8 *Legatarius si statim doceat de iure suo cessat interdictum. Quorum legatorum.*
Quid de Fideicommissario.
9 *Dominij defectus an impediat hanc missionem in possessionem.*
In hac missione impedienda distinguitur an quid probari possit statim, nec ne.

De missione in possessionem ex l. fin. C. de edicto D. Hadr. toll. impedienda. *Cap. CV.*

1 INterdicta quædam † adipiscendæ possessionis causa comparata sunt, quædam retinendæ, quædam recuperandę. §. sequens diuisio. in inst. De interd. inter cætera remedia adipiscendæ possessionis enumeratur illud, qđ
2 competit † ex l. fin. C. de edicto. D. Hadr. tollendo. Menoch. de adipiscẽda possess. rem. 4. Datur aũt hoc remediũ
3 hæredi † scripto nisi missionẽ in possessionẽ impediat aliq̃s legitimus cõtradictor, qui statim probet suam excep-
4 tionem, nam exceptio † requirens altiorem indaginem non impedit huiusmodi missionem in possessionem. Doct. in l. 2. & in d. l. fin. C. de edict. D. Hadr. tollendo. Afflict. decis. 119. nu. 7. Guid. Pap. quæst. 133. Seraph. Oliu. decis. 83. Benint. decis. Bonon. 83. vbi ait impediri hanc missionem in possessionem per probationes incõtinenti, Quamobrem filius, qui incon-

tinenti, arbitrio videlicet iudicis, vult probate vitium præteritionis, impediet hanc missionem in possessioné. Menoch. de arbitr. cas. 12. sic etiam
5 † eandem impediet fideicommissarius. Natt. cons. 234. & 336. Morot. resp. 50. numer. 12. Rol. Vall. cons. 2. nu. 34. lib. 3. & latiss. Surd. decis. 333. nam cum hoc remedium sit adipiscendæ, admittet exceptionem illam, Dolo facis petere, quod statim es restiturus. Morot. ibidem contra Mariscot. lib. 1. Var. Resol. cap. 1. num. 2. qui refert iudicatum fuisse non semel per Rotam, & maxime coram Illustrissimo Alexandro Lodouisio Arch. Bon. qui nunc Cardinalis fuit creatus ob ob maxima in Christianam remp. merita. Eadem ratione filia non mittitur in possessionem, vbi parati sunt
6 † agnati ad demonstrandum inconti nenti bona esse feudalia, ad quorum successionem filia nequit adspirare. Gozad. cons. 50. num. 20. & 26. Alb. cons. 661. alias secus erit. Rol. Vall. dict. cós. 2. n. 42. Alex. Raud. cós. 18. n. 156. vol. 1. vbi tria requirit. & resp. 14. lib. 1. Marisc. lib. 2. Var. Resol. ca. 121. n. 79. Eodem modo vbi probationes of
7 feruntur † incontinenti per restitutionem in integrum impeditur hæc missio, & per exceptionem nullitatis licet sit lata sententia de mittendo in possessionem. Menoch. dicto rem. 4. nu. 912.
8 & nu. 879. & vbi legatarius statim † docet de iure suo, tunc cessat interdictum, Quorum legatorum, nisi sit locus legi Falcidiæ. Natt. dicto cós. 234. Surd. d. decis. 333. nu. 4. & 5. qui tamē ait secus esse in fideicommissario, licet sit detrahēd a Trebellianica. Præ
9 terea si incontinenti probetur † defectus dominij, hæc probatio impedimento erit dictæ missioni in possessionem. Menoch. d. rem. 4. num. 751. Surd. cons. 451. num. 17. Hæc enim probatio excludit omnem suspicioné fraudis. Dec. cons. 424. nu. 7. & ideo, ne omnia consectemur, concludo in vniuersum missionem ex d. l. fin. impediri ob probationes, quæ fiunt incontinenti a contradictoribus, secus si altiorem indaginem requirant. Fœnut. de momento temporis cap. 14. num. 12. Et nullibi crebrior est huiusmodi distinctio, An videlicet quid fiat incontinenti, an ex interuallo, quam in materia d. l. fin. vt ex Menoch. d. rem. 4. colligitur. Milan. decis. 3. part. 1. num. 131. & 136. cum seq. Marisc. dicto c. 121. nu. 78. & ex his, quæ dixi publicè circa illius l. expositioné, & præcipuè circa illam quæstionem, An missio ex illa l. fin. impediatur à vitijs, quæ oculis subijci non possunt, quemadmodum ab ijs, quæ oculis cernuntur. Doct. in l. 2. C. de ed. D. Had. toll. Bart. in d. l. fin. num. 2. Dec. num. 43. Men. d. rem. 4. nu. 726. & de Arbitr. d. cas. 12. Surd. cons. 263. nu. 7. 8. & 9.

SVMMÆ.

1 *Fideiussori ab hærede debitoris soluendū, quod ille soluit pro debitore. l. quod dicimus, ff. de solut.*
2 *Prouerbium, Cum sacco adire.*
3 *Debitori modicum tempus concedendum, vt possit soluere.*
4 *Condemnatis quodnā tempus concedatur ad soluendum. Dies iusti olim concessi debitorib. Debitorum sectio inhumana sublata.*
5 *Prouerbium vulgò iactatum. Nimis properas Marcelle.*
6 *L. 1. C. de execut. rei iud.*
7 *Pignora nō sunt capienda ante rē iudic. Properantes serius rem absoluunt.*
8 *Horatij locus. Mactata hostia lenior. Paræmiographus reprehensus.*
9 *Bartholomaus Regius.*

De tempore concedendo ad soluendum. *Cap. CVI.*

1 SI fideiussor † soluat, debet non solum is, pro quo facta est solutio vt dixi

dixi cap. 58. sed etiã eius hæres statim soluere fideiussori, quod ab eo est solutum ante aditam hęreditatẽ. Quod tamen ait I. C. in l. quod dicimus. ff. de solut. cum aliquo est accipiendum
2 temperamento, neq; enim cum † Sacco adire debet. Stephan. Gratian. lib. 1. Discept. Forens. cap. 42. nu. 36. Hæc postrema verba prouerbiale continẽt schema, iactariq; de quo uis solebant, qui postularet, vt statim exhiberetur illud, quod peteret. Alciat. lib. 2. Parerg. cap. 8. Non statim igitur compel
3 lendus † est debitor, vt soluat, sed modicum aliquod tempus arbitrio iudicis est concedendum, intra quod possit pecuniam parare. Menoch. de Arbitr. cas. 27. Gratian. d. num. 36. Con-
4 demnatis pariter tempus concedit † iudex arbitrio suo, nam l. vlt. C. de exe cut. rei iud. præfiniens tempus quattuor mensium procedit quidem in ciuilib. Men. de Arb. cas. 334. Gratian. lib. 2. Discept. c. 353. n. 7. Sed in personalibus, non autem in realibus actionibus. Men. de Arbitr. cas. 28. triginta dies olim dabantur iusti, quasi dixeris iustitium quoddam siue inter stitionem, & cessationem. Gratian. lib. 2. Discept. Forens. cap. 380. num. 23. vbi agit de debitoribus iudicatis quorum corpora addicebantur olim secanda inter creditores. Sed inhumana illa credulitas. Vid. Ann. Robert. lib. 2. Rer. Iud. cap. 15. quæ postea sublata. Neque vero legimus aliquẽ vnquam sectum fuisse. Anton. August. latè ad leges 12. tab. leg. 38. Immo nonnulli crediderunt illam sectionem non ad corpora, sed ad bona pertinuisse, licet Agellius, & Tertullianus aliud statuant: An. Rob. d. lib. 2. cap. 6. Prouerbiali pariter figura illud
5 iactatur † vulgo aduersus nimis festinantes, nimirum. Nimis properas Marcelle. Valenz. cõs. 6. num. 40. Sed animaduertendum Imperatores in l.
6 1. C. de † execur. rei iud. vndè hoc prouerbium videtur desumptum nõ vocandi, sed generandi casu verbo
7 Marcellæ vsos fuisse. Inquiũt † enim, Nimis properè iudex pignora Marcellæ capi, ac distrahi iussit ante rem iudicatam. Prius est ergo, vt seruato ordine, actionem adursus eam dirigas, & causa cognita sententiam accipias. Hactenus Imper. Qui nimis igitur properant serius absoluunt. Multa enim peccant, quæ postea repetenda, & iteranda. Scitum est illud D. Augustin. ad Petilian. 115. qui festinant, vsu aliquando venire, vt vestem, aut calceos peruersè induant, quæ res postea moram adferet. Langl. lib. 7. Semestr. cap. 1. pag. 291. Obiter etiam, posteaquam incidit ad agiorum mentio
8 puto falli † Parœmiogr. dum ait verba illa Horat. Ode. 19. lib. 1. Carmin. Mactata hostia lenior, dici figura prouerbiali de spontaneis, & mansuetis, nam Horat. eo in loco aliud spectauit, & ita accepit illa verba nimirum; Posteaquam erit mactata hostia, lenior fiet Glycera, idest facto sacrificio. Quo pacto etiam Cruquius illum locum exposuit, & eundẽ ita in familiari congressu olim declarauit doctissimus Bartholomæus Re-
9 gius † Germanus, cui plurimum me debere multis nominibus fateor.

SVMMÆ.

1 *Tertius potest venire ad iudicium.*
2 *Tertius accedens ad iudicium, in quo statu debeat illud accipere.*
3 *Tertius an possit impedire exsecutionem, & num. 15.*
Tertij comparitio inducit litis pendentiã, & attentata.
4 *Sẽtentia lata pro tertio prodest iam victo. L. is à quo, ff. de rei vind. exponitur.*
Tertius non impedit causa instituta exitum, nisi de iure suo doceat, & nu. 6.
Pignus quando dicatur addictum.
5 *Tertius in quib. casib. nõ admittatur, n. 7. & seq.*

6 *Tertius per calumniam non potest impedire exsecutionem.*
7 *Tertius petens editionem instrumentorũ, debet de iure suo docere. Idem si compareat contra mulierem agentem pro restitutione dotis ob vergentiam mariti ad inopiam. Mulier an impediat exsecutionem vbi agit contra maritum vergentem ad inopiam.*
8 *Trussus Trussius Senator Mediol.*
9 *Contra exsecutionem tertius opponit ius dominij, possessionis, & pignoris.*
10 *Tertius vbi allegat sibi rem fuisse pigneratam, quidnam agendum.*
11 *Hyperocha quid.*
L. A Diuo Pio. §. quod si res. ff. de re iud. declaratur. & num. 10.
12 *Tertius comparens si obtineat pro se sententiam, illa erit prima, nam aliæ contra alium latæ tertio non præiudicant.*
13 *Appellatio non censetur sublata quoad tertium.*
14 *Expensæ continentur in re iudicata.*
Tertius non impedit exsecutionem quoad expensas.
15 *Tertius non impedit exsecutionem sententiæ, vbi alienatio facta fuit in fraudem parat æ exsecutionis.*
Contra tertium an agi possit exsecutiuè respectu canonis, vel census.

De tertio veniente ad iudicium.
Cap. CVII.

1 QVANDO tertius † venit ad iudicium quod fieri posse traditur passim à Doct. Felin. in c. cum super. de re iud. num. 15. vbi Innoc. & alij, & in c. veniens. 2. De testib. Surd. decis. 60. & dec. 147. Andr. Gaill. Obs. 70. & 71. lib. 1. Hond. cons. 25. num. 27. lib. 1. latiss. Carpan. ad Stat. Mediol. lib. 1. c. 42. num. 209. & c. 160. num. 14. & seq. Giurba decisi. prima, Stephan. Gratian. libro terzo, Discept. Forens. capit. 439.
2 Tunc igitur solet ita distingui. Aut † tertius accedit ad iudicium, vt reum, vel actorem defendat, aut venit ad eorum exclusionem. Primo casu debet in eodem statu iudicium accipere, in quo reperitur, altero casu, secus. Ioseph. Lud. decis. Perus. 26. d. Costa de re integra distinct. 95. Fachin. lib. xj. Contr. iur. cap. 5. Laderch. cons. 175. num. 6. Giurba d. decis. 1. num. 24. & 27. & decis. 8. vbi num. 43. Fachin. reprehendit verum hoc secundo
3 casu, quo non † tenetur iudicium in eodẽ statu accipere, quæritur, an possit tertius impedire exsecutionem. Et distinguuntur aliquot casus, de quibus Bart. in l. a Diuo Pio §. si super rebus. ff. de re iud. Mynsing. Cẽt. 3. Obs. 73. Couar. lib. Pract. Quæst. cap. 15. & & 16. Surd. decis. 335. Est autem hoc regulare, vt impediat exsecutionem. Anchar. lib. 2. quæst fam. quæst. 44. Paris. cons. 107. num. 122. vol. 3. immo comparitio tertij inducit litis pendentiam, vt postea secuta, dicantur attẽtata. Lancell. 2. part. cap. 4. De attent. lit. pend. in præf. num. 177. & senten-
4 tia deinde lata † pro tertio proderit etiam alteri iam victo. Andr. Gaill. d. Obs. 70. lib. 1. & Obs. 122. num. 7. Andr. Fachin. lib. 1. Contr. iur. cap. 5. vbi ait non impedire tertium causæ institutæ exitum, nisi de iure suo docuerit, & exponit l. is a quo. ff. de rei vind. vide Steph. Gratian. lib. Discept. Forens. c. 261. num. 28. Gul. Guidobonum Aduocat. 61. & seq. Quod intelligitur, nisi exsecutio sit perfecta, & cõsumata, tunc enim non est, quod agatur de illa impedienda. d. §. si super rebus. §. si post addictum. Magon. decis. Florent. 104. num. 26. Andr. Gaill. dicta Obs. 70. tũc enim dicitur pignus addictum, quando nimirum rei distractæ capta fuit possessio. Giurb. decis. 64. num. 5. Prædicta regula cessat in multis casibus, in quibus tertius non admittitur, veluti si non igno-

5 ignorauit † processum, neque enim potest postea, sententia lata, se opponere. Hond. d.cons.25.num.28.lib.1. Gabr. cons. 28. num. 41. & 42. lib. 2. Fachin.d.cap.5. Mariscot. latè lib.2. Var. Ref. cap.121.num.2. & seq. De se ipso tunc conqueratur tertius, qui sciebat litem agitari, & sibi rationibusque suis non consuluit, sed tacuit. Boer.decis.79. Quod intelligit Couar. d.cap.16. numer.2.vers. Sed & si tertius vbi scientia potest nocere, alioquin non prohibebitur tertius se se opponere aduersus exsecutionem, licet sciuerit litem motam, veluti quãdo exsecutio ipsa tantum põt damnũ tertio afferre. Sic etiam non admitti-
6 tur † tertius, vbi apparet eum nihil aliud agere, nisi vt per calumniam exsecutionem moretur. Couar. d. cap. 16.num.2. quod ex multis poterit prudens iudex colligere, & maxime si animaduerterit, tertiũ sciuisse processum causæ, si intempestiue in ipso limine pignoris addicendi se opponat, si incõtinenti saltem summarie suum creditum non probet Myn. Cent. 2. Sing. Obser. cap. 1. Anch. dicta quæst. 44. num.6. Andr.Gaill. d.Obs.70. num. 23. Surd. cons. 181. num. 22. & seq. Natt. cons. 552. vbi admittit tertium probato credito, declaratque iudex arbitrio suo, an dicatur tertius incontinenti probasse, & docuisse de iure suo. Rip. in l. 4. §. condemnatum. num.32. ff. de re iud. Menoch.de Arbitr. cas.18. Sebast.Sap.ad Abb. in c.
7 veniens. De testibus. Sic † etiam tertius petens editionem instrumentorum, vel actorum debet docere sua interesse. Gaill.lib.1.Obser.cap.134. idẽ de tertio dicimus, qui cõparet aduersus mulierem agentem ad restitutionem dotis marito vergente ad inopiam. Chart. decis. 47. quo casu mulier impedit exsecutionem. Sed vide Chart.decis.8. Neque iudex admittet tertium ad impediendam exsecutionem, vbi illius conditio non sit deterior. Surd. d. decis. 335. num. 23. Hinc fit, vt nõ inhibeatur exsecutio, vbi facilè potest recuperari possessio. Borgnin.decis.27.nu.37. De contract. part.2. Milan.decis.12.nu.128.part.2. Illustriss. Tuscus tom.8. lit.T. concl. 86.nu.13. & nõnullis annis ante respõdi tertium non esse admittendum, cum intempestiue nimis venisset ad impediendam exsecutionem, incontinenti non doceret de iure suo, nec tertij ius fieret deterius, allegabat enim anteriorem hypothecã, quæ illi vbique erat duratura. l.sicut.§.non videtur.ff. Quibus modis pign. vel hyp. & cum hac de re agerem cum sapientissimo viro, & Senatore amplissimo †
8 Trusso Trussio, tunc Ticini Prætore, illius doctrinam, & acre iudiciũ summopere sum admiratus, vt etiam in alijs causis, quas coram eodem tractaui. Addo prædictis Giurb. decis.61. vbi Natt.cons.552. improbat. Et licet
9 possit quis opponere aduersus † exsecutionem non solum ius dominij, vel possessionis. d.§. si super rebus, sed etiã ius pignoris, tamen si allegat tertius sibi rem fuisse pignoratam, non im-
10 peditur † distractio, sed ita debet fieri, vt prius satisfiat habenti rem pignoratam, deinde reliquum conuertatur in causam rei iudicatæ. Osasc. decis.65.num.6. Giurb.d.decis.61.nu. 8. d.l.à Diuo Pio. §. quod si res. vbi traditur limitatio. §.præced. iuxta Alex. Castr. Duar.ibidẽ, & veluti ius quoddam singulare recipitur. contra l.mul-
11 la. C. de solut. † De hyperocha putat agi Duar.in d.§.quod si res. de qua in l.quærebatur. ff. qui potiores in pign. hab. Cuiac.lib.4. Obseru. cap.25. Alc. lib.11. Parerg. cap.1. Sed nihil prohibet, quin loquatur etiam ille text. de re pluribus obligata, cum tamen hyperocha sit, vbi fuit obligatus priori fundus

fundus, posteriori autem hyperocha eiusdem fundi, idest, quod plus est in pretio fundi, quam in prioris credito. immo potest contingere, vt in d. tex. posteriori, qui rem iudicatam pro se obtinuit, non fuerit res obligata. Redeo ad illud quod initio constitui, videlicet tertium impedire exsecutio-
12 nem, vbi comparet † pro eo, quod sua interest, & statim id ipsum docet, quã obrem de nouo contra tertium incipiet iudicium &, si contingat contra eum ferri sententiam, illa erit prima, nam aliæ sententiæ cõtra alium latæ, tertio non debent officere, vt nuper respondi. Couar. d.c.16.num.7. Hond. d. cons. 25. nu. 22. & 27. cum etiam
13 sublatá † appellatione per statutum vel alio pacto, non censeatur id procedere quoad teritum. Carpan. d. nu. 209. Surd. cons. 271 nu. 22. & 55. &
14 licet in re iudicata † contineantur expensæ, illeq; dicantur rei iudicatæ accedere, tamen non puto tertium impedire exsecutionem quoad expensas, in quibus fuit quis condemnatus, cũ dispar ratio sit in promptu, quæ ex prædictis colligitur, inter causã principalem, & expensas, nam tertius impedit exsecutionem rei iudicatę solũ, vbi de ipsius damno agi potest, ne sentẽtia inter alios lata sibi officiat. Surd. cons. 499. n. 12. non autem vt prosit alteri, nam tunc in eodem statu teneretur iudicium suscipere. Tertius pa-
15 riter † impedit exsecutionem sententiæ, nisi sit facta alienatio in eum in fraudem paratæ exsecutionis. Vide Surd. cons. 405. nu. 10. cons. 533. Menoch. cons. 1187. Tretacinq. Varia. Resol. lib. 2. tit. De iudic. resol. 17. nu. 54. Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 68. num. 132. part. 1. Giurba, latè decis. 62. vbi quærit, an exsecutiuè respectu canonis agi possit contra tertium in instrumento non nominatum. Felic. a Sol. De censibus tom. 2. lib. 3. cap. 4. nu. 11. & 13. vbi agit de censu. Steph. Gratian. Discept. Forens. t6. nu. 17. & c. 141. num. 4.

SVMMÆ.

1 *Delegare quid.*
Delegare est soluere.
2 *Delegatione facta omnis perimitur obligatio.*
3 *Delegatus debitor cuius sit periculo.*
4 *Creditorem afficit periculum, & quando.*
5 *Depositum factum penes eũ, qui decoxit, an sit iterum faciendum.*
Fideiussor an sit iterum dandus, vbi factus est non soluendo.
6 *Implendum est aliquid semel.*
7 *Delegans an liberetur si sciat delegatum debitorem decoctorum.*
Foro cedere quid.
8 *Delegantis scientia, videlicet delegatum foro cessurum, quomodo probetur.*
9 *Scientia præsumptionem inducit statim secutum.*
De confitente debitum ante fugam.
10 *Delegatione etiam iure nouo inducitur nouatio.*

De delegatione facta creditori. *Cap. CVIII.*

1 QVi debitorem suum † creditori delegat, idest, vice sua alium reum creditori dat. l. delegare. 11. ff. de nouat. dicitur soluere concurrentibus necessarijs requisitis in delegatione. l. inter causas. §. abesse. ff. mand. l. si rem. in fine. ff. de nouat. gloss. fin. in l. quod debetur. ff. de pecul. Bald. cons. 115. nume. 1. vol. 5. Surd. decis. 23. num. 1. Rot. Gen.
2 decis. 60. ita, vt delegatione † facta omnis perimatur obligatio perinde ac solutione ipsa contingit. Et ideo si debi-
3 tor delegatus nõ sit soluendo †, id erit periculo, & dãno creditoris, cui facta fuit delegatio. l. si cum dotem. §. si cum mulier, vbi Bart. ff. solut. matrim. Vbi enim

enim actus rite fuit celebratus, peri-
4 culum † subsecutum afficit creditorē. Sic videmus receptum in deposito †
5 facto penes eum, qui decoxit, & in fideiussore dato, qui postea effectus est non soluendo, neque enim est iterum faciendum depositum, vel iterum præstanda fideiussio. Vide infra cap. 178.
6 Sufficit † enim aliquem semel illud adimpleuisse, quod facere tenebatur, vt multis docet Afflict. & ibidem Vrsill. decis. 173. Costa de Rata q. 121.
7 Quod si delegans † sciuerit campsorē delegatum breui temporis interuallo, cessurum foro, idest, decocturum, vt recte exponit Bud. in l. si hominem. 7. §. quoties. ff. mand. l. fin. C. de curat. bonis dando. Senec. lib. 4. de Benef. c. 25. Duar. ad tit. Dep. c. 4. versic. aliud singulare, & obseruauit etiam doctissimus Caball. Resol. crim. 105. nume. 16. tunc receptum est, eum non liberari ob dolum, vel liberari quidem, sed de dolo posse conueniri. Verum quidem est, non præsumi iuxta l. ve-
8 rius. ff. de probat. † delegantis scientiam, quæ tamen multis probari poterit coniecturis, & præcipue, si incontinenti post delegationem decoctio sit subsecuta, breuitas enim temporis, arbitrio iudicis diffiniendi, inducit
9 præsumptionem scientiæ, & consecutiuè doli. Imol. in d. l. si cum dotem. §. si mulier. Surd. dict. decis. 23. num. 12. Anton. Gabriel. De nouat. concl. 1. num. 29. Bero. cons. 197. nume. 7. & 8. lib. 1. Magon. decis. Florent. 39. nu. 10. Caroc. de excuss. q. 13. 10. quæst. princ. num 95. Ias. in l. singularia. nu. 40. ff. si cert. pet. Vid. Fab. de Anna. cōsil. 49. quamquam Surd. cons. 528. nu. 36. contra Iasonis sententiam putat excludi dolum, vbi delegans erat creditor campsoris, neque enim censetur tunc delegare animo fallendi, sed iuris sui conseruandi gratia. Sed probata scientia aliud sequeretur. Vide Mastrill. decis. 177. lib. 2. & Gratian. discept. 191. num. 10. & 14. vbi agit de confitente debitum ante fugam. Cæterum per delegationem etiam iure nouo inducitur nouatio, vt multis †
10 probat Surd. d. decis. 23. num. 5. & ipse tradidi in meis comment. ad tit. De oblig. num. 231.

SVMMÆ.

1 *Tutela virile munus.*
2 *Mater etiam debitrix potest esse tutrix.*
3 *Mater suscipiens tutelam filij quid teneatur præstare, & num. 6.*
4 *Mater tutrix filij an teneatur renunciare secundis nuptijs, & S.C. Velleiano.*
5 *Mater non petens tutorem filijs, arcetur à successione. Declara num. seq.*
6 *L. 2. §. si mater. §. confestim. ff. ad S.C. Tertyll. declaratio.*

De tutela matris, & illius onere tutoris petendi filijs. Cap. CIX.

1 TVTELAM administrare † virile munus est. l. 1. C. quando mulierem tutelæ officio fungi possit... arcenturq; idcirco ab huiusmodi administratione feminę, excepta matre, & auia. auth. matri, & auiæ. C. eod. Aret. in §. præterea. num. 52. De except. Præfertur autem mater omni-
2 bus, & † non iure successionis, sed pietatis ad tutelam filiorum admittitur. Surd. decis. 48. num. 9. & ideo etiam si mater debitrix sit filij pupilli, tamen non remouetur à gestione tutelæ. Surd. de alim. tit. 4. q. 13. num. 14. Verum
3 multa sunt † necessaria, vt valida sit hæc susceptio tutelæ, etenim tenetur
4 præcipue mater renunciare † secundis nuptijs, & S. Cons. Velleiano, ne quis dubitet cum ea contrahere, & litigare. Azo in Summ. C. Quando mul. Guttier. de tut. cap. 8. nume. fin. part. 1. & quidem incontinenti debet

bet fieri renunciatio, dum tutelam suscipit, ita, vt renunciatio ex interuallo facta etiam die sequenti non valeat. Rol. Vall. cons. 76. num. 6. & 7. lib. 1. Hond. cons. 23. num. 23. lib. 2. Paul. Monr. de tut. cap. 15. Cui def. leg. tut. num. 53. iuxta verba illa d. auth. Inter gesta. Vbi tamen relicta est tutrix in testamento, ex magis communi non est necessaria prædicta renunciatio. Hond. d. cons. 23. num. 24. Guttier. d. cap. 8. num. 39. contra Roll. Vall. d. cons. 76. num. 7. Paul. Mont. De tut. d. Cap. 15. Cui deferatur leg. tut. num. 54. Immo nunc videtur per non vsum veluti ab aula recessisse huiusmodi renunciatio. Vide Mont. d. cap. 15. num. 57. Prosper. Petr. ad Capic. decis. 50. Cæterum si ne-
5 que sit tutrix † mater, neq. filijs petierit tutorem, non habet ius vindicandorum sibi bonorum filiorum intestatorum vt inquit Vlpian. in l. 2. §. si ma
6 ter. ff. ad Tertull. † Quod verum si nō petat intra annum Doct. communiter in l. sciant. C. de leg. hæred. Gabr. de tut. concl. 1. Morot. resp. 82. Sed an succurratur matri aduersus non petitum tutorem filio, vbi sit facta maior ante petitionem, tractat Odd. de rest. in integr. quæst. 82. art. 3. At si si pupillus moriatur intra annum, mater excusatur. Surd. cons. 175. nu. 30. etiam si pauci dies de anno restarent. Gabr. d. concl. 1. num. 49. Gutt. de tut. part. 1. cap. 16. nu. 81. & seq. Stephan. Gratian. lib. Discept. cap. 72. num. 22. Non obest, quod idem Vlp. in d. l. 2. §. confestim, dicat esse confestim petendum, idest, vbi primum potuit, quia respondetur varijs modis ex Surd. d. cons. 175. num. 30. Guttier. de tut. part. 1. d. cap. 16. num. 79. qui tandem probat eam responsionem, quod verbum Confestim, et eius declaratio referatur solum ad speciem d. §. si mater, vbi priores sunt excusati, vel reiecti, licet nunc etiam hoc casu detur annus §. pen. in Inst. De S. C. Tertull. Tenetur etiam statim mater tutrix conficere inuentarium.

SVMMÆ.

1 *Pacta an incontinenti, an ex interuallo adijciantur contractibus plurimum refert.*
2 *Incontinenti quando dicatur pactum adiectum contractibus.*
3 *Feudis adiecta pacta.*
Conditio adiecta stipulationi quando faciat eam conditionalem.
Conductores dicuntur statim associati.

De pactis incontinenti contractibus adiectis. Cap. CX.

1 AN ex continenti, an vero ex interuallo pacta contractibus adijciantur plurimum refert: nam quę incontinenti fiunt, insunt contractibus, & vulgo dicuntur contractuū cohærentia vestiri Doct. in l. petens. C. de pactis, in l. lecta, ff. si cert. pet. vbi Hier. Buttig. nu. 62. 81. & seq. Hier. Brof. num. 36. Curt. nu. 1. & seq. Paul. de Montepico nu. 21. & seq. Hier. Gabr. cons. 65. vol. 1. Corn. cons. 288. vol. 3. Felin. in c. qualiter, & quando. De accus. Alex. con. 90. vol. 1. cons. 118. vol. 3. Tiraq. De retract. conuent. §. 1. gloss. 4. & seq. nu. 23. & seq. Hug. Donell. in l. in bonæ fidei. 13. C. de pactis. in verbo incontinenti, qui Doct.
2 † latissimè docent quandonam pacta dicantur incontinenti adiecta, & quam vim habeant tam in contractibus bonæ fidei, quam stricti iuris Anton. Mercat. in not. ad animad. Io. Robert. cap. 27. lib. 1. Quæ nunc non examino, quia latissimè omnia exposui in meis commentarijs in tit. De oblig. num. 178. & num. 183. Inde poterit quiuis ea depromere, q & Schola

rum

tum exercitationi, & vsui forensi sũt necessaria. Addo Mantic. De tac. & ambig. conuent. lib. 3. tit. 15. num. 45. & seq. Andr. Fachin. lib. 2. Contr. iur. c. 98. & seq. a quo paululum in nõnullis dissentio. In summa magna est vis pacti incontinẽti adiecti Rot. Rom. decis. 177. part. 1. in nouiss. nã & prius annullat. Surd. cons. 203. n. 20. & decis. 70. num. 3. & pacta rectè
3 † adijciuntur feudis contra eorũ naturã incontinẽti, non aũt ex interuallo. Balzar. De feudo non hab. num. 13. Conditio adiecta stipulationi facit eã conditionalem, si statim fuerit adiecta, secus si ex interuallo; nã tunc non facit conditionalem, sed purè contractam resoluit sub conditione. Parit. pactum ex interuallo subsecutum exceptionem, & stipulatio conditionalis potest purificari si fiat statim, non si ex interuallo, Mant. de tac. & ambig. conuent. lib. 14. tit. 41. num. 28. Alia sexcenta huiusmodi possent afferri, quæ consultò missa facio. Sic etiã idem iudicamus de associatione aliquorum facta incontinenti, quod de ipsa conductione, & ideo associati statim post conductionem sunt conductores. Osasc. decis. 76. num. 2.

SVMMÆ.

1 *Ius iurandum multiplex.*
2 *Iuramentum litis decisiuum.*
Iusiurandum delatum an possit reuocari.
3 *Iurare quis tenetur, vel referre iuramentum. Declara num. seq.*
4 *Via illi debet quis insistere, quam elegit.*
5 *Ad iusiurandum non debet quis conuolare vbi alias desperauit probationes. Contra num. sequentem.*
6 *Probatio per iuramentum magis priuilegiata.*
Potest fieri etiam post conclusum in causa, & post appellationem.
7 *L. manifestæ. ff. de iure iur. sententia.*
8 *Iuramenti delationi an censeatur quis renunciare assumendo in se onus probandi.*
9 *Iurandum an sit incontinenti.*
10 *Iudex an iuret statim, vbi absoluit victum ab expensis.*

De iuramento decisiuo. Cap. CXI.

1 MVltiplex est † iusiurandum iuxta Doct. in rub. ff. de iure iur. Inter cæteras illius species reperitur
2 iuramentum, quod dicitur litis † decisiuum, quod maximum est litium expediendarum remedium, vbi vel pactione litigatorum, vel auctoritate iudicis deciduntur con trouersiæ. l. 1. ff. eod. Delatum hoc iusiurãdum re integra potest reuocari. d. Costa de re integra distinct. 75. num. 6. Gasp. Thes. quæst. Forens. 16. lib. 1. Tenetur autẽ
3 quis vel iurare, † vel referre iusiurandum delatum. l. manifestæ. ff. eod. de qua lege Osasc. decis. 11. an videlicet possit recusari eo prætextu, quod velit recusans probare per testes. Et Cæuall. in suo tract. cõm. contra comm. quæst. 305. concludit procedere d. l. etiam si actor nihil probauerit. Fachin. lib. 1. c. 19. Contr. iur. nisi tamen initio assumpsisset onus probandi, & recusauisset iuramentum deferre, facit enim regula illa vulgata, ob quam
4 debet quis † viæ illi insistere, quam semel elegit. Et fuit hæc cõciliatio Dec. in cap. 2. de probat. num. 5. cum absur
5 dum sit † aliquem ad iusiurandum cõuolare, vbi aliam desperauit probationem. l. si quis iusiurãdum. in princ.
6 C. de reb. cred. Verum ego † hanc non probo opinionem, Etenim cũ adhuc possit actor probare, non debet ei denegari hæc species probationis. Et hanc sententiã late probat Crau. cõs. 207. Thes. decis. 93. num. 1. Osasc. de-

cif. 97. probatio enim per iuramentũ est magis priuilegiata, cum possit fieri incontinenti, & ideo etiam post terminum probatorium recipiatur iuxta Crauet. ibidem Menoch. de præsumpt. lib. 2. Præsumpt. 47. num. 5. ac post conclusum in causa, & post appellationem interpositam, modo incontinenti. Caroc. De iur. decisiuo. quæst. 9. l. generaliter. §. 1. C. de iur. iur. vbi gloss. in verb. Diffinitiua, ibiq; agitur de tempore, quo est iurãdum. Caroc. de iur. decis. quæst. 1. num. 3.

7 & d. l. manifestæ † enunciat indistinctè esse manifestæ turpitudinis nolle iurare, nec iuramentum referre, & viget eadem ratio siue quis conatus sit probare, siue secus.

Non obstat d. vulgata reg. quia nõ procedit cum iuramentum sit species probationis, & tendat ad eundẽ finẽ. Crau. dicto cons. 207. num. 2. non est igitur dicendum eum censeri re-

8 nunciare † delationi iuramenti, qui aggressus est probationes, nisi expresse renunciauerit, & ita procedit d. l. si quis iusiurandum, ibi, Renunciandũ putauit; talis enim variatio non est toleranda. Ex eo igitur solum, quod quis voluit probare, non censetur renunciare delationi iuramenti, cum probationes, tantum abest, vt sint incompatibiles cum iureiurando, vt potius eodem videantur spectare, & ita ille tex. potius contrarium probat. Posteaquam hæc scripseram incidi in locum, Fachin. lib. 1. Contr. cap. 20. qui eandem sequitur sententiam licet Surd. cons. 1 1 1. multis rationibus contrarium probet. Sed opinio mea videtur magis communis. Sane verior est. Carpan. ad Stat. Mediol. 100. num. 45.

9 Cæterum vbi iuramentum † est delatum, debet incontinenti iurari non autem ex interuallo Caroc. dict. tract. quæst. 6. vbi id declarat multiplici textu. Qua in re ego non video; quare non possit quis petere terminum ad deliberandum an velit acceptare iusiurandum, an secus. Quod etiam sentit Caroc. ibidem in fin. Neque repugnat l. non erit. §. fin. ff. de iureiur. incontinẽti etiam debet iurare iudex, qui ab-

10 soluit † victum ab expensis, non autẽ ex interuallo. Castr. in l. Paulus. 1. nu. 2. ff. de re iud. Asin. in sua praxi. §. 32. num. 29. vbi tamen subijcit contrariam inualuisse consuetudinem.

SVMMÆ.

1 *Vicini an præsumantur scire facta vicinorum, & num. 9.*
2 *Vicinus quis dicatur.*
3 *Testis debet sui dicti rationem reddere.*
4 *Testis an possit eam afferre rationem. Scio quia sum vicinus.*
Testis potest omittere maiorem propositionem in reddenda ratione, & deponere per enthymema, exemplum, inductionem.
5 *L. si ita. ff. de fundo instru. l. filium. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. sententia.*
Vicini mali.
C. quosdam de præsumpt. sensus.
C. cum dilectus de purgat. canonica expositum.
6 *Testis debet de his testificari, quæ sensu corporeo percipiuntur, & quomodo id procedat.*
7 *Testis depositio debet concludere, & quomodo.*
8 *Testis debet deponere de causa, non de occasione scientiæ.*
9 *Distinctio auctoris.*
Vicini præsumuntur scire facta vicinorum successiua, non momentanea. Declara.
10 *Scientia an præsumatur ex cohabitatione.*

De

De vicino, an præsumatur scire facta vicini, &, An bona sit ratio testis, Scio quia vicinus.
Cap. CXII.

1 PRæsumuntur vicini † scire facta vicinorum. c. quosdam cum seq. de præsumpt. c. cum dilectus de purgat. can. Bart. in l. 1. ff. si cert. pet. nu. 15. vbi alij ferè omnes interpretes, & Rip. num. 42. Dicitur autem vi-
2 cinus, † cuius vox clamando potest audiri. Bart. in l. si tertius ff. de aqua pluu. arcend. l. 1. §. eodem tecto. ff. ad S. C. Sillan. & melius quisnam dicatur vicinus relinquitur arbitrio iudicis. Menoch. late de Arbitr. cas. 122.
3 Cũ igitur testis † rationẽ sui dicti adferre debeat Doct. in l. 3. C. de testibus creditum est testem affirmantem, Titium puta esse sanæ mentis, vel diuitem, eam rationem posse allegare videlicet, Scio quia sum vicinus, qua-
4 si † omissa sit illa maior propositio: Vicini præsumuntur scire facta vicinorum. Bolog. in d. l. 1. ff. si cert. pet. num. 31.

Verum huic rationi Bartoli respondetur, illi esse locum solum eo casu, quo illud quod assumitur, verum est, atqui potest contingere, vt nos docet rerum vsus, vt quis sit vicinus, & tamen ignoret facta vicini. Non recta est igitur huiusmodi ratio, non quod non liceat testibus omittere maiorẽ propositionem, nam absurdum esset contrarium affirmare, cum non oporteat testes vti Syllogismis, sed possint & per enthymemata, & per exemplum, & per inductionem deponere, vt etiam obseruauit Io. Engener. ad d. l. 1. ff. si cert. pet. sed quia negari potest scire vicinos facta vicinorum.
5 Vlterius pro Bart. facit † l. si ita. in fin. De fundo instru. l. filium. ff. De his qui sunt sui vel alieni iur. cum d. cap. quosdam. Vnde habemus præsumi vicinum scire facta vicini.

Sed Rip. in d. l. 1. ff. si cert. pet. nu. 42. ostendit dictas leges non probare opin. Bartoli. Et sanè in d. l. si ita ait solum I. C. villas, & agros custodiam desiderare, ne quid vicini agri, aut fructuum occupent. Solent enim mali vicini id facere. Ideo Hesiodus inter cętera consulit volentibus emere, vt prædia penes bonos vicinos existentia cõparare sibi studeant. Eandẽ propositionem neque probat I. C. in d. l. filium, dum ait filium non esse illius, qui generare non potuit, licet in domo, vicinis scientibus natus sit. In cap. quosdam agitur de nota omnibus pestilentia, quam non est verisimile ignorasse vicinos, cũ eius fama ad remotas gentes, & nationes peruaserit. tex. in d. c. cum dilectus non simpliciter vicinorum facit mentionem, sed honestarum personarum, cum quibus consuetudinem habuerit purgandus.

6 Contra Bart. igitur sensit Bald. in d. l. 1. num. 9. nam testis debet † de his testificari, quæ sensu corporeo percipiuntur. l. qui testamento. §. fin. ff. de testam. l. testium. C. de testibus.

Respondetur ex Bolog. num. 35. Fachin. lib. 11. Contr. iur. cap. 69. Et sanè sufficit testem implicitè testificari de his, quæ sẽsu corporeo percipit, censetur enim tunc deponere, se tanquam vicinum vidisse, vel audiuisse.

7 Prætetea depositio † testis debet cõcludere. l. non hoc. C. vnde leg. Respondetur, nob. sufficere, vt concludatur præsumptiue. l. dolum. C. de dolo. Vigl. in d. l. 1. num. 47.
8 Vlterius testis non debet † deponere de occasione, sed de causa scientię, & de particularibus accidentibus, sine quibus ad veritatem ipsam non possumus peruenire. c. occidit. 23. quæst.

quæst.8. cap.cum causam. de testibus.

Respondetur conuersationem & consuetudinem, quæ esse solet inter vicinos, præbere, & occasionem, & causam huius scientiæ. Et ideo testis assignans hanc rationem, quia sum vicinus, censetur id dicere, quia tanquã vicinus intersum rebus mei vicini, ea que sensu corporeo percepi, ideo ea scio.

9 In hac quæstione, de qua † late Fachin.d.cap.69. vbi defendit Bart.cum cap.seq. Menoch. lib.6. Præs. cap.24. sic placet distinguere. Aut agitur de his, quorum notitiam solent habere vicini, vt si facta sint successiua, Aut de illis, quæ momento temporis expediuntur. In primo casu præsumitur scire vicinus facta vicinorum, & bona erit illa ratio. In secundo secus erit. Fachin.dicto cap.69. vers.Restat vltimo. qui infert ad quamplurima, quæ sciri præsumuntur per vicinos, & contra. Addo Farinac. De testib. quæst.72. num. 164. & 197. Possunt tamen ea, quæ momẽto temporis expediuntur adeo esse nota, vt præsumantur a vicinis sciri. Et ideo quan-

10 do agitur de † præsumenda scientia excohabitatione, ex qua infertur ratificatio, tunc fit distinctio, An facta sint momentanea, vt delicta, contractus, & tunc non præsumatur, An sint successiua, & secus fit. Mascard.de probat.concl. 1195. nu.9. Surd. cons. 7. num.53. lib.1. Thes. decis.70. Stephan. Gratian.lib.2.Discept. Forens. cap.365.num.28.29.

SVMMÆ.

1 *Stipulatio, Ante Kal. & Kalendis dare spondes non differunt.*

2 *Ante, significat tempus quod præcedit. L.eum qui 56.§.qui ita l. qui ante. 13.ff. de verb.oblig. sententia.*

3 *De proximis Kalendis censetur actum.*

4 *Verba Ante III. Kal. & III. Kal. non differunt.*

5 *Incontinenti factum post litem contestatam censetur factum ante. Fæneratores Kalendis, & ponebant & relegebant pecunias.*

6 *L. Anniculus. 132. verba variè accipi. Auctoris opinio, & lectio.*

7 *Testes inter se conciliandi, quorum vnus deponit quid factum ante Kalend. alter post. Et quomodo id procedat. Ante diem 10.Kal. & post diem 10.Kal. differunt.*

De formula stipulationis, Ante Kal. & Kalendis. Cap. CXIII.

1 QVi ita stipulatur. Ante † kalendas proximas dari spondes? nihil differt ab eo, qui Kalendis dari stipulatur, inquit Iulianus in l.eum qui. 56. §. qui ita. ff.de verb. obligat. Vlp.in l.qui ante. 13. ff.eod. Mirum hoc videtur, cum verborum proprietas aliud videatur innuere;

2 indicat enim dictio † Ante, tempus quòd præcedit l.si quis id quod. ff.de iurisd. omnium iud.l.2. C. Ne de statu defunct. vt dictio, Post, tempus qđ sequitur. Doct. in l.2. §.creditum, vbi Bart.num.7.ff.si cert.pet. Quamobrẽ factum fuit, vt varijs modis exponerentur dictæ leges, vt videre est apud Accur.in d.§.qui ita. Coras.autem in d.l.qui ante existimat similes esse quidem prædictas formulas stipulationum, sed nullum simile esse idem, quę tamen expositio non videtur conuenire d.§. qui ita, vbi I.C. ait nihil differre. Accur.videtur sequi eam interpretationem, quam vltimo loco posuit, vt nulla sit differentia inter di-

3 ctas stipulationes iuxta speciem † l.eũ qui kalendis. ff.eod. vt in vtraque censeatur actum de proximis. Sed huic expositioni illud repugnat, quod verbum Proximas, sit expressum. Aliter atque aliter exponunt dictas leges Cuiac.

iac. ad l. in illa. 10. & l. qui ante 13. ff. de verb. sign. Robert. lib. 2. Animad. c. 29. & vlt. Anton. Mercat. lib. 3. not.
4 cap. vlt. Ego puto † antiquis, Ante Kal. & kal., & Ante III. Kal. & III. Kal. eundem diem significari, quod probauit Cuiac. d. l. qui ante auctoritate Liuij, & aliorum, & Duar. ibidem. Vide Cic. Pro Quinctio. & Alciat. in d. §. qui ita existimat id ex humanitate quadam, & interpretatione esse receptum, quemadmodum incontinenti factum post litem conte-
5 statam † dicitur factum ante, vel ex consuetudine fœneratorum id traxisse originem, qui Kalendis, & ponebāt, & relegebant pecunias, vt de Alphio cecinit poeta Venusinus. Huc perti-
6 net l. anniculus. † 132. ff. de verb. sign. cuius legis verba variè accipiuntur, & leguntur. Alciat. & alij iam citati, Anton. August. lib. 4. Emend. cap. 6. Ego eam amplector lectionem, nonnullis reclamantibus; Neutro sermone &c. ita, vt iuxta prædicta, formula illa, Ante 10. Kal. ipsum diem decimum significet Kalend. Non omittó hoc loco quod tradit. Farinac. De testibus. quæst. 65. num. 263. circa te-
7 stes conciliandos, † quorum vnus deponit quid factum ante kal. alter post kal. nā quæ fiunt paulo ante, vel paulo post videntur inesse. l. diuortio. ff. solut. matrim. Cæterum illam expositionem Ante finitas, & post inchoatas non probo, quia nimis repugnat, vt supra dixi, verbis. Licet autem nihil differant illa verba Ante. 10. kal. & 10. Kal. tamen plurimum refert an dicamus Ante 10. kal. an. post 10. kal. Vide Notat. Ant. Mercat. ad lo. Rob. d. cap. vlt. lib. 3. Eos igitur potius ratione prædicta conciliarem, quod modicum intercesserit interuallum, nisi tamen probandum esset pro fundamento tempus ante, vel post. Vide Farinac. ibidem nu. 264. & quod scripsi cap. 85. & c. 170. Massin. Distinct. 21. & Stat. Mediol. 398. vol. 2.

SVMMÆ.

1 *Testes debent perfectè deponere.*
Testium numerus necessarius non debet omitti.
2 *Iuramento suppletorio an sit locus vbi deficit numerus testium, & vbi non plena est testificatio.*
3 *Mutuum an probetur ex eo, quod sit petitum.*
4 *Iuramentum suppletorium deferendum vbi adest semiplena probatio.*
Opinio communis.
L. Admonendi. ff. de iure iur. sententia.
5 *In præfationibus narrata censentur repetita in contractibus.*
6 *Præfationes mentem contrahentium declarant, & causam finalem indicant.*
7 *In præfationibus conuenta censentur repetita in stipulationibus.*
Sententiam non creditur quis mutasse, & num. 9.
In stipulationem censetur triticum Africanum deductum, de quo actum in præfationibus.
8 *In venditione censetur actum de redimendo iuxta præfationes.*
9 *Præfationes an attendantur in his, quæ ex interuallo sequuntur. Et an præfationes exponant legem, statutum, vel aliam dispositionem.*

De iuramento suppletorio, & de præfationibus. Cap. CXIV.

1 NOn minus † abregāda est in vniuersum fides testibus, quorum depositio non est integra, quam illis, quorum numerus necessarius non interuenit. Sunt enim hęc ferè æqualia, quod videlicet integrè non deponant testes, & quod requisitus desideretur immo maius fortasse primum vitium. Quamobrem quæsitum est,
2 An quemadmodum vbi numerus † nō interue-

interuenit testium, iuramento supple tiuo locus est. Doct. in l. admonendi. 21. ff. de iureiur. ita etiam statuẽdum sit eo casu, quo non plenè de re testificarentur. Qua in quæstione, sententia Bart. in d. l. admonendi. num. 39. recipitur, existimantis in ea specie vbi duo de mutuo deponunt, sed quãtitatem mutuo datam memoria non tenent, ne semiplenam quidem facere probationem, cum imperfecta sit depositio, vt traditur in l. Lucius. ff. de his, qui not. infam. Ias. in l. hac consultissima. C. de testam. col. 1. Et ideo non esse locum præd. iuramento suppletiuo, nisi alijs coniecturis probe-
3 tur mutuo data † quantitas, vt puta, decem fuisse prius petita, tunc enim præsumptio erit, & mutuo data fuisse. c. ex litteris. de testibus. Hanc Bart. sententiam mordicus retinent Alex. num. 47. Rip. num. 188. Ias. num. 202. Curt. num. 239. Caccialup. num. 95. & ipse eam probo, licet alias legem illã interpretanti mihi dubia visa sit. Neque obijciat aliquis, non concludere huiusmodi argumentum. Petita sunt mutuo decem, ergo numerata sunt. Potuit enim contingere, ne numerarentur, nam respondeo cum Ripa non induci ex eo plenam, sed semiplenam tantum probationem, ita vt de-
4 ferendum † sit iuramentum suppletorium, cui locus esse solet iuxta vsum forensem per l. in bonæ, C. de reb. creditis, quidquid in contrarium allegent Duar. ad tit. De iureiur. cap. 7. & lib. 2. Anniuers. Disp. cap. 83. Anton. Fab. de Err. Prag. decad. 19. Err. 1. Quorum opinio licet possit procedere quoad d. l. admonendi, eam tamen in vniuersum non probo, videlicet iuramentum in supplementum nõ fuisse veteribus cognitum. Et, si nunc tolleretur iuramentum suppletiuũ, vniuersa destrueretur praxis, vt scripsi cap. 88. num. 9. Fachin. lib. 1. Contro. iur. cap. 18. Personant enim quotidiè iudicum subsellia huiusmodi petitionibus iuramenti in supplementum probationum. Immo verò, vt redeam ad exemplum iam relatum, videtur dicendum mutuum plene in ea specie fuisse probatum, cum testes plenè de substantia testificentur, quantitas autẽ ex coniecturis colligatur. Quod multis similibus potest comprobari, de quibus Curt. & Ias. in dictis locis. Res autem videtur carere omni dubitatione si probetur post petita decem mutuo, incontinenti secutam fuisse numerationem. Faciunt tradita su-
5 pra c. 1. quæ enim † ante contractum, & in præfationibus narrantur, censentur in ipso contractu repetita, si in continenti sequatur contractus. Ang. in l. 1. ff. de iud. in l. si quis cum aliter. ff. de verb. oblig. Bart. & alij in l. pacta nouissima. C. de pactis. Surd. consilio 202. num. 7. Solent enim præfationes
6 mentem † contrahentium, & disponentium declarare, iuxta l. fin. ff. de hęred. inst. Surd. cons. 224. nu. 12. & causam finalem arguunt. idem cons. 210. num. 28. Bertazz. cons. 88. nu. 43. imò
7 quę inter partes † conuenerunt in præfationibus, censentur in stipulationibus repetita. l. Titia. 134. §. idem respondit plerumque. ff. de verb. oblig. l. item quia. §. fin. ff. de pactis. §. ex hoc autem capite. in inst. De leg. Aquil. nec enim debemus temerè eã admittere interpretationem, vt quis dicatur sententiam mutare l. eum qui. ff. de probat. Hinc infertur inter cętera, si initio actum sit de tritico Africano, & deinde stipulatio fuerit simpliciter interposita, triticum Africanum censeri in stipulationem deductum. Ias. in d. §. idem respondit. Et, si actũ sit,
8 vt liceat venditori † rem redimere, deinde venditio simpliciter ineatur, intelligetur tacita conditio redimendi. Alex. cons. 123. lib. 2. & cons. 27. lib. 3. Al-

3. Alciat. in d. §. idem respondit num. 5. vbi Bart. hæc omnia ita temperat,
9 vt † procedant; si modo actus incontinenti sequatur, nam si ex interuallo fuerit celebratus, non attenduntur præfationes. l. si tibi liberum. ff. de act. empt. l. si binarum. ff. de seruit. vrban. præd. l. sed & si me putem. §. 1. ff. de cõd. ind. l. quoties in princ. §. 1. & seq. ff. de hæred. inst. Verum hæ leges non probant hanc Bart. declarationem, neque enim in illis hæc adhibetur distinctio, an actus fiat incontinenti, an ex interuallo, sed aliæ rationes decidendi fuerunt consideratæ à Iurisconsultis, vt ex earum lectione est videre. Et ideo nihil prohibet, quin contractus etiam ex interuallo gestus declaretur à præfationibus, si cum illis se possit compati. Surd. consf. 202. nu. 7. & 34. Vide Menoch. de præs. lib. 6. præs. 2. num. 19. Non tamen iuerim inficias, vt iam dixi, quin maius argumentum possit desumi ab eo, quod statim præcessit, & fuit tractatum inter partes & actum, nam ex interuallo facilius præsumitur voluntatis mutatio l. non ad ea. ff. de cond. & dem. l. petẽs. C. de pactis, vbi Alciat. & in d. §. idem respondit. num. 11. & 12. Alex. consil. 94. vol. 3. vbi tradit contractum etiã ex interuallo secutum à primo interpretationem accipere. Vide cap. 37. De voluntatis mutatione non præsumenda, sed facilius id fit, vbi actus incontinenti est secutus. Sic dicimus de lege, siue statuto, quod interpretamur iuxta præfationes. Hond. consf. 9. num. 24. vol. 2. etiam ex interuallo, vt nuperrime reperi apud Thes. libr. 1. Quæst. Forens. c. 1. vbi ait fuisse decisũ per Senatum, tractatum præcedentem censeri repetitum in stipulatione etiam ex interuallo interposita, & vberrime agit de præfationibus. Addo Mantic. De tac. & amb. conuent. lib. 3. tit. 3. & 4. vbi latè exponit an, & quando dicta in vno contractu, vel in præfationib. censeantur repetita incontinenti, vel ex interuallo. Peregr. in tract. Var. De Pact. & Côuent. lib. 5. num. 181. Cæterum De iuramento suppletorio agentem, vide Borell. in Summa. Decis. tit. 54.

SVMMÆ.

1 *Testis debet esse iuratus.*

2 *Testis potest incontinenti iurare. Distingue.*

3 *Testis potest interrogari post terminũ, modo iurauerit in termino. Declara num. 4.*

4 *Iuramentum testis debet præstari ea hora, pro qua facta fuit citatio.*

De testibus iuratis ante, vel post testificationem. Cap. CXV.

INter vitia, siue defectus, qui testib. obijciũtur, ille passim in foro versatur, quod accesserint ad dicendum
1 testimonium † non iurati l. solum l. iurisiurandi. C. de testibus. Bart. in l. admonendi. ff. de iureiur. num. 43. Quod multipliciter extendit Rip. nu. 194. & præcipuè vt procedat, etiam si interuenerit iurisiurandi religio post testificationem, neque enim credendum est eo etiam casu testibus, cum id cẽseatur pro forma requiti, vt priꝰ iurent. Abb. in cap. de testibus. Felin. in c. cum dilecta. de rescriptis. Bald. in d. l. iurisiurandi. C. de testibus. Caccial up. in d. l. admonendi. nume. 44.
2 Quod si incontinenti † iurauerint, credidit Ias. num. 227. ibidem, multis fretus rationibus, & auctoritatibus valere eorum depositiones. Vide congestos à Carpan. ad Stat. Med. c. 86. n. 18. vol. 1. Rip. nu. 195. Mar. & Felin. in d. c. de testibus distinguũt, An post testificationem sua sponte, an vero ad iudicis interrogationem iurauerint.

Quib. addo locum Tiraq. in quem nuper incidi, De retract.conuent. §. 1.gloss.5.num.8. verum licet depositio testis non valeat si iuramentum se
3 quatur, tamen si præcedit † valebit, & ideo potest iurare in termino, & post illius lapsum testificari, trahitur enim depositio testis ad tempus iuramenti. Bald.in l.pen.nu.8.C.de testibus. Bart.in l.damni §. Sabini, nu. 8. ff.de damno infecto. Steph.Gratian. lib. 1. Discept. Forens. cap.128. nu. 13. iuramentum autem debet præsta-
4 ri eo die & hora, † pro quibus fit citatio ad illum actum, licet quandocunque possint examinari. Stephan. Gratian. lib. 1. Forens. Discept. cap.60. nu. 13. Quod tamen non procedit in non nullis casibus, qui in vsu forensi omnibus feræ sunt noti. Carpan. ad Stat. Mediol. cap.22. num.90. vol.1. Gratian. dicto cap.128. num.20. & 24.

SVMMÆ.

1 *Sententia lata in casu l. admonendi, an sit ipso iure nulla, an vero rescindenda ob instrumenta de nouo reperta.*
2 *Sententiæ, & transactiones ob instrumenta de nouo reperta solent rescindi, & num. 3.*
3 *Falsi exceptio incontinenti liquidabilis potest opponi.*
Opinio auctoris. Cautela.

De sententijs rescindendis ob instrumenta de nouo reperta, siue falsa.
Cap. CXVI.

1 IVuat prædictis subnectere † aliam quæstionem, de qua in d. l. admonendi ff. de iure iur. An videlicet sententia lata in casu l. admonendi ob instrumenta de nouo reperta, rescindatur ope restitutionis in integrum, an vero ipso iure sit nulla, hoc affirmante Ias. ibidem nume. 10. Coras. nu.32. alijs autem communiter contendentibus opus esse præuia restitutione in integrum, ex clausula illa generali si qua mihi iusta causa l.1.§.fin. ff.ex quibus causis maio. Castr. ibidē num.6.& seq. Bolog. nu.32. Oddus, præceptor meus eruditissimus in suo tract. De restit. in integr. art. 5. quæst. 74. part.2. Verum in vniuersum sen-
2 tentiæ † omnes, & transactiones ex falsis instrumentis latæ & initæ ope restitutionis in integrum solent rescindi Doct. in l. si ex falsis. C.de transact. l. Diuus. ff. de re iud. Men. de Arbitr. cas.15. vbi in fine subijcit hanc †
3 exceptionem falsi incontinenti liquidabilem posse obijci. Bald. in d. l. si ex falsi. num.11. Ego igitur interpretatione d. l. admonendi conatus sum probare sententiam contra communem, vt aliquid iuris singularis lex illa contineat, cum lata sit sententia ex probationibus priuilegiatis, & reperta instrumenta de nouo. Sed potes caute agendo in libello petere, vt sententia declaretur nulla, &, si qua est rescindatur Odd. ibidem art.5. in fine. Verum nec defuerunt, qui ob instrumēta, quæ quis ignorauit, non esse concedendam restitutionem in integrum affirmarunt, quos secutus est Fachin. lib.11. Contr. cap.51.

SVMMÆ.

1 *Solutio in quam causam censeatur facta. Debitor declarat, in quam causam dicatur facta solutio.*
2 *Incontinenti dicitur arbitrio iudicis.*
3 *Solutio in quam causam dicatur facta, declarari debet per debitorem antequā pro perfecta habeatur.*

De solutionis declaratione.
Cap. CXVII.

1 DVbitatur sæpè, facta solutione † debiti a debitore, qui multis nominibus debebat, quodnam debitum sit

sit solutum. Menoch. de Arbitr. cas. 493. & Præs. 136. lib. 3. Magon. decis. Flor. 39. num. 18. Surd. decis. 186. Mas. concl. 1325. Gratian. discept. 224. & 105. nu. 13. Qua de re extat l. 1. ff. de solut. Aut enim debitor declarat, &, quod ipse dixerit, censebitur solutum, aut nihil dicit, & tunc in arbitrio est ipsius creditoris, vt constituat in quod velit solutum, modo id faciat incontinenti. d. l. 1. in fin. cũ l. seq. Et licet hoc verbum variè acci-
2 piatur arbitrio † iudicis, vt sæpè fuit dictũ præcipuè in præfat. Rot. Rom. decis. 811. part. 1. num. 36. & 40. in nouiss. tamen in hac specie illud dicetur incontinenti constitutum a credito-
3 re, si declarauerit † solutionem factã ex eadem, vel diuersis causis ante quã solutio habeatur pro perfecta. Rot. Rom. decis. 92. part. 1. num. 4. in nouiss. Id postea reperi apud d. Costam in tract. De re integ. dist. 57. Steph. Gratian. d. Discept. 224. numero 61.

SVMMÆ.

1 *Adulterium puniri.*
2 *Stuprum punitur. Stuprum quid.*
3 *Stupratoribus quæ nam pœna imponatur, & num 6.*
§. item lex Iulia. De iud. declaratur.
L. 1. ff. de varijs cognit. exponitur.
4 *Pædicatorum pœna.*
5 *Pœna diuersa eidem crimini diuersis legibus imposita.*
6 *Stupra violenta quæ.*
Stuprum quando non puniatur.

De stupro puniendo. Cap. CXVIII.

1 NOn solum adulterium pœna † coercetur iuxta ea, q̃ scripsit vberrime Menoc. de Arbitr. cas. 439. Clar. in §. adulterium. Robert. Rer.
2 iud. lib. 1. ca. 13. sed etiam † stuprum. Menoch. ibid. num. 33. Clar. in §. stuprũ, & Doct. in §. item l. Iul. in init. De public. iud. quod propriè est virginum illicita defloratio. c. illa 1. 36. quæst. 1. iure igitur canonum in foro contentioso id videtur receptum, v
3 vt stupratores, † vbi vis non sit adhibita, cogantur puellã vxorem ducere, vel illi dotem constituere, iure autem ciuili non infligitur pęna mortis, sed aliæ Clar. in d. §. stuprum. d. §. item lex Iulia. Caball. Resol. 200. enim 25. & resl. 98. num. 2. & 3. Verum perfecto flagitio puniri capite comittentes stuprum colligitur ex l. 1. ff. de varijs, & extraord. crim. Varie solent inter se conciliari hæc iuris capita. Et imprimis in d. §. item l. Iulia non vna est lectio, in nonnullis enim codicibus legitur peccatoribus, in alijs stupratoribus, & nonnulli litterarum humanarum professores reponunt pędicatoribus. Hi sunt autem, qui in-
4 fandæ & præposteræ indulgent libidini. Io. Bap. Pius Bonon. cap. 53. in suis annot. Verum miror eum ita legere, cum tam sceleratis hominibus etiã vltimum supplicium leuis pœna videri debeat, & in d. §. item lex Iulia gladio puniantur tam infanda monstra, & in l. cũ vir. C. ad leg. Iul. de adult. vbi Imper. inuehitur contra huiusmodi vitium. Alciat. igitur lib. 5. Parad. cap. 10. ait non esse nouum di-
5 uersis † legibus eidem crimini diuersas pœnas constitutas esse, lege itaq. Iulia pęna irrogabatur stupratoribus, de qua in d. item lex Iulia, sed extraordinario iudicio etiam pęna mortis, vt ait Paulus in d. l. 1. plectebantur. Præterea Doct. intelligunt d. l. 1. vt procedat in stupro violento.
6 Sunt autem stupra † violenta, quæ per vim, pretium, promissa lenocinia, perq; alios illicitos modos fiunt. Boss. in tit. De coitu damnato, & punibili num. 66. verum hac tempesta-

te huiusmodi pœnis iuris ciuilis non videtur esse locus Clar. in dicto §. stuprum, & tamen multo magis, & grauioribus pœnis essent coercenda crimina, quę ita passim patrantur, vt illis omnia fora, loquar cum Cicerone, non videantur sufficere. Quidquid autem sit: vbi stuprum fuit commissum cum ea puella, quæ postea incontinenti se prostituit, & passim sui copiam fecit, non debet puniri. Rot. Rom. decis. 808. part. 1. num. 12. in nouiss. vbi ea ratio affertur, quod censeatur habuisse animum corruptum. Sed vide Farinac. De delictis carn. quęst. 147. num. 79. vbi latè agit de stupratorum pœnis.

SVMMÆ.

1 *Naufragium statim probandum, Declara num. 3. & seq.*
2 *Statim, quomodo accipiatur.*
3 *Mercator an debeat probare casum intrà annum.*
L. 2. C. de naufrag. lib. 11. declaratur.
Actionem naufragij, & furti esse perpetuam, temporalem autem exceptionem, videtur absurdum.
4 *Fiscus iure priuatorum vtitur.*
5 *Mercator debet facere certiorem sociũ furti, vel incendij secuti.*
6 *Furtum an præsumatur ob acclamationes secutas in ipso furto.*
Furtum & incendium statim denunciandum socio.

De naufragio, & furto intrà annum probando. Cap. CXIX.

1 SI nauta dixerit se † naufragium fecisse, debet illud statim probare, alioquin non erit amplius audiẽdus. l. 2. C. de naufrag. lib. 11. in illis ver-
2 bis, Adire festinet. Statim † autem accipitur, idest intrà anni curriculũ. d. l. 2. Mascard. de probat. concl. 272. nu. 11. Cost. De rem. subsid. rem. 59. in illat. num. 6. Quamobrem si quis pecuniam, ne ociosam apud se illam re-
3 tineat, collocauerit penes † mercatorem inita societate, vt particeps sit lucri, & damni, furtoq. fuerit subtracta, debet casus intrà annum probari per mercatorem, Sed Schol. Bart. in d. l. 2. & Bald. ibidem id reprehendunt. Masc. d. concl. 272. num. 11. & seq. ea ratione, quod non debeat actio naufragij, & furti esse perpetua, & temporalis exceptio. Quod esset absurdum. Creditum est igitur d. l. 2. procedere iure singulari in Fisco. Verũ cum iure priuatorum vtatur Fiscus, nisi speciali nitatur priuilegio, &
4 tex. ille † nullam de Fisco faciat mentionem, crediderim non esse restringendum ad Fiscum. Neq; obstat ratio petita ab absurdo, quia facta probatione naufragij, erit perpetua exceptio. Mandat autem ibi Imper. fieri probationem intrà illud tempus vt occurratur fraudibus, & hoc mihi visus est sentire Bart. ad illam l. 2. Sed communiter ille tex. accipitur de nauiculario, qui publicas species vehit Cuiac. ibidem.

5 Verum quidquid sit, debet † mercator certiorem facere socium naufragij, vel furti, vel alterius casus intrà annũ. Rebuff. De Mercat. tom. 2. art. vlt. gloss. vnica num. 19. Et, in omnem casum si id non fecerit, præsumitur contra non denunciantem, vel differentem socium certiorem reddere, iuxta ea, quæ scripsi cap. 68. Et ideo quemadmodum ex acclamationibus secutis in ipso furto, & ex conquestione statim facta cum vicinis, vel cum alijs præsumitur furtum secutum fuisse. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præs. 61. n. 21. & 22. Farinac. De furt. quęst. 176. num. 4. ita longo interiecto tempore si quis conqueratur de furto cessabit huiusmodi coniectura, & præsumetur inanis querela. Non enim

diũ

diù dissimulant qui iacturam ob furtum senserunt. Quamobrē licet post annum quis admitti possit ad probandum furtum, vel naufragium, vel alium casum, tamen contra eum erit præsumendum, si intrà illud tempus rem totam alteri socio ne dēnunciauerit quidem.

SVMMÆ.

1 *Promissio, et similia non valent sine causa.*
Declara.
2 *Promissio censetur facta ob præcedentem causam siue statim secuta sit, siue ex interuallo.*
3 *Traditio facta præsumitur ob præcedentem obligationem.*
4 *Contractus qualitas censetur in actu sequenti etiam ex interuallo repetita.*

De promissione, confessione sine causa. Cap. CXX.

1 NOn valet † promissio, confessio, liberatio, recognitio, & similis actus sine causa. Seraph. de priuileg. iur. priuileg. 94. nu. 1. cū seq. post Marsil. in l. 1. §. præterea. num. 95. ff. de quæst. l. 2. §. circa. ff. de doli except. Menoch. de Præs. lib. 3. præs. 71. Bertazzol. cons. 47. num. 13. & 16. Mantic. de tacit. & ambig. Conuent. lib. 3. tit. 12. num. 46. Surd. cons. 577. num. 24. Stephan. Gratian. lib. 2. Discept. Forens. cap. 273. num. 21. & cap. 280. num. 4. 5. vbi ait id non procedere in instrumenti guarentigiati promissione.

2 Verum si causa † præcesserit, & postea promissio incontinenti sequatur sustinebitur promissio, tamquam facta ob præambulam causam. Immo vero idem est dicendum, licet ex interuallo subsecuta fuerit. Surd. cons. 19. num. 20. vbi ait idem esse in tradi-
3 tione, † quæ censetur facta ob præcedentem obligationem, etiam si summa non conueniat obligationi. Addo Mantic. De tacit. & ambig. Conuent. li. 3. tit. 12. num. 44. Doct. in l. criticū.
4 ff. de verb. oblig. † Et ideo licet actus fiat ex interuallo, tamen qualitas contractus censetur repetita. Mascard. de probat. concl. 619. num. 6.

SVMMÆ.

1 *Notarius an possit interrogari quid sit S. C. Velleianum, vbi asseruit mulierem certioratam illi renunciasse.*
2 *Mulier cum iuramento renunciat S. C. Velleiano.*
3 *Interrogari testes in foro ex consuetudine.*
4 *Interrogatoria quæ recipiantur post litē contestatam.*
5 *Notarius non potuit certiorem reddere mulierem eius S. C., quod ipse ignorauit.*
6 *Renunciatio mulieris facta S. C. Velleiano an valeat, vbi notarius nescire se ait quid sit Velleianum.*
7 *Ius parti quæsitum non debet tolli.*
8 *Distinctio Decij defenditur.*
Obliuio an præsumatur in profitentibus aliquam artem.
Scientia præsumitur crescere.
9 *Obliuio nonnullorum prodigiosa.*
10 *Aloysius Meltius Senator. Med.*
11 *Ignorantia impedit renunciationem.*
Impedimentum perpetuum præstat ignorantia.
12 *Obliuio ob temporis interuallum præsumitur.*
13 *Notarius si nesciat respondere interrogationi extra iudicium, id non nocet parti.*
Testi an credendum, qui dicit extra iudicium se in iudicio falsum deposuisse.
14 *Mulier non iuuatur Velleiano, quæ iterauit actum.*
15 *Fideiussores si fuerint alicuius Titius & mulier, subducta muliere, remanet Titius obligatus insolidum. Quid si minor cum Titio?*

L. si

L. si Titius. ff. de fideiuss. lectio, & expositio.
Minor fideiubens cum Titio.
16 Sexus non potest ignorari, vt ætas.

De notario, an possit interrogari quid sit Velleianum. Cap. CXXI.

1 VTrinque à Doctoribus nostris † afferuntur rationes in ea quæstione, An videlicet notarius, asserens mulierem certioratam renunciasse beneficio S.C. Velleiani, possit interrogari, Quid sit S.C. Velleianum. Neque vero dubium, quin iuramenti re-
2 ligione † accedente possint mulieres renunciare prædicto beneficio Rol. Vall.cons.25.n.14.vol.2. Andr. Gaill. lib.2.Obser.cap.77. Vid. Thes. decis. 223.nu.9. & ex interuallo l.si mulier, 22.C. ad Velleian. Solent autem in
3 foro admitti huiusmodi † interrogationes quoad testes. Qua de re egimus latissime ad l.1.ff.si cert.pet. Quod puto consuetudine fuisse receptum, neque enim in titu. ff. De interrogat.
4 action. † cuius expositionem pete à Menoch. de Arbitr. cas.51. & cas.93. num.29. agitur de huiusmodi interrogatorijs, quæ post litem contestatã fiunt, & ab altera partium iudici præscribuntur Vigl. in d.l.1.num.31. In proposita igitur quæstione qui existimant notarium posse interrogari, vtuntur huiusmodi ratione, nam qui
5 potuit † tabellio certiorem reddere mulierem eius S.C. quòd ipse ignorauit? Quamobrem si nesciat responde-
6 re non valebit renunciatio † Alb. in l. fin.§.pen.ff.ad Velleian. Bolog. in d.l. 1.num.29. Fachin. lib.11. Contr. iur. cap.65.

Ex altera parte censuit Alciat. in d. l.1. nume. 28. ex sententia Alex. in l. sciendum.ff.de verb. oblig. tabellionẽ non esse interrogandum, neque enim
7 ius parti quæsitum debet tolli hac interrogatione notarij. Statim etenim ius dicitur quæsitum parti, ac notarius affirmauit se mulierem certiorem reddidisse, iuxta tradita in l. si quis in graui.§.si quis moriens.ff.ad S.C.Syllan. solentque leges aduersus postremam assertionem præsumere.

8 In hac Doctorum pugna † ita distinguit Dec. in d.l.1. num.53. & seq. Aut incontinenti notarius interrogatur, & tenetur respondere, & si nesciat, non valebit renunciatio, Aut ex interuallo, & secus, cum in eo præsumatur obliuio.

Verũ hanc rationem Decij, ab obliuione petitam videntur irridere Alciat. & Bolog. nam processu temporis potius præsumitur quis maiorem sibi scientiam comparare, tantum abest, vt sit in eo præsumenda obliuio, iuxta tradita in l. Gallus in princ. ff. de lib. & posth. l. in legatis. §. ornatricibus. ff. de leg.3.

Ego Decij rationem non puto dignam, quæ risu excipiatur. Quinimmo eam sequerer eo casu, vbi notarius per aliquod temporis spacium artem suam non esset professus, tunc.n. facilè posset præsumi obliuio. Et prætereà sunt nonnulli adeo prodigiosæ
9 obliuionis, † infelicisque memoriæ, vt facilè in eorum animũ irrepat obliuio. Et potuit accidere, vt eo tempore, quo facta fuit renunciatio sciuerit notarius, quid esset Velleianum, cum tunc id egerit occasione renunciationis, vt eius S.C. beneficium intelligeret, postea autem cũ eius nullus esset amplius vsus per quandam negligentiam illius sit oblitus. Iudicis igitur arbitrium hac in re versabitur, maximè vbi renunciationi accessit iudicis auctoritas, quem non est credendum permissurum mulierem renunciare, nisi certior prius facta es-
10 set vt late probaui, † cum interpretarer d.l.1.ff.si cert. petatur, neque de-

supe-

superiore loco docentem audiret Illustrisš. Senator, Aloysius Meltius, qui tunc magna sua cum laude hic munere Syndicatoris fungebatur.

Non obstat ratio Fachin. d. cap. 65.
11 quod videlicet ignorantia † renunciationem impediat l. mater. ff. de inoffic. testam. quod impedimentum cum sit perpetuum, debet habere locum omni tempore, quia respondeo præsumi notarium tunc sciuisse quid sit
12 Velleianum, ob † interuallum autē temporis pariter præsumi obliuionē.
13 Cæterum † si extrà iudicium notari⁹ nesciat respondere, nil nocet parti. Sic de teste dicimus, qui extrà iudicium protestatus est, se falsum testificatum vide Gabr. de malef. concl. 32. Illud non omittam circa Velleianū,
14 mulierem illius auxilium † frustrà implorare, quæ non incontinenti, sed ex interuallo iterum actum fecit, vel comprobauit. Alb. cons 634. nume. 6. Vide quæ scripsi cap. 97. De geminatione, alioquin iuuatur mulier Velle-
15 iano. Quod adeo verum est, † vt si Titius, & Seia pro Mæuio fideiusserint, subducta muliere, aduersus Titium insolidum sit danda actio, vt ait Papin. in l. si Titi⁹. 48. ff. de fideiuss. Qua in l. nonnulli pro, Si post ea, emendant, collocantque. Si sponte, & constituunt diuersa, sponte facere, & fraude aliena facere, quæ emendatio iure displicuit Cuiac. lib. 10. Obser. cap. 23. Sententia autem illius legis est perspicua, nam si Titius, & minor fideiusserint, tunc aut simul facta est fideiussio, & Titius tenetur tantum pro parte, aut solus Titius deinde minor ex interuallo, & tunc Titius tenetur insolidum. Ratio discriminis inter primum casum, vbi agitur de muliere, & secundum, vbi tractatur de mino-
16 re, est, quia sexum † non potuit ignorare quis, vt ætatem, & beneficium Prætoris erat incertum. Cæterum vbi adest dolus, tunc non fit distinctio, an incontinenti, an ex interuallo fideiubeat minor gloss. ibidem.

SVMMÆ.

1 *Simonia an probetur præsumptionibus, et num. seq.*
2 *Simonia an præsumatur ex secutis incontinenti, & ex actuum vicinitate.*
3 *Simonia an præsumatur ex permutatione Sacerdotij cum officio, & ex oblatione bonorum, facta Ecclesiæ, si offerens fiat statim Canonicus cum prabenda. Pactum præsumitur præcessisse ob rem statim redditam. Simulatio arguitur ex secutis statim.*
4 *Resignatarius si statim post resignationem constituat procuratorem ad consentiendum reseruationi regressus, & pensionis, an dicatur simonia.*

De simonia probanda. Cap. CXXII.

1 Simoniam, quam † præsumptionibus probari tradit Mascard. de probat. concl. 1310. & nuperrime M. Anton. lib. 3. Varian. Resol. cap. 34. ex eo præsumi creditum fuit a non-
2 nullis, quod incontinenti † post concessionem rei spiritualis receperit concedens quid temporale. Bart. in l. post contractum. ff. de donat. Anch. & Hostiens. in c. officij de elect. Alciat. in d. l. post contractum. num. 34. infert
3 ad eos, qui in Romana † curia Sacerdotia cum officio aliquo permutant, deinde officium vendunt, nam si id faciant incontinenti præsumitur labes simoniaca. c. emendari. 1. quæst. 1. in ver. ne videatur, si post aliquot annos, iudicium Deo tamquam de re occulta relinquendum. c. tua nos. de Simon. secutum enim incontinenti indicat pactum præcessisse. Sic præsumimus contra restituentem statim rem, vel

vel possessionē, vt dicatur simulatio. Farnut. de mom. temp. cap. 31. nu. 7. Giurba inferens ad multa dec. 22. nu. 11.

Verum non esse hanc concludentē probationem tradidit, & rectè Gabr. lib. 1. Commu. opin. De præsumpt. concl. 13. num. 6. & 13. & faciunt optime quæ tradit Masc. d. concl. 1310. Enriq. cons. 96. nu. 12. neq; enim ex leuibus præsumptionibus coniicimus simoniam. Quamobrem si quis bona sua simpliciter Ecclesiæ offerat, & deinde statim in canonicū recipiatur, eaque bona pro præbenda obtineat, multo minus erit præsumenda simonia. Alciat. in d. l. post contractum. n. 54. c. tua nos. de Simon.

4 Præsumit autem simoniam † Rot. Rom. decis. 503. part. 3. in nouiss. ex actuum vicinitate. Ibi enim Iosephus constituerat procuratorē ad resignandum purè, & simpliciter monasteriū suum S. Angeli in fauorem Ioannis. Eodē aūt die Ioannes corā eisdē testibus, & Notario eundē cōstituerat p̄curatorē ad cōsentiendū reseruationē regressus, & pensionis commodo Iosephi resignātis. Actuum. n. hæc vicinitas arguit mandata esse correspectiua, & inter partes conuenisse, vt possessio retineretur illudq; impleretur, de quo esset conuentum.

S V M M Æ.

1 Electio Abbatis incontinenti facta est nulla.

Incontinenti factum nullum est quandoque.

2 Monachorum in regula non potest quis statim instrui.

De electione Abbatis nulla.
Cap. CXXIII.

1 Irritam, & inanem † esse electionē illius Abbatis decreuit Summus Pont. in c. officij de elect. qui statim ac Monachus effectus fuit, pariter Abbas fuit electus, & renunciatus ostendunt enim ea, quæ incontinenti sunt secuta, minime valuisse huiusmodi electionem, tum quia non est credēdum tam citò electum potuisse instrui legibus, & vt expresse dicitur in d. c. officij, in regula † Monachorum, tum etiam quia electio incontinenti facta censetur per ambitum gloss. ibidem. Butr. Hostiens. & Abb. Gabr. de præsumpt. concl. 13. nu. 11. 2

S V M M Æ.

1 Mulieribus properantib. ad secundas nuptias pœna imposita sublata sunt, num. seq.

2 Nuptias secundas non laudare orthodoxi est, damnare hæretici.

3 Nuptias secundas non debet adeo festinanter contrahere mulier, vt periculum sit commixtionis sanguinis.

Augustus nimis properè Liuiam a Nerone abductam suis penatib. induxit.

4 Nuptiæ non statim contrahendæ post diuortium Cæsar eius nuptias diremit, qui a marito digressam statim duxerat vxorem.

Nuptiæ nimis fœdè inter Masinissam, et Sophonisbam festinatæ.

5 Filius cuius præsumatur in dubio.

Mulier nimis festinans ad secundas nuptias non effugit notam.

6 Nuptias secundas si contrahat statim mulier cum eo, qui erat de adulterio suspectus, res magis erit suspiciosa.

Vidua quando priuetur doario.

7 Mulier per transitum ad secundas nuptias an priuetur relicto sub conditione, si castè vixerit.

8 De muliere, quæ audita morte mariti, alteri nupsit.

9 Quæstio iuris, & facti.

De

De mulieribus properantibus ad secundas nuptias. Cap. CXXIIII.

1 POenas mulieribus † contrahentibus secundas nuptias intra annum luctus impositas in l. 1. C. de sec. nupt. iure Pont. sublatas esse ait glos. fin. in d. l. 1. & sequuntur alij, quos refert Gabr. de sec. nupt. concl. 5. nu. 1. Surd. de alim. tit. 9. quæst. 30. nume. 1.
2 ita † vt non laudare secundas nuptias orthodoxi sit, damnare penitus Montani hæretici. P. Aerod. lib. 4. Rer. iudic. tit. 16. cap. 1. Tiraq. in l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. sign. nu. 144. Quod tamen ibidem Gabr. nume. 5. non putat procedere, vbi adeo incontinens fuisset mulier, vt incontinenti
3 † contractis secundis nuptijs, illud in ambiguo reliquisset, primine, an secundi mariti sit partus. Periculum enim est conturbationis, & commixtionis sanguinis, vbi statim ad secundas properat nuptias, & ideo trium saltem, aut quattuor mēsium lapsum oportet mulierem exspectare, vel tanti temporis, quo possit cognosci eam minime vterum gerere, si aliæ deficiant coniecturæ. Mascard. de probat. concl. 1215. num. fin. Hanc ob causam olim consulti Pontifices ab Augusto, qui à Nerone abductam Liuiam adeo propere penatibus suis induxit, vt ne spacium quidem ad enitendum illi daret Tacit. lib. 1. Ann. respōderunt, si conceptus ambiguus esset, nuptias esse differendas, sed cum de eo constaret, nihil obstare, quin fierent. Zonaras in Octauij vita. Post diuortium
4 etiam non licebat † mulieri statim ad alias nuptias conuolare, tum ne quis de prole dubitaret, tum quia turpe prioris matrimonij tam citò abijcere memoriam, tum etiam quia suspiciosum, matrimonij causa matrimonia solui. Hoc reprehendit D. Hier. lib. 1. ad Iouin. & Cæsar nuptias diremit eius, qui incontinenti digressam à marito vxorem duxerat. P. Aerod. lib. 4. Rer. iud. tit. 17. cap. 11. & libro quarto. tit. 16. cap. 2. & 3. Fœda etiam visa fuit, & iure Scipioni illa festinatio præceps nuptiarum, quæ inter Masinissam, & Sophonisbam, capti Syphacis vxorem penè inter arma sunt initæ. Quo enim die Masinissa captam reginam vidit, eodem matrimonio iunctam accepit, & apud Penates hostis sui nuptiale sacrum confecit inquit Liu. lib. 30. Verum in dubio il-
5 lius filium esse † præsumimus, in cuius domo fuit natus. Surd. consilio 1. numero 56. Et licet mulier exspectato temporis lapsu, vt iam dixi, possit impune inire matrimonium, tamen non euadet notam aliquam, quam pudori suo prēsumetur inussisse ex hac tanta festinatione. Hier. Magon. decis. Luc. 41. num. 13. Maior etiam insurgit contra mulierem præsumptio, quod geniale thorū adulterio inqui-
6 nauerit, si statim contrahat † nuptias cum eo, qui de adulterio erat suspectus, vt traditur in cap. si quis. 31. quæst. prima. Addo Robert. libr. 1. Rer. iud. ca. 13. 14. vbi probat doario priuari viduam, quæ anno luctus se ipsam prostitutæ pudicitiæ scelere commaculauit, cum etiam præsumendum sit contra eam constante matrimonio, quæ statim post mariti mortem se prostituit. Amittit etiam vxor relictum sub conditione, si caste vixe-
7 rit per † transitum ad secundas nuptias. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 19. num. 31. quæ tamen opinio non est tuta, nisi appareat virum abhorruisse secūdas nuptias, nā licitè alioquin nubit, ideo, vt sup. dixi, non meretur pęnā. Peregr. de iure Fisci. li. 3. tit. 16. n. 4. Surd. de alim. tit. 9. q. 30. n. 30. Steph. Gratia. li. Discept. Forēs. cap. 5. nu. 31. Vide Robert. lib. 1. Rer. iud. cap. 8. An commodo vsufructus,

& educatione filij priuetur mulier transiens ad secundas nuptias,& concludit non priuari. Species autem illa, videlicet cum mulier audita morte mariti,alteri nupsit, tam iuris
8 quam facti quæstionem † continet, nam, vt inquit Papin. in l. miles. §. mulier.ff. de adult.si longo tempore transacto, sine vllius stupri probatione,falsis rumoribus inducta, quasi soluta priore vinculo, legitimis nuptijs secundis iuncta est, quod verisimile est eam deceptam fuisse, nihil vindicta dignũ videri potest, alioquin vindicari debet pro admissi criminis qua
9 litate. Cæterum quæ dicatur † quæst. iuris,& facti pulchre Duar.in suo lib. qui inscribitur Scæuola in l. Agerius. ff. de verb.oblig.& lib.1.Disp.anni.c. 41.Ego ad l.1.C.de edendo, vbi Phil. Massin.nu.48.

SVMMÆ.

1 *Pactum duorum, vel plurium consensum requirit.*

2 *Consensus simultaneus an in pactis in matrimonijs, in pœnitentiæ Sacramento requiratur.*

3 *In stipulatione requiritur consensus simultaneus.*

4 *Stipulationem vitiat interuallum,& diuersitas responsionis; nisi modicum sit interuallum, & statim sequatur complacentia,& nu.5. Interuallum an præsumatur.*

Reorum constitutionem non impedit modicum interuallum.

5 *Testamentum fit vnico contextu,& momento perficitur.*

De pacto,et stipulatione statim vel ex interuallo ineundis. Cap. CXXV.

1 Pactum † duorum, pluriumuè consensum requirit.l.1.ff. de pactis. c. pactum. de verb. sign. Quamobrem si promittat vnus, postea nõ statim, sed ex interuallo alter accepter promissionem, cum non adsit si-
2 mul consensus duorum † in idem, crediderunt nonnulli non esse initum pactum. Verum contraria recipitur opinio Accur. in l. si stipuler. §. fin. ff. de verb. oblig. vbi Alex. & Ias. Zucc. ad rub. de pactis.n.13.& 50. cum enim voluntas promittentis præsumatur durare,l. cum qui,ff. de probat. Abb. cons. 4. part. 2. consequens est,vt si postea etiam ex interuallo tẽporis accedat alterius accipientis oblationem consensus, dicantur duo in idem conuenire,& concurrere. Dicitur enim consensus simultaneus, modo primi volũtas duret vt probat eruditiss. Pappon. ad rub. de verb. oblig. nu.153.& 255. Surd. cons. 371. num. 30.& 37. Sic etiam contractus facti cum in certa persona ob temporis interualllum non vitiantur,vt exemplo subhastationis,& alijs docuit Bart. in l. si tempora.C. de fid. instr.lib. 10. n. 4. Quamobrem censuit Sanch. de spons.& matr. lib. 2. Disp. 32. interuallum temporis inter consensum vnius,& alterius, arbitrio iudicis,nõ vitiare matrimonium, nec Sacramen
3 tum pœnitentiæ. Aliud recipitur † in stipulatione, quam vitiat interuallũ interrogationis,& responsionis,ac et-
4 iam † diuersitas responsionis.l.1.§. si quis. simpliciter l.continuus. ff. de verb.oblig.Surd. decis.114.num.3.in dubio autem non præsumitur in omnibus actibus temporis interuallum, vbi vitiaret actum. Mantic. De tac. & ambig. conuent. lib. 3. tit. 15. nu. 48.Verũ primum vitiũ tollitur,si modicũ fuerit interuallum, quod totum iudicis arbitrio relinquitur. d. l. 1. §. qui præsens,vbi Doct.Sic etiã modica tẽporis intercapedo reorum constitutionem non impedit.l.duos. §. fin. ff. de rebus dubijs. Doct. in l. 3 ff. De Duob. reis. Fideiussor quoque interrogatus inter duorũ reorũ respõsa nõ im-

impedit eorũ obligationẽ, neq; .n. lõgũ spaciũ fuit interiectũ, nec actus est cõtrarius. l. duos. 6. §. fin. ff. de duob. reis. Sic dicimus de testamento, quod
5 vno † contextu debet fieri, & in quo testes oportet esse rogatos. §. sed cum paulatim. in Inst. De testam. l. hæredes palam. §. in testamentis. ff. eod. l. hac consultissima in princ. C. eod. satis enim est statim perfecto testamento eos rogari. Bald. in l. vlt. C. de fidei com. Ias. in l. edita. num. 15. C. de edẽdo. Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gloss. 5. nu. 9. neque enim modicum interuallum vitiat. Sebast. Med. De reg. iur. reg. 5. nu. 165. Momento autem perficitur testamentum. Seraph. Oliu. decis. 581. num. 7. Rot. Rom. decis. 173. part. 2. num. 6. Alterum vitiũ aberit a stipulatione, si illico diuersitas responsionis stipulatori placuerit. d. §. si quis. Zucc. in rub. C. de pactis. num. 34. & 50. complacentia enim huiusmodi statim subsecuta efficit, vt interrogatio de eo facta credatur, in quod posteriore placito fuit consensum. Coras. in d. §. si quis, ne quis forte obijciat, vitiari tunc stipulationem, cum hic ordo, & veluti forma non seruatur, vt responsionem præcedat interrogatio. l. obligamur. §. verbis. ff. de oblig. & action. l. 1. C. de vsuris.

SVMMÆ.

1 *Emphyteuta interuertens domini possessionem iure suo cadit.*
2 *Emphyteuta interuertens domini possessionem an possit propria auctoritate expelli, & num. 3.*
3 *Possessio duplex naturalis, & ciuilis. Contra immo vnica possessio, Vide nu. 5. Emphyteuta an ciuiliter, & naturaliter possideat.*
4 *Emphyteuticam rem esse negans iure suo cadit.*
Vassalus præsumitur inuestitus, si dominus tacuit per annum.
Agnatus proximior reuocat intra annum alienationem factam in remotiorem.
Dominus potest incontinenti post interuersam possessionem rem suam inuadere.
5 *Opinio auctoris.*
Possidere quis dicatur. Occupator an dicatur possidere.
Possessio est facti.
6 *Possessio iniusta est possessio.*

De emphyteuta alienante, & interuertente possessionem domini.

Cap. CXXVI.

1 NOn min⁹ iure suo † cadit emphyteuta, qui eo est proposito, vt sibi possideat, dominique possessionem interuertat, quam qui rem emphyteuticam inscio domino alienat. Clar. in §. emphyteusis. quæst. 13. & 25. Sed quę-
2 stio est, An illo casu possit † a domino propria auctoritate expelli. Et distinguitur an statim iure suo velit experiri dominus contra emphyteutam, an interiecto temporis spacio, vt priore casu possit illum expellere, cum id videatur agere, vt ciuilẽ suam tueatur possessionem, altero secus, fuit enim iam sua possessione ciuili spoliatus, ita vt illi censeatur præclusa via agendi propria auctoritate, & pro imperio, idcircoque iuris actiones ordinarias debeat intendere. Clar. dicta
3 quæst. 25. Duplicem autem esse † possessionis speciem naturalem, & ciuilẽ traditur a nonnullis, & quidem crebrius. ad l. 1. ff. de adquir. possess. vbi ego secutus sum Azon. sententiam existimantis vnicam speciem. Vide Valasc. de iure emphyt. quæst. 18. num. 5. vbi num. 6. ait posse defendi illam opinionem contra communem, quod videlicet emphyteuta naturaliter, & ciuiliter possideat. Ego indistinctè crediderim in eo, de quo hic præcipue

ſtio eſt, ſiue ex interuallo ſiue ex cõtinẽti agat poſſe emphyteutã propria auctoritate expelli, tum quia ſi id facere poteſt, vbi in alium rem transfert, ita vbi veluti ſibi rem tradit emphyteuta, 4 tum etiam quia † negans rem eſſe emphyteuticã ipſo iure eius facit iacturam. Valaſc. quæſt. 8. num. 10. dicto tract. Quod procedit, vbi ius directi dominij in dubium non reuocatur, nec ſubeſt timor ſcãdali. Ioſ. Lud. deciſ. Peruſ. 17. Franc. Milan. deciſ. 17. lib. 2. num. 64. vbi late hac de re. Camill. Borell. in Summ. Deciſ. tit. 33. nume. 357. Verum ſi dominus tacuit per annum, tunc præſumitur Vaſſallus inueſtitus, nec poteſt propria auctoritate expelli. late Men. conſilio 503. num. 15. vbi agit de linea finita, ſic agnatus proximior reuocat intrà annum alien. factam in remotiorem. Men. conſ. 507. nu. 12. Diſtinctio autem illa Clar. d. q. 25. poſſet procedere quoad poſſeſſionem ciuilem, quam ſi vellet dominus tueri iuxta communẽ opinionem, incontinenti id deberet facere. l. 3. §. cum igitur. l. qui poſſeſſionem 17. ff. de vi, & vi armata. Et ideo dominus poteſt incontinenti inuadere rem ſuam alteri locatam, vel commodatam poſt interuerſam poſſeſſionem Gabr. de acq. poſſeſſ. concl. 1. nu. 33. & ſeq. Cæterum quod attinet ad poſſeſſionem ita ſtatui in d. l. 1. ex mente veterum Iuriſconſultorum, quam 5 vulgus noſtrorum interpretum non mihi videtur aſſequi, nimirum non poſſidere eum qui corpore rei inſiſtit ne naturaliter quidem, niſi animum habeat rei ſibi retinendæ & poſſidendæ, & ideo Duar. in princ. illius titu. ff. de adquir. poſſeſſ. conſiderat potiſſimum adfectionem poſſidendi. Facit l. qui iure. ff. eodem. Vbi igitur quis abſente domino & poſſeſſore, puta ad nundinas profecto, occupat poſſeſſionem, non amittit poſſeſſor ſuam poſſeſſionem, niſi occupator habeat adfectionem ſibi poſſidendi, & reuerſus ſciat eam eſſe occupatã, & repellatur ab occupatore, vel ſuſpicetur ſe poſſe repelli. l. clã poſſidere. 6. §. qui ad nundinas. l. ſi id quod. 25. §. quod autem. l. quamuis. 46. ff. de adquir. poſſeſſ. tunc enim dicitur amittere poſſeſſionem, alias remanet poſſeſſor. Noſtri autem interpretes duplicem commenti ſpeciem poſſeſſionis naturalem & ciuilẽ contra l. 3. §. genera. verſ. Et in sũma. ff. eod. occupatorem putant naturaliter tantum poſſidere, reuertentem autem a nundinis retinere ciuilem. Verum occupator ipſe poſſidere dicitur, nam poſſeſſio eſt † facti, & iniuſta poſſeſſio, dicitur poſſeſſio, & hoc etiã videtur ſentire Fab. de err. Prag. erro. 2. decad. 4.

6 (margin beside "tur, nam poſſeſſio")

S V M M Æ.

1 *Clauſula in fine poſita an referatur ad omnia præcedentia.*
2 *Conditio in fine poſita an referenda ad legata, quæ præcedunt.*
3 *Conditio quando cenſeatur repetita.*
4 *Bartoli opinio dubia.*
Repetitio conditionum, et relatio quando cenſeatur facta.

De conditione & clauſula repetenda, & referenda. Cap. CXXVII.

Latè patent illæ diſceptationes, quæ paſſim in foro verſantur, 1 An † clauſula in fine poſita referatur ad omnia præcedentia. Gabr. de clauſ. concl. 6. Cap. deciſ. 108. An con- 2 ditio poſita in fine † referatur ad legata, quæ præcedunt, &c. An, & quan- 3 do † cenſeatur repetita in ſequentibus. Menoch. conſ. 152. numer. 44. lib. 2. & de præſ. lib. 4. præſ. 180. & ſeq. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 10. tit. 6. Bertazz. conſ. 15. Galgan. de cond. part. 2. cap. 1. quæſt. 18. Peregr.

regr.de fideicom.art.16.vbi pluribus constitutis capitibus, & regulis cum extensionibus, & restrictionibus rem totam exsequuntur. Est autem hoc receptum, quando aliquo interuallo distarent præcedentia, vt quia inter illa, & generalem clausulam plura intermedia existerent, tunc non censeri factam relationem. Menoch. d. præs.81.num.23. Addo Gabr.d.concl.9.num.12. Obiter admonēdi estis, miram videri illā traditionem. Bart.
4 † in l.in repetendis. ff.de leg.3. dum inquit. Si testator fecit plura legata hoc pacto. Instituo Caium hæredē. Quod si, vel, sin autem Caius decesserit sine filijs, relinquo Titio centum. Item relinquo Seio fundum Item Sēpronio domum, præsumi in sequentibus legatis repetitā illam conditionem. Si Caius decesserit sine filijs, sequuntur eandem sententiam Menoch.d.præs.180. nu.21.& 22. Mant. d.tit.6. num.17. Galgan. d.quæst.18. num.37. Constituitur autem a Bart. & ab alijs fundamētum super aduersatiuis illis dictionibus. Verum facile illotum fundamentum corruet, si dixerimus, illas aduersari præcedentibus solum ob legatum proximum, quod habet orationem perfectam, ideo non debet censeri repetitum in alijs orationibus, vbi res diuersæ legātur diuersis personis. Peregr. d. art. 16.num.11. & ideo Bart. sententiam improbauit Schol.ad eundem, & ipse in quadam specie per clientem meū proposita, dixi dubiam esse sententiā Bart. maxime, cum in ea specie dictiones illæ non continuatiuè essent positæ, sed perfecta omnino præcedēte oratione. Illud autem me traxit præcipuè in sententiam contra Bartolum, quod in specie mihi proposita secundum legatum aliam haberet, & propriam conditionem. Mant. d.tit. 6.num.40.

SVMMÆ.

1 *Actus legitimi perficiuntur momento.*
2 *Actus legitimi an recipiant diem, vel cōditionem.*
Actus legitimi qui, & nu. 3.
L. Actus. ff. de reg. iur. sententia, & n. 3.
Didacus Millianus legum Interpres eruditissimus.
3 *Actus legitimi quare non recipiant dilationem diei, vel conditionis.*

De actibus legitimis. Cap. CXXVIII.

1 ACTVS legitimi nesciunt intetuallū, momento enim per-
2 ficiuntur, & † ideo diei adiectione expressa vitiantur, non autem tacita. l. actus. ff. de reg. iur. Verum existimant communiter Doct. secuti Accurs.in d. l. actus, quosdam reperiri actus legitimos, quibus addi possit cōditio, vel dies, tum quia actus legitimi infiniti reperiuntur, qui videlicet iure fiunt. Din. in c. actus. de reg.iur. lib.6. per tex. in l. legitima ff. de pactis cū alijs, de quibus Dec. & Cagn. in d. l. actus. tum etiam quia inquit Papin. in d.l.actus, Qui non recipiūt diem, vel conditionem, quasi innuat alios reperiri actus, qui diem recipiant, & conditionem.

Verum placet mihi quod tradit Iacob.Cuiac.lib.15.Obs.c.16.nimirum Papin. in d. l. actus non appellare omnes actus legitimos, qui iure fiāt, nam hoc pacto emptio, venditio, & si miles actus dici possunt legitimi. Cagnol. ibid. item procuratoris datio, tutoris auctoritas, vadimonium, comperendinatio, testimonij dictio, quæ dicitur actus legitimus in l. pen. C. de hæret. idest legitima, & forensis conuersatio, item sententia diceretur actus legitimus, vt optime animaduertit eruditiss. Didacus Millian⁹, collega meus ad rub. de Sent.& re iud.n.

19.

19. sed actus legitimi ibi appellantur ex vsu solemnis iuris proceditq. d. lex falum in actibus ibidem expressis. Barz. decis. Bonon. 88. num. 16. Quare autem illi actus, qui ibidem enumerantur nõ recipiant dilationem diei, vel conditionis eleganter multis capi
3 tibus explicat † Andr. Alc. lib. 3. Parerg. c. 4. 5. & seq. Id poteris ex ipsius scriptis cognoscere. Cæterum in Flor. libris deest negatiua, Non, quam lectionem probat Cuiac. d. cap. 16. vbi exponit, Qui recipiunt, idest, quibus adijcitur dies, vel conditio expresse, nam tacite potest, & hoc pacto male colligitur alios reperiri, qui recipiãt diem, vel conditionem. Vel dici potest, Actus legitimos, qui non recipiunt diem vel conditionem, idest, quorum ea est natura, vt non admittant dilationem diei, vel conditionis, huiusmodi adiectione expressa vitiari.

SVMMÆ.

1 *Facere qui aliquid tenetur, debet id primo quoque tempore explicare.*
2 *Consensum obtinere alicuius, qui tenetur, statim debet illum obtinere.*
3 *Conditio in faciendo consistens habetur pro defecta lapsu temporis.*
4 *Feudi alienatio vbi fit reseruato consensu domini, an statim debeat peti assensus.*
5 *in Promissione rati succedit obligatio ad id, quod interest.*
Ratificatio intra quod tempus debeat sequi.
6 *Interpellandus non est, qui tenetur aliquid facere.*
Conditio, si Capitolium adscenderit statim implenda.

De conditione in faciendo consistente implenda. Cap. CXXIX.

1 IN eo quoque apparet vis † eius, quod statim fit, vel interposito lõgo temporis interuallo, puta si lege contractus teneatur quis ad aliquid faciendum, etenim debet primo quoque tempore id explicare quo potuerit cõmode, & ideo si distulerit illud implere, quod tenebatur præstare, negligentiæ suæ pœnam sustinebit: exempli gratia, si tenetur quis obtinere consensum alicuius in contractu, erit nullus contractus, vbi ille non
2 impetrauit cõsensum † intra tempus, intra quod id facere potuit, conditio enim consistens in faciendo, habe-
3 tur † pro defecta, vbi effluxit tantum temporis spacium, intra quod potuit factum explicari. Ceph. cons. 118. num. 16. & seq. Roll. Vall. cons. 63. num. 48. vol. 4. Ob eandem rationẽ respondit Surd cons. 399. num. 12. nõ
4 valere conuentionem circa † feudi alienationem, siue obligationem reseruato domini consensu initam, vbi consensus non fuerit impetratus intra tempus, intra quod poterat commodè. Non tamen incontinenti debet impetrari assensus. Sed nec debent contrahentes, qui tenentur eum obtinere nimis longam moram in eo petendo, & impetrando interponere. Sic cum in promissione rati succedat
5 † obligatio ad id, quod inter est. l. si commissa, l. in illa stipulatione. ff. Rẽ rat. hab. sæpenumero respondi committi moram, si tantum temporis spatium lapsum sit, intra quod ratificatio sequi potuisset. Neque opus erit in hoc aliqua interpellatione, quia
6 vbicunque tenetur † quis facere, debet quamprimum explicare actum, & præstare, quod promisit. Surd. optime decis. 208. num. 6. & seq. & cons. 3. Bardell. cons. 199. Ita conditio. Si in Capitolium adscenderit, sic recipienda, si cum primum potuerit Capitolium adscen dere, l. hæc conditio 29. ff. de cond. & demonstr.

SVM-

SVMMÆ.

1 *Negatiua vaga improbabilis.*
2 *Negatiuam non probat, qui pro se habet præsumptionem.*
3 *In Negatiua dicitur quid probatum, vbi contrarium non probatur, & quomodo id procedat.*
4 *L. cum de lege ff. de probat. sententia, reiecta interpretatione glossa.*
5 *Hæres tenetur probare iuxta l. cum de lege ff. de probat.*
6 *Negatiuam non probari, vbi actus est momentaneus, nec fit palam.*

De negatiuæ probatione.
Cap. CXXX.

INtegri extant Doctorum nostrorum tractatus circa negatiuæ probationem, Mattini de Fano, Hercul. & aliorum. Omnium autem sententia illud receptum est, negatiuam
1 vagam, & † nullo pacto coarctatam improbabilem esse. l. actor. C. de probat. Mascard. concl. 1092. Vbi autē
2 recipit probationem, tunc ad eam † non adstringitur, qui pro se habet præsumptionem. Gabr. de probat. concl. 6. num. 38. Menoch. de præs. lib. 4. præs. 1. num. 8. Guid. Pap. eod. tit. num. 72. si præsumptio contra negantem vrget, multo magis probanda, Surd. decis. 104. num. 4. & 5. decis. 260. num. 8. decis. 316. num. 14. Et in probatione negatiuæ illud præci-
3 puè obtinet, quod dici solet, nimirū † aliquid dici probatum ex eo quod cōtrarium non sit probatum. Men. cōs. 322. num. 44. gloss. in l. 2. C. de petit.
4 hæred. in verb. Probetur, gloss. † in l. cum de lege. ff. de probat. Gabr. eod. tit. concl. 7. Verum illam gloss. expositionem semper reieci, violat enim
5 † verba d. l. cum de lege, quæ expresse requirit hæredis probationem in l. Falcidia. Qua de re vide Couar. lib. 2. Var. Resol. cap. 6. n. 4. Bologn. in rub. ff. de oper. noui nunci. num. 147. Fab. de Ann. cons. 85. nu. 4. lib. 1. Gabr. d. concl. 7. Rim. in princ. Inst. De donat. nu. 200. cum seq. Vindicare au
6 tem sibi potest locum, vbi † agatur de actu momentaneo, qui non solet palam fieri. Menoch. lib. 4. Præs. 1. præs. num. 9. Doct. in l. si emancipati. C. de collat.

SVMMÆ.

1 *Iuri futuro an possit renunciari, & num. 3. & seq.*
2 *Renunciatio strictè accipienda.*
L. si seruitus. ff. de seru. vrban. prædiorū, exposita.
3 *Sermo generalis, & indefinitus an trahatur ad futura.*
4 *Repudiatio est iuris delati.*
5 *Pacto potest tolli ius futurum, ac etiā renunciatione.*
6 *Renunciatio iuris futuri colligitur ex verbis.*
7 *Spei an sit renunciatum, & an illius habeatur ratio.*
8 *in Renunciationibus iuris futuri an requiratur insinuatio.*

De renunciatione iuris futuri.
Cap. CXXXI.

1 IVRI futuro † non posse renunciari traditum est l. is potest. l. quam diu 2. ff. de adquir. hæred. l. si ita scriptum §. si sub conditione. ff. de leg. 2. Doct. in l. 1. C. de pactis. Hoc limitant nonnulli, vt nō procedat in iure incōtinenti competituro post repudiationem iuris prius competentis, l. si seruitus. ff. de seruit. vrban. præ. l. Sed hoc non probat Dec. in l. 1. in vlt. interpret. num. 53. C. qui admitti. renū
2 ciatio enim est stricti † iuris, & ideo strictè accipienda, ita vt ad ius futurum non debeat porrigi, Dec. cons.

352.

352.nu.7.Andr.Gaill.li.2.Pract.Obs. cap.77.Menoch. cons.423. nume. 29. Mascard. conclus. 1269. nume.4. Cæterum in d. l. si seruitus, non agitur de renũciatione,sed de seruitute, Ne luminibus officiatur, & verba indefinita & ambigua ita interpretatur ibi I. C. vt respondeat humanius esse verbo generali omne lumen contineri. Et hanc interpretationem suasit subiecta materia, mens,& intentio cõtrahentium, nã qui eo modo sibi cauit, non videtur sibi voluisse facultatem adimere, quo minus possit alias fenestras,vel ampliores facere. Alcia. in l. verbum erit. ff. de verb. sign. Couar. lib. 1. Var. Resol. c. 13. nu. 9. & verba illa, Post tẽpus conuentionis contigerit, accipio siue statim, siue ex inter-
3 uallo. Non solet alioqui † sermo generalis, & indefinit⁹ trahi ad futura, vbi inde sequeretur maximum damnum. Thes. decis. 226. nu. 2. secus si modicum. Mant. De tac. & ambig. conuent. lib. 5. tit. 15. nume. 18.

Ego circa renũciationẽ iuris futuri cõsueui in d. l. 1. C. de pactis nõnulla capita considerare cum Bart. nu. 4. Dec. nu. 21. Rip. num. 13. & 21. Bolog. nu. 61. Zucc. nume. 123. Nunc breuiter multa perstringo, Aut agimus de potestate renunciãdi, & distinguitur inter repudiationem, pactum, renun-
4 ciationem. † Repudiatio est tantum iuris delati iuxta leges supra allegatas. Habet .n. veluti suos limites, & cancellos præscriptos ad ius delatum. l. 1. §. decretalis. ff. de success. edicto. Pa-
5 cto potest † tolli ius futurum, non autem renunciatione Surd. cons. 70. nu. 10. Sed Bolog. nu. 66. indistinctè etiã renũciari posse ait iuri futuro, vt videlicet quis ius a se ipso abdicet. Paul. Aemil. Gall. de except. tit. 4. except. 26. siue 4. part. 2. num. 18. & 39. Laderch. cons. 133. nu. 6. Aut quæstio est de voluntate, data potestate renunciã-
di, & illa colligitur, ex verbis, quibus
6 concipiuntur renunciationes, an † videlicet ius tantum præsens censeatur remissum, an futurum ex causa præsenti vel noua. Seraph. Oliu. decis. 1198. & decis. 317. decis. 295. Curt. iun. cons. 266. nu. 19. Dec. nu. 32. in d. l. 1. Alciat. nu. 31. & 28. Rip. num. 26. Bolog. nu. 82. & 86. Caroc. decis. 62. num. 23. Mascard. concl. 1270. de prob. Decian. resp. 39. lib. 2. Menoch. cons. 335. nu. 9. cons. 401. num. 96. & nu. 119. & de Præs. lib. 3. præs. 115. nu. 38. Surd. cons. 418. nu. 22. Hond. cons. 36. num. 18. cons. 63. nu. 88. lib. 1. Mantic. dicto tit. 15. nu. 27. Stephan. Gratian. lib. 2. Discept. Forens. cap. 346. num. 1. 11. & seq. & de Renunciationib. editus fuit nunc vberrimus tractat⁹ præstantissimi I.C. Pauli Gallerati Nouariensis. Regulariter au-
7 tem nõ habetur ratio † spei, nisi præsẽtis, & ideo qui remittit omne ius, quod habet, & habere sperat, intelligitur ex causa præsenti. Oliuar. d. decis. 1198. Tiraq. De legib. Connub. gloss. 2. nu. 36. vbi agit, an & quando spei sit habenda ratio Laderch. d. cõs. 133. tunc enim solet haberi, quando proxima est, veluti, Non debet quis audiri, nisi habeat actionem. At si statim eam sit habiturus, vt in ipsa litis contestatione, non erit a limine iudicij arcendus. l. quoties. §. si temporali. ff. de admin. tut. l. Titius vbi Doct. ff. de verb. oblig. Tiraq. dicta
8 gloss. 2. nu. 40. Cæterum quia † in renunciationibus titulo donationis requiritur insinuatio, vt scripsi cap. 95. ideo quæsitum est an in huiusmodi renunciationibus iuris futuri necessaria sit insinuatio. Videbatur dicendum ius futurum & quærendum recipere æstimationem inspecto euentu dubio, & spe probabili, vel secus, & iuxta æstimationem requiri insinuationem, vel ea minime esse opus. Verum pla-

placuit spe ad actum deducta, tunc demum insinuationem requiri, perinde ac si ius ad actum initio esset deductum. Rimin. iun. in §. 1. num. 843. in Inst. De Donat. Alex. Galuan. concl. 38. num. 11. Add. Gratian. Discept. Forens. 132. nu. 20.

SVMMÆ.

1 *Hæres præstat satisdationem legatarijs, & fideicommissarijs.*
Quando eam euitet.
2 *Formula. Hodie constat, hodie agatur, et nu. seq.*
3 *In Summarijs recipitur exceptio incontinenti probanda.*
4 *L. si is a quo. ff. vt in possess. leg. exposita.*
5 *Nunciatione facta abstinere debet quis ab ædificando.*
Nunciatio quot modis remittatur.
6 *L. 1. ff. de operis noui nunciat. declaratur.*
6 *L. vnica. C. de operis noui nunc. exposita.*
Satisdationis vis tollitur per illam formulam Hodie constat &c.
8 *Nuncians quando possit ædificare, oblata satisdatione.*
9 *Incontinenti quando dicatur factum in materia nunciationis.*

De satisdatione legatarijs, fideicommissarijs, & nuncianti nouum opus præstanda. Cap. CXXXII.

1 HAeres tenetur † legatarijs, & fideicōmissarijs præstare satisdationē, de qua l. 1. & passim. ff. vt legat. nom. caueatur. Quòd si facere noluerit; mitti debent legatarij, & fideicom missarij in possessionem. vt in tit. ff. Vt in possess. leg. Verum hanc satisdationem, & missionem in possessionem euitabit hæres, si neget fideicommissum fuisse relictum, idque incontinēti se probaturum iudicis arbitrio offerat, Menoch. de Arbitr. cas. 10. per l. si is, a quo, ff. vt in possess. leg. etenim poterit ante constare de fideicommisso an subsit, vel secus, quam de satisdatione, quasi sensus sit illius legis, vbi petitur satisdatio poterit hæres offerre cognitionem circa fideicommissum illis verbis. Hodie constet
2 † de fideicommisso, hodie agamus, & ideo non probo illam expositionem. Accur. ibidem, dum interpretatur Possit, idest, Debeat, nam cum possit contingere, vt ante constet de fideicommisso, oblata illa cognitione ab hærede non erit opus agere de satisdatione. In summarijs igitur debet etiam recipi exceptio, quæ inconti-
3 nenti si probanda, Bart. & alij in d. l.
4 si is a quo. Et licet in ea formula † d. l. adsit verbum, Hodie tamen illud non accipitur de eadem die, sed de tempore, iudicis arbitrio. Fœnut. De moment. tempo. cap. 15. num. 4. Cæterum illius formulæ frequens est in iure nostro mentio, & vsus, & præcipue in materia nunciationis noui o-
5 peris de qua cap. seq. etenim facta † nunciatione debet ædificans abstinere, omnino ab ædificando, vt vberrime tractauimus anno proxime elapso in l. 1. ff. de oper. noui nunci. Verū remittitur nunciatio, aut conuentione, aut remissione prætoria, aut satisdatione, quæ vicem obtinet remissionis. Donell. de iure ciuili cap. 35. lib. 15. vers. sed & si, & vers. Satisda-
6 tione Bolog. in d. † l. 1. nu. 129. qua in l. secutus sum lectionem negatiuā tanquam veriorem, vt videlicet eatenus prohibitionis debeat fieri remissio, quatenus prohibendi ius non haberet qui nunciasset, eatenus enim debet remitti, idest relaxari prohibitio. Anton. August. lib. 1. Emend. cap. 3. Bolog. nu. 108. Donell. d. c. 35. vers. Remissio Prætoria. satisdatio igitur habet vim remissionis, ita vt ea præstita, vel oblata possit ille, cui facta fuit nū-

ciatio, ædificare. Quod tamen non procederet, si nuncians diceret. Hodie constat hodie agatur, nam tunc impeditur reus, ne ædificet gloss. magna in d.l.1.in 4. solut. per l.vnicã. C. de oper-
7 ris noui nunc. † pro quã legẽ est imminuta satisdationis commoditas, ita vt si nunciãs ea vtatur formula, tollatur vis oblatę satisdationis intra tres mẽses, in tra quos nuncians ius suũ possit ostendere. Duar. De oper. nou. nunci. c.6. vers. secundus. Bolog. nu.112. Socin. inn. nu.251. Ias. nu.19. Ruin. nu. 119. Alciat. num.135. d.l.1. vbi latissime d.l. vnicam exponunt, & varie, consideratis nonnullis casibus. Ego in præsentia tres tantum constituo. Primus est, quando nunciãs acceptat
8 † satisdationem, & tunc ille cui facta fuit nunciatio, ædificare potest. Secundus quando eam non acceptat, sed dicit Hodie constat, &c. vel alia vtitur simili verborum formula (neque enim hæc verba sunt tradita pro forma) & tũc pariter cõueniunt omnes, esse supersedendum per tres menses. Tertius est dubius, quando nuncians nihil dicit, nec vult recipere satisdationem, nec vult statim docere de iure suo, & Ias. putat nihilominus esse supersedendum per tres menses. Sed contraria opinio communiter recipitur, videlicet requiri prædicta verba, ne per d.l. vnicã nimis restringantur leges loquentes de satisdatione, vel similia saltem verba esse neces-
9 saria. Incontinenti † igitur dicitur fieri, quod fit intra prædictum tempus trium mẽsium. Qua de re latè Andr. Gaill. lib.1. Obs. cap.26. Gall. cons. 52. nu. 4. Thes. decis. 204. Stephan. Gratian. li.2. Discept. Forens. ca. 384. nu.12.13. & seq. Cost. De rem. subsid. rem. 112. Lancell. De Attent. post inhib. 2. part. cap.20. limit. 2. nu.12. & seq.

SVMMÆ.

1 *Bartolus sæpe sibi ipsi contrarius.*
Conciliantur Bartoli dicta.
Nuncians verbo an possit postea opus destruere propria auctoritate.
2 *Nuncians an faciat aduersarium possessorem, & nu. 4.*
Nunciatio triplex. Immo vnica num. 3.
Nunciatio quid.
3 *Nunciatio quare introducta.*
4 *L.1. §. in operis. ff. de oper. nou. nunciat. declaratur.*
5 *In Nunciationis materia formula vsitata, Hodie constat &c.*
6 *Nunciationis materia desiderat celeritatem.*

De noui operis nunciatione.
Cap. CXXXIII.

1 Bartolus † interpretũ Coryphæus passim deprehẽditur sibi ipsi contrarius, non desint, qui distinctionibus adhibitis ab huiusmodi antinomiæ vitio eundem conentur tueri. Inter cætera scriptum reliquit in l. 1. §. nunciatio. ff. de oper. noui nunciа. col. prima. verbo nunciantem, propria auctoritate non posse postea destruere opus, cum amiserit possessionem. At contrariũ tradit in l. de pupillo. §. meminisse. ff. eod. tit. Verum Ias. in d. §. meminisse. nu. fin. ita Bartolum ipsi Bartolo conciliat, vt in §. nunciatio tractet de destruẽdo, quod facere non potest nuncians verbo, in §. autem meminisse de possessione reuocanda, quod potest facere. Alij putant incontinenti posse nunciantẽ verbo, possessionem, ea nunciatione amissam reuocare, & recuperare, non autem ex interuallo. Sed videndum,
2 An † nuncians faciat aduersarium possessorem. Et communiter receptũ est in d. l. 1. §. in operis, vbi Ias. nu. 1. & 2. nunciationem esse triplicem, vnã,

quæ

quæ fit verbo, alteram, quæ per iactū lapilli, tertiam per Prætorem fieri, de quibus Clariss. I.C. Didacus Millianus, primarius in hoc gymnasio Ticinensi canonum interpres in rub. De iud. num. 13. nunciantem autem verbo facere aduersarium possessorē, quia metu censetur ad hoc nunciandi genus voluisse confugere, cum suspicaretur, se posse repelli. gloss. in d. §. in operis. Est autem nunciatio, diffinitore Coras. in rub. ff. de op. noui nunc. num. 2. nihil aliud, quam denunciatio in re præsenti, & immobili legitimè facta, ne quid in futurum noui operis fiat, quo nobis noceatur. Fuit
3 † introducta ad tollendam vim armatam, estque ex quadam veteris iuris imagine orta, quo iure manu consertum res repetebantur. Agellius li. 10. Noct. Attic. cap. 9. & quamquam vulgò distincta est in tres species, ut iam dixi, tamen alijs magis placuit, rem ipsam diligentius perpendentibus, tres quidē esse prohibitionis species, at vnicam esse nunciationem, quę solo fit verbo. Rapha. Cum. in d. §. meminisse Coras. in d. rub. n. 5. In quam & ipse inclino sententiam, licet huiusmodi quæstiones consueuerim negli-
4 gere. Existimo præterea malè † accipi cōmuniter à Doct. d. §. in operis, inanesque esse illas discriminis rationes, quas ijdem cōminiscuntur inter nunciationem, quæ fit verbo, & alias, nā proprium nunciationis est, vt faciat aduersarium possessorem. Anto. Fab. lib. 19. Coniect. cap. 5. & ideo germanus sensus d. §. in operis iuxta Coras. ibidem est, vt nuncians faciat, idest, declaret, ostendat, profiteatur aduersarium esse possessorem, nunciatur enim nouum opus ædificanti in re, à se possessa d. §. meminisse, & ideo vbi quis vtitur hoc remedio, quantum in ipso est facit, declarat aduersariū possessorem, nam in eam causam eo vti censetur, in quam fuit à iure proditū.
5 l. si duo. ff. de acq. hæred. † Cæterum in materia nunciationis illa formula est valde vsitata, de qua I.C. in l. si is à quo. ff. vt in possess. leg. quæ in fideicommissis habet locum, videlicet, Hodie constat, Hodie agatur, vt dixi ca. præced. Quæ formula oblatæ satisdationis commoditatem, & vim minuit intra trimestre l. vnica. C. de noui op. nunciat. Materiam autem nunciatio-
6 nis † celeritatem desiderare ait Lancell. De Attent. 3. part. cap. 28. De sent. in causa attent. ferend. num. 63.

SVMMÆ.

1 *Vendere, & emere nemo compellitur.*
2 *Vendere in quibus casibus quis compellatur.*
3 *Vendere quis coactus pro augendo viridario Monalium.*
4 *No. Const. Med. De aquis & flum. & De priuatis ædificijs, & num. 5.*
Aquarum ducendarum causa cogitur quis vendere.
5 *Aedificare volenti in Ciuitatibus, & in suburbijs an quis cogatur vendere.*
6 *Pretium quodnam soluendum coacto vendere.*
Didaci Couar. distinctio.
7 *Frumentum uenditum alienigenis per Ciues aliquos quando possit ipsa Ciuitas retinere.*
Auctoris opinio.

De coacto vendere. Cap. CXXXIV.

1 QVemadmodum † emere nemo compellitur, ita nec vendere. l. inuitum. C. de contrahenda empt. l. nec emere. C. de iure delib.
2 Discedimus tamen † plerumq; ab hac regula, si id suadeat religionis, aut publicæ vtilitatis fauor, aut alia causa, quæ Principi æqua videatur. Qua de re late Did. Couar. lib. 3. Var. Resol. cap. 14. Vinc. Franc. decis. 223.

Gasp. Thes. lib. 1. Quæst. Forens. quæst.64. Menoch.cons.1206. lib.13.
3 ita vt etiam pro † augendo viridario fauore religionis cogatur quis ad vendendum domum.M. Anton.lib.1.Resol.cas.29.resol.vlt. Giurb. decis.86. & ita fieri iussit Senatus Excell.in quadam causa inter Sacras Virgines vulgò Cappuccine, & D. Spinulã, affinẽ meum,pro quo ego scribere recusaueram, cum religionis fauor idipsum, quod decreuit Senatus, videretur suadere. Caroc. decis.26. & die 28. Ian. 1622.idem statuit Senatus etiam re-
4 spectu partis fauore Monialium.†Sic etiam No.Cõst.Med. in tit.De aquis, & flum.§. Omnibus,cogitur quis vendere, vt duci possint aquæ. Menoch. cons. 800. num. 18. & de Arbitr. cas. 462. num.11. Carpan. ad Stat.Med.
5 247. vol.2. Eadem ratione † compellitur quis vendere domum contiguã, volenti ædificare in Ciuitatibus,vt in tit.De priuat.ædif.in No.Const. quas Const. tamquam fauorabiles extendit Menoch.De Arbitr.cas.155.nu.9. & 10. etiam ad ædificantes in suburbijs. Bardell. cons. 119. vbi ait eo statuto legati etiam clericos. Vide Liu. lib.40.pag.793. Vbi ait Liciniũ Crassum impedimento fuisse, ne per suũ fundum aqua duceretur.
6 Sed quodnam pretium † tunc erit soluendum? In No. Const. huius ditionis præfinitum est pretium.Vbi autem non est definitum, tunc arbitrio iudicis iustum est soluendum inspecto tempore, quo quis compellitur ad vendendum, non autem tenetur quis vẽdere eo pretio, quo emit. Quamẽ in re affert distinctionem Did. dicto cap.14. num.6. Aut enim quis statim cogitur vendere quod emit. Aut ex interuallo. Priore casu eodẽ pretio tenetur vendere, quo emit.
7 Veluti † si Ciues aliqui frumentũ vendiderint exteris, & eo frumento egeat Ciuitas ipsa, iure enim prælationis poterit sibi habere eodem pretio illud frumentum, vbi paulo ante venditio facta sit alienigenis. Secundus enim emptor eo in casu ingreditur locum primi. Altero casu, quando ex interuallo compellitur quis ad vendendum, pretium iustum inspecto tempore secundæ venditionis erit soluendum. Neque dici poterit priore casu non esse admittenda plura specialia, nam vnum consequitur alterum,& cum secũdus emptor subrogetur in locum primi eodem pretio erit facienda secunda venditio, quæ habetur pro prima nec ab ea distin-
8 guitur. Verum eo casu ego † dubito contra Didac. nam statim facta venditione, fuit exteris quæsitum dominium frumẽti ius nimirum ad illud, vel dominium secuta traditione, ideo si creuit illius valor, commodo emptorum illud augmentum debet cedere. Prudentis igitur iudicis arbitrio multa erunt committenda in huiusmodi speciebus.

SVMMÆ.

1 *Remedia plura contra rem iudicatam.*
2 *Supplicatio petitur aduersus rem iudicatam.*
3 *Supplicatio siue recursus intra quod tempus offerri debeat.*
4 *Intra, dictio quid inferat.*
5 *Inter supplicationem, & appellationem an sit differentia.*
6 *Supplicatio offerri potest post decem dies vsq; ad biennium. Distingue.*
Sententia an mittenda exsecutioni sine fideiussione, vbi offertur supplicatio, & num. 7. Quid vbi irretractabilis exsecutio?
Auth. Qua supplicatio. C. de precibus Imper. offerend. declaratur.
7 *Intra tempus præfinitum negligẽs quid facere, censetur renunciare iuri intrà illud tempus concesso.*

Mari-

Marij Giurb. opinio.

8 *Nullitas quando impediat exsecutionem conformium.*

Restitutio in integrum quando impedimento sit exsecutioni rei iudicatæ.

Auctoris opinio.

9 *Recursu impetrato non impeditur exsecutio quoad causam principalem. Quid statuendum respectu expensarum? nu. seq.*

10 *Expensæ accessoriæ ad causam principalem.*

11 *Expensarum, & causæ principalis diuersa ratio.*

In expensis minor adhibetur cognitio, quam in causa principali.

Appellatio denegatur respectu causæ principalis quandoq; & conceditur quoad expensas.

12 *Accessorium non sequitur naturam principalis, vbi est diuersa ratio.*

Io. Baptista Sormanus Index Ticinensis.

13 *Afflictus decis. 231. improbatur.*

14 *Recursus non denegatur in causis momentaneæ possessionis.*

De supplicatione siue recursu. Cap. CXXXV.

1 MVltis modis † consulitur victo contra ipsam sententiam, atque adeo rem iudicatam. Appellatur enim, dicitur nulla sententia, petitur reuisio, restitutio in integrum postulatur, ac etiam supplicatio conceditur,
2 auth. Quæ supplicatio C. de precib. Imper. offerēd. Boss. in tit. De supplicat. ad vers. rem. iud. Gall. cons. 27. n. 102. Surd. cons. 379. num. 26. latiss. Costa de rem. subsid. rem. 22. Giurba decis. 4. Valasc. consult. 51. tom. 1. Lancell. De Attent. 2. part. cap. 19. vbi ait ex Marant. differre querelam, reclamationem, supplicationem.
3 Hæc supplicatio † siue recursus intra decem dies offerri debet. d. auth. Quæ supplicatio, vel post decem dies statim. Verum crediderim dictionē
4 illam, Intrà excludere † illud, quod fit etiam statim, ea enim includit tantum sua extrema, cætera excludit. Stephan. Gratian. lib. 2. Discept. Forens. cap. 301. num 20. Quod multo magis dicendum si hoc tempus est de forma. Rim. iun. cons. 808. num. 13. lib. 7. Ias. in d. auth. quæ supplicatio nu. 5. contra Castr. Giurb. decis. 4. num.
5 32. & cum in hoc nō reperiatur † differentia inter appellationē, & supplicationem, iisdem regulis vtramq; diffiniemus. Ias. in l. si quis aduersus. C. de precib. Imper. offer. Menoch. qu. 70. de Arbitr. num. 26. Atqui in appellatione computatur etiam tempus de momento ad momentum vt dixi cap. 94. nu. 10.

6 Non tamen negari potest, quin † supplicatio offerri possit etiam post decem dies vsq; ad biennium, sed tūc sententia erit mittenda exsecutioni sine fideiussione d. auth. Quæ supplicatio. Vnde hanc habemus distinctionem, Aut supplicatio statim offertur, idest. intra decem dies, & tunc sētentia quidem mittitur exsecutioni, sed præstari debet fideiussio, ita vt nō sit locus iuratoriæ cautioni, vt multis probat nouiss. Giurba d. decis. 4. num. 39. & seq. Aut offertur post decē dies, & tunc mittitur sententia exsecutioni sine fideiussione. Costa dicto rem. 22. num. 4. vers. octauo. Quod probant illa verba d. auth. videlicet. Quo subsecuto, idest supplicatione intra decem dies porrecta, & illa sequentia, nimirum.

Nisi sub hac forma supplicatio &c. quorum verborum sensus est clarus, vt exsecutioni mittatur sententia sine fideiussione, vbi forma prædicta non seruata, hoc est, intrà decem dies non sit porrecta supplicatio. Conqueratur. n. de se ipso supplicans, qui neglexit intrà tempus præfinitum offerre Principi supplicationē. Anne ignorabat.

7 bat negligentem quid facere † intrà tempus præfinitum, censeri iuri concesso intrà illud tēpus renunciare? cū etiam tempus vnum alterius non recipiat functionem. Rimin. iun. conf. 820.num.13.conf.759.num.48.lib.7. vt etiam arguit Giurba d.decis.4.nu. 3.& seq. qui tamen nititur probare etiam post decem dies porrecta supplicatione, esse prçstandam satisdatio nem, vbi agatur de sententia exsequenda, cuius exsecutio afferrat præiudicium irreparabile, & irretractabi-
8 le. Sic etiam licet † nullitas, quæ incontinenti non potest probari, sed altiorem requirit indaginem, & eodē modo restitutio in integrum non impediat exsecutionem sententiarum, vt dixi cap.10. tamen vbi exsecutio est irretractabilis secus est. Giurba ibidem.num.21.& 22. quam tamen sententiam licet subtilissimis fultam rationib. puto repugnare verb. d. auth. Quæ supplicatio, nisi dixerimus casū irretractabilis exsecutionis, & damni irreparabilis non fuisse ibi consideratum, & ideo decidendum alijs legibus, & rationibus.

Sæpe autem occurrit illa quæstio.
9 An † impetrato recursu quēadmodū non impeditur exsecutio quoad causam principalem. Ias. in d.l.si quis aduersus. Surd. d. conf. 379.nume.26. Cost.de rem. subsid. rem. 22. num. 5. ita etiam non impediatur respectu expensarum. In hac quæstione superioribus annis vtrinq; allegatæ sunt rationes, & auctoritates Doc.

Etenim cum non retardetur exsecutio principalis. Guid.Pap.decis.50. idem videbatur dicendum de expen-
10 sis, quæ sunt accessoriæ. M.Anton.resol.12.lib.2.num.19.& 24. & hanc opinionem sequitur Rebuff. De sent. exsecut. art. 16. & De litter. Ciui. gloss. 6. in fin. & de supplic. in præf. num. 40.

Verum Rebuff. videtur potius affirmare, contrariam opinionem veriorem esse, cum subijciat, Gallos seruare eam opinionē, quod nimirum non retardetur exsecutio expensarum.
11 Et diuersa sit ratio † principalis causæ, & expensarum. Rebuff. de sent. prouis. art. 3. gloss. prima, numero 27. Maior etiam causæ cognitio adhibetur circa rem principalem, quā circa expensas, & sæpenumero denegatur appellatio respectu rei principalis, & conceditur quoad expensas.
12 Non sequitur † igitur accessorium naturam principalis, vbi est diuersa ratio. Surd.decis.27.num.11.

Contraria igitur opinio placuit. Afflict. decis. 231. Vrsill. ibidem, Marant.in suo Specul.in 4.act.sextę part. princ.nu.16.& 19. Prosp. Carau. rit. 252.num.5. quos omnes allegat, & sequitur Lancell. d. cap. 19. num.13. & 29.

Responsum fuit eos loqui in casu alicuius ritus regni Neapol. Verum apparet eos loqui inspecto iure communi.

Quidquid sit præualuit ea opinio in foro, vt exsecutio fiat etiam quoad expensas, & ita superioribus annis fuit iudicatum in hac vrbe in quadā causa dd. Candianorum per præstantissimum I. C. Io. Baptistam Sormanum, tunc Iudicem. Addo ego prædictis Osasc.decis.129. num.1. & 16. & Valasc. d.consult.51. num.28. tom.1.
13 † improbantes decisionem Afflicti
14 231. Cæterum in causis † momentaneæ possessionis non denegari recursum ad Principem scripsit Menoch. de Arbitr. d. quæst. 70. numero vigesimoquinto.

SVMMÆ.

1 *Prior tempore præferendus. Limita nu. seq.*

2 L.

2 *L. Creditor. 25. ff. si cert. pet. sententia.*

Mutuò dans pecuniam in refectionem rei habet prælationem. Ratio qua nu. seq.

3 *Aedificijs fauendum.*

4 *Refectam fuisse rem quomodo probetur.*

5 *Maritus quando possit constante matrimonio soluere vxori dotem.*

In alimentis quomodo probetur in sumptam fuisse pecuniam.

De mutuo dato in refectionem rei. Cap. CXXXVI.

1 VVLGATA † est regula priorem tempore posteriori præferendum. l. 2. ff. Qui pot. in pign. hab. Verum interdum posterior potior est priore, vt latè docet Illustriss. Cardin. Mant. de tacit. & ambig. Conuent. lib. 11. tit. 23. Exemplum est inter cætera in † l. creditor. 25. ff. si cert. pet.
2 vt puta si quis dederit mutuam pecuniã alicui in refectionem domus Stephan. Gratian. lib. 1. Discept. Forens. cap. 25. num. 22. & 23. Fauent enim
3 leges refectioni † ædificiorum, quibus collabentibus vrbis adspectus deformaretur, l. 1. & 2. C. de ędif. priu. vide cap. 134. num. 5. Sed cum hoc priuilegium detur non solum mutuantibus pecuniam ad instaurandam, & reficiendam domum, sed etiam nauem, & alia conseruanda, Ias. & alij in d. l. creditor. in l. interdum. ff. Qui potior. in pign. hab. existimo eam esse huius priuilegij rationem, quod sine pecunia mutuò data res salua non fuisset, quam affert ipse I.C. in d. l. interdum, cum seq. Duar. ad tit. Si cert. pet. cap. 8. vers. Sextò, ad officium. Quamobrem si vltrà necessariam refectionẽ data sit pecunia mutuò, solùm competet priuilegium, & hyppotheca eatenus, quatenus adfuit necessitas. Neguf. De pign. 2. memb. 5. part. nu. 18. Gratian. d. cap. 25. num. 24. Erit
4 igitur probandum † pecuniam insumptam fuisse in domo, vel in alia re cõseruanda. Ias. in d. l. creditor, num. 2. Surd. de alim. tit. 6. quæst. 8. nume. 20. Cost. De Retrotract. cas. 1. cap. 9. nu. 12. Quod probabitur ex eo, quod necesse fuerit domum refici, iuxta ea, quæ tradit Surd. d. tract. tit. 8. priui-
5 leg. 34. vbi infert † ad maritum, qui constante matrimonio, non potest soluere dotẽ vxori. l. 2. ff. solut. matrim. l. vnica, C. si dos constant. matrim. fuerit soluta, nisi restituatur, vt se, & suos alat. l. mutus, §. manente, ff. de iure dot. Quod probatur ex eo, quod alimentis indiguerit, & fuerit alita. Multo magis idem dicendum, vbi post mutuum incontinenti refecta fuit domus, quæ refectione egebat iuxta ea, quæ scripsi supra cap. 1.

SVMMÆ.

1 *Confessio dotis receptæ fit in vltimis voluntatibus, & inter viuos.*

2 *Confessio dotis in testamento non nocet hæredibus mariti, licet dos debeatur in vim legati, vel fideicommissi. Quid dicendum Ticini?*

3 *Confessio dotis inter viuos per maritum facta argui solet tanquam suspiciosa. & num. 9. & 10.*

4 *Confessionem dotis receptæ si statim sequatur promissio, censebitur facta con fessio spe subsecutæ promissionis.*

5 *Confessio dotis probat quando præcedit promissio, quando renunciatum fuit exceptioni non numeratæ dotis, vel lapsa sunt tempora.*

6 *Confessio dotis constante matrimonio an censeatur facta spe futura numerationis, an ex causa donationis.*

7 *Exceptioni non numeratæ dotis, vel grani non consignati quando non sit locus.*

2 Do-

8 Donatio ob confessionem dotis factam a marito an confirmetur morte, vel iuramento.
Confessio dotis, quando dicatur in fraudem.
9 Confessiones dotium fiunt triplicem ob causam.
10 Confessio dotis præsumitur simulata, quando maritus statim contraxit æs alienum.
Federicus Borromæius Card. et Archiep. Med.
Marius Antonin⁹ Vicarius Arch. Med.

De confessione dotis. Cap. CXXXVII.

1 CONFESSIO dotis † receptę quandoq. fit in testamento, vel in alia qualibet vltima voluntate quãdoq; inter viuos. Primo casu non pro-
2 bat † dotem, neq; nocet hęredib. mariti, licet dos debeatur in vim legati, siue fideicommissi reuocabilis, Mãtic. de coniect. vlt. volunt. lib. 9. tit. 8. nu. 9. & seq. Mascard. de probat. concl. 359. num. 7. & 29. Stephan. Gratian. lib. 1. Discept. Forens. cap. 116. vbi de hac re agit latiss. Morot. resp. 60. nu. 6. Et ideo respondi sæpenumero hanc confessionem, nec probare debitum, ob prædicta, nec valere in vim legati, cum maritus non possit ob statutum nostrum Ticinense quidquam relinquere vxori, & si fatetur se debitorem censetur id facere in fraudem prohibitionis. Mantic. lib. 10. tit. 4. nu. 4. Al-
3 tero casu solet dotis † confessio vt plurimum argui tanquam suspiciosa, & facta in fraudem donationis vel creditorum à maritis, qui nimijs vxorum illecebris alios non verentur suo fraudare, vel spe futuræ numerationis, late Gabr. cons. 163. num. 38. & seq. lib. 2. Quod si dotis confessio-
4 nem † factam tempore matrimonij in dotali instrumẽto statim subsequatur promissio, tunc censebitur confessio facta spe subsecutæ promissionis, dãdaq. erit idcirco dotis petitio, perinde ac si nulla esset facta confessio. Bald. in l. pen. §. mulier. ff. solut. matrim. Rom. Gab. Castr. Menoch. quos refert. Surd. cons. 459. num. 10. & alij, de quibus Morot. d. cons. 60. nu. 16. cẽsetur enim confessio correspectiua ad promissionem illico secutam. l. si ventri. §. fin. ff. de priuil. cred. Bec. cons. 92. num. 6. Verum huiusmodi exceptiones, quæ fieri solent aduersus
5 dotis † confessionem, cessant in multis casibus, & præcipuè, vbi confessionem præcessit promissio. Rol. Vall. cons. 93. libr. 1. Afflict. decis. 402. Boer. decis. 330. Verall. decis. 196. part. 1. Magon. decis. Florent. 68. nume. 10. Gabr. de iure dot. concl. 4. numer. 1. Osasc. decis. 20. in fin. Mariscott. lib. 1. Var. Res. cap. 8. & tunc maximum fundamentum constituitur in eo, quod ex interuallo fuit factum, quando ante matrimonium fuit facta confessio, & interiecto temporis spacio fuit renunciatum exceptioni dotis non numeratæ, vel tempora lapsa sunt præfinita ad illã opponendam. Osasc. dec. 172. num. 11. Doct. in l. fin. & in auth. seq. C. de dote caut. non nume. Gabr. d. cons. 163. numer. 13. Vide Surd. cons. 589. numer. 18. & 29. Et in quæstione illa valde ardua, & ancipiti, An videlicet confessio dotis facta constante
6 † matrimonio, censeatur facta spe futuræ numerationis, an vero causa donationis (nam in dubio non censetur facta ad veritatis probationem) solemus inter cæteras coniecturas confugere ad illam. vt dispiciamus an facta sit renunciatio exceptioni non
7 numeratæ † dotis ex interuallo, nec ne, si enim apparuerit ex interuallo renunciatum huiusmodi exceptioni, vel cum iuramento, tunc iudicabimus factam fuisse animo donandi, cum

cum non possit renuncians opponere amplius exceptionem non numeratæ dotis. Gabr. d. consil. 163. num. 20. & 42. Sic dicitur de exceptione grani non consignati. Caroc. decis. 14. &

8 ita † morte confirmabitur huiusmodi donatio. Gabr. ibid. num. 8. Albi consil. 653. An etiam iuramento confirmabitur. Vide Alb. cons. 651. num. 5. Clar. in §. donatio. quæst. 9. Bertazzol. cons. 47. num. 59. Mariscot. lib. 1. Variar. Resol. cap. 8. Fachin. lib. 8. cap. 78. Contr. iur. Mantic. de conuent. lib. 21. tit. 8. num. 51. Sanch. de matrim. lib. 6. Disp. 12. num. 4. Gall. cons. 89. num. 6. vberrimè Surd. d. consil. 489. num. 1. 17. & 22. vbi recensent coniecturas veritatis numerationis, & Menoch. de præs. lib. 3. præs. 12. & seq. vbi num. 85. præsump. 12. ait præsumi factam confessionem in fraudem, vbi maritus confessus est se recepisse a penitus extraneo, qui statim ius suum cessit mulieri. Vide etiá Grat. lib. 2. Discept. Forés. cap. 362.

9 Ex his apparet † confessiones dotis receptarum fieri diuersis de causis, & ad probationem veritatis, & in fraudem creditorum animo donandi, ac etiam in fraudem ipsius donationis prohibitæ inter coniuges, ac tandem spe futuræ numerationis. Paul. Aemil. Gall. de except. tit. 5. except. 10. siue 4. par. 2. Et in vniuersum affirmamus confessiones huiusmodi factas có stante matrimonio præsumi simulatas & fraudulentas, vt iam diximus, & ideo debet probari numeratio. Socin. consil. 82. vol. 3. Andr. Gaill. Obser. 81. num. 3. lib. 2. Surd. consil. 196. nu. 28. Mascar. concl. 567. & licet noceant marito, tamen non nocent creditoribus. Gab. de iure dot. conclus. 4. nu. 2. Mascard. d. conclu. 567. nu. 10.

10 Addo præsumi simulatam † confessionem mariti, qui modico post tépore æs alienum contraxit, nam quoad suspicionem videntur esse paria, nimirum maritum tempore confessionis non fuisse soluendo, vel desijsse statim soluendo existere. M. Anton. nunc Vicarius Generalis Illustrissimi, & Reuerendissimi Cardinalis Federici Borromæij Archiepisc. Mediol. maximi mei Mæcenatis. resp. 48. num. fin. lib. 2.

SVMMÆ.

1 Vendita res quando fiat emptoris.
2 Venditor quando dicatur sequi fidem emptoris.
3 Colonus non facit fructus suos, nisi soluta mercede, vel habita fide.
§. Vendita de rerum diuis. in quibus contractibus procedat.
4 Venditam rem an possit venditor vindicare.
5 Rei vindicatio dominis competit.
6 Condicit nemo rem suam nisi a fure.
Io. Baptista Funcus. I. C.
Venditio an reddatur conditionalis ex pacto mensura.
7 Venditor præfertur creditoribus, & alijs quibuscunque in re vendita, & illam vindicat, vbi emptor habebat fallendi animum.
8 Venditio prædiorum minoris non censetur facta in eiusdem vtilitatem, vbi habita est fides de pretio.

An res vendita, & quando efficiatur emptoris. Cap. CXXXVIII.

1 NON aliter res vendita † efficitur emptoris, quam si is venditori soluerit pretium, vel alio modo eidem satisfecerit. Quod si illius fidem sequi placuerit, idé erit, Surd. decis. 344. num. 15. late Alex. Galuan. cons. 30. §. venditæ. in Inst. De rerú diuis. vbi Accurs. & alij declarant

2 quandonam dicatur sequi † venditor fidem emptoris. Galuan. d. cons. 30. num. 40. Et quod de emptore

dicitur, vindicat etiam sibi locum
3 † in colono, qui nõ facit fructus suos, nisi soluta mercede, vel habita fide, gloss. in l. si seruus communis, §. locaui. vbi Bart. ff. de furtis, immo vero d. §. venditæ ad alios etiam contractus extenditur. gloss. in l. cum proponas. in verb. Remansit. C. de dolo. Aret. cons. 63. Rom. cons. 86. col. 2. Milleloq. 185. part. 1. Ex his il-
4 lud consequitur, non posse † venditorem rem ijs modis venditam vindicare l. procuratoris. §. plane. vers. sed & si dedi, ff. de tribut. action. Cum enim dominium tunc a se ipso abdi-
5 cauerit, frustra aget rei vindicatione, quæ non nisi dominis competi. §. omnium vbi Doct. in Inst. De action.
6 cum tamen nemo condicat † rem suam nisi a fure. l. 1. ff. de cond. furt. l. 4. §. res. ff. si cert. pet. l. 1. §. vlt. ff. vsufr. quemad. cau. Cuiac. in Parat. ff. si cert. pet. Hac ratione vsus sum superioribus mensibus in quadam causa vniuersitatis Garlaschi coram præstantiss. I.C. Collegij Ticinensis D. Io. Baptista Funco, Cui rationi dixi non obesse pactum mensuræ, quasi illud conditionalem efficeret vẽditionem, nam licet augeri possit, vel minui pretium, tamen non ideo minus perfecta est venditio, vt optime probat Mantic. de Conuent. libr. 4. tit. 17. numer. 7. Catoc. decis. 3. num. 14. Illud tamen non est perpe-
7 tuum, nam minime † procedit, vbi emptor, vel tempore venditionis, & traditionis, vel habitæ fidei de pretio erat eius animi, & propositi, vt falleret, tunc enim omnia sunt irrita, & ipso iure nulla l. si quasi. ff. de pign. action. ita, vt venditor in re vẽdita habeat ius prælationis respectu creditorum, & aliorum quorumcumq. Bald. Castr. Alex. & alij in l. si cum dotem. §. fin. ff. sol. matrim. Idem si statim, vel intra modicum tempus emptor fefellerit venditorẽ, interiecta enim temporis breuitas, & euentus indicio sunt, emptorem initio quoq. fallendi animum habuisse. Milleloq. 123. in prima parte. Cæterum Odd. cons. 40.
8 num. 6. colligit venditionem † prædiorum minoris non censeri factam in illius vtilitatem, quod facta sit venditio habita fide de pretio. Non dicitur autem habere quis fidem de pretio, quod statim se putat recepturum. d. l. si qua si.

SVMMÆ.

1 *Obligati pro alijs in duriorem causam non tenentur.*

2 *Fideiussor sub conditione si accesserit obligato in diem, stat fideiussio in pendenti.*

3 *Fideiussor si obligauerit se in plus, in totum corruet obligatio.*

De obligatis pro alijs in duriorem causam. Cap. CXXXIX.

1 EOS omnes, qui pro alijs † obligantur, si accipiantur in duriorem causam, placet non teneri. Quod multis exemplis probatur in l. Græcè. §. illud. l. fideiussor obligari. ff. de fideiuss. Sed quid si promiserit aliquis
2 † in diem, fideiussor sub conditione accipiatur, an tenebit hæc fideiussio. Et responsum fuit, eam stare in pendenti, & euentu, vel validam, vel inualidam declarari, nam si ante diem euenerit conditio, non erit obligatus fideiussor, secus si vno, & eodem tempore venerit dies, & cõditio extiterit, vel etiã post diẽ, siue statim, siue ex interuallo d. l. fideiussor obligati. §. stipulatione. Et facit l. si a reo, ff. eod. Existimo tamen in altero casu, videlicet quando prius fuit impleta conditio obligari fideiussorem, si incontinenti dies secuta sit conditionem, nam tunc dicitur dies, & conditio concurre-

currere iuxta d. §. stipulatione ob reg.
3 l. lecta ff. si cert. pet. Sed nec † in plus obligatur, & si se obligauerit in totũ, nulla est obligatio. Gall. conf. 45. nu. 24. Cost. de Rat. quæst. 137. nu. 7. Steph. Gratian. lib. 1. Discept. Forens. ca. 162. nu. 31.

SVMMÆ.

1 *Conductor non potest locatori dominij exceptionem obijcere.*
An ne poterit opponere, vbi velit eam statim probare? num. 6.
2 *Conductio rei propria esse non potest.*
3 *Dominij quæstionem non potest quis illi referre, à quo habet causam.*
Precario a me possidens spogliare me dicitur, nisi statim restitutionem faciat.
Precarium non est intempestiue reuocandum.
4 *Conductor re restituta potest litigare super illius dominio.*
Dominium rei suæ non amittit, qui eam conducit, vel accepit in emphyteusim.
5 *Conducens rem suam an perdat possessionem illius.*
6 *L. si quis C. locat. quando non procedat.*
An detur appellatio in hoc remedio.
7 *Conductor non tenetur restituere rem domino ob nouam causam superuenientem.*

De conductore, An possit locatori quæstionem dominij referre. *Cap. CXXXX.*

1 NON potest conductor † locatorem summouere exceptione dominij, sed debet prius restituere rem conductam postea de proprietate litigare. l. si quis 15. C. locat.
2 Non enim potest † esse conductio rei propriæ. l. non solum in fine de vsucap. Milleloq. 906. Hoc est, quod passim tradunt Doct. non debere conductorem referre locatori quæstionem dominij; vbi constat de locatione valida. l. litibus. C. de agric. & cens. lib. 11. Chart. decis. Gen. 41. Coras. libr. 2. Miscell. cap. 3. numero 10. & vltra prædicta, ratio est, ne locatores eludantur. Cagn. in l. neq. pignus. ff. de reg. iur. nume. 5. Menoch. de recuper. possess. rem. 11. num. 36. Caroc. de locat. part. 6. Finium reg. rem. 14. numer. 2. † Quicumq; igitur
3 habet ab aliquo causam, non potest eidẽ quæstionem dominij referre. l. si is qui, vbi Bart. ff. de precario. Et ideo precario à me possidens dicitur me spoliare, nisi statim restituat, Bart. ibi dem. non tamen statim & intempestiuè reuocatur precariũ. Steph. Gratian. lib. 1. Disc. Forens. cap. 167. num. 16. Hipp. sing. 363. Men. cas. 23. de Arbitr. Idem dicitur de alijs contractibus similibus, locationi, vide Men. & Caroc. locis citatis. Restituta autem re, non prohibetur con-
4 ductor de rei conductæ dominio litem intendere, quod conductione facta a se minime abdicauit. gloss. Barr. & alij in l. si aliquam, ff. de adquir. poss. Rip. in l. 1. C. de pact. numero 22. Quemadmodum nec amittit dominium rei suæ quicunq. tanquam emphyteuticam eam ab alio obtinet. Alex. cons. 22. lib. 4. Milleloq. 39. & 906. vbi concluditur ex communi
5 sententia perdi † possessionem, si fiat conductio scienter. Cæterum mul-
6 tis modis declaratur d. l. si quis † ab Accur. & ab alijs ibidem. Cagn. Men. & Caroc. locis citatis, Ios. Lud. decis. 9. Boer. cons. 13. Borgnin. de cont. decis. 15. numer. 113. & præcipuè traditum est decisioni illius legis non esse locum, vbi conductor paratus est incontinenti dominium probare, arg. l. 3. §. ibidem, ff. ad exhib. l. bona fides. ff. dep. Caroc. d. loco num. 20. cum enim tunc deficiat consensus, quo niti solet locatio, illa cor-

ruet, Men. ibidem num. 56. & ideo tunc admittitur appellatio D. Tort. ad Ticin. decr. 6. num. 31. Verum Ioan. gloss. d. l. si quis existimat. neq. etiam admittendum esse conductorē ad probationem dominij incontinenti cum lex expresse statuat possessionē esse restituendam, antequam de proprietate litigetur. Cagn. ibidem nu. 5. Quod si conductor tempore locationis ignoranter factæ fuisset dominus, & possessor, & idipsum se incontinenti probaturum promittat, debet audiri. Cagn. ibidem Menoch. num. 41. qui tamen videtur concedere idem esse dicendum, vbi vellet quis probare se dominum, & conductionem ignoranter factam, videlicet num. 40. & 56. Valasc. consult. 42. num. 5. vbi num. 4. ait non procedere d. l. si quis conductionis, vbi post †
7 conductionem superuenit conductori noua causa non restituendi, puta quia cum venderetur prædium ad hastam, sit emptum à conductore.

SVMMÆ.

1 *Sententia non potest ferri sub cōditione. Ratio quæ.*
Didacus Millianus publicus Interpres.
Conditio intrinseca, & extrinseca.
2 *Conditionalia non disponunt.*
Conditio priuatio puri.
3 *Sententia se referens ad probationes statim faciendas an possit ferri.*
4 *Condemnari potest quis ad soluendū quod liquidabitur.*
In exsecutione an possit fieri liquidatio.

De sententia ferenda sub conditione, Cap. CXXXXI.

1 NON potest sententia † ferri sub conditione si probauerit, vt late tradit Gabr. cum extensionibus, & restrictionibus in tit. De sent. concl. 1. Bolog. cons. 24. Fachin. lib. 11. cap. 19. Cōtr. iur. eruditissimus Interpres Didacus Milianus ad rub. De sent. & re iud. num. 17. & seq. vbi distinguit inter intrinsecam, & extrinsecam conditionem. Osasc. decis. 146. num. 10. Ratio est, quia huiusmodi sententia non imponit finem liti, nec causam determinat, sed adhuc remanet in pendenti contra l. non quemadmodum, ff. de iud. Vant. de Nullit. sent. ex def. process. num. 107. & seq.
2 conditionalia † enim non disponunt. l. si quis sub conditione, ff. si quis omissa causa test. cum dicatur conditio tanquam priuatio puritatis, hoc est actus suspensio, & proinde nihil. Ant. Fab. de error. Prag. err. 1. & 2. de
3 cad. 26. Quod si sententia se referat ad probationes, quæ possint fieri incōtinenti, veluti per iuramentum, secus erit. Ant. Gabr. d. conclus. 1. num. 22. Fachin. d. cap. 19. Vant. d. loco nume. 111. vbi concludit idcirco valere huiusmodi sententiam videlicet. Condemno Titium ad relaxandam domum Sempronio vsufructuario, hac lege, & conditione, si vsufructuarius præstiterit cautionem. Valere etiam sententiam sub conditione resolutiua, quæ incontinenti adijciatur tradit
4 Fachin. lib. 11. Contr. cap. 16. & † condemnationem ad soluendum quod liquidabitur, sustineri scripsit Stephan. Gratian. lib. 1. Forens. Discept. cap. 183. num. 37. & num. 40. petiq. posse illius exsecutionem, vbi incontinenti potest fieri liquidatio in ipsa exsecutione.

SVMMÆ.

1 *Interrogari solent producentes instrumēta & testes, an velint illis vti.*
2 *Scientia vtentium instrumētis falsis præsumitur post interrogationem, & nu. 5. & 8.*
3 *Interrogationi, an velit quis vti instrumentis clare respondendum.*

4 *Fal-*

5 *Falsum fit quattuor modis.*
6 *Falsitas in testibus quot modis committatur.*
6 *Interrogatus an velit uti instrumentis, vel testibus quid facere teneatur, & quando puniendus, & num. 8.*
Responsio ex internallo non potest reuocari.
7 *Interroganti an velit vti instrumẽtis an respondendum post didicita testificata.*
Interrogationes an velit quis vti instrumentis in quacunque parte iudicij admittuntur.
8 *Interrogari an possit quis, vbi agitur de facto alieno, an velit vti testibus, vel instrumentis.*
Respondens se velle vti instrumentis non incurrit statim pœnam, nisi vtatur.

De interrogationibus, An quis velit vti testibus, vel instrumentis.

Cap. CXXXXII.

PRoducentes instrumenta, & te-
1 stes sæpenumero, iuxta † fori consuetudinem interrogantur, an velint illis vti, nec ne, possint de falso accusa-
2 ri, præsumitur enim † scientia vtentium, post interrogationem factã. De-
3 betq. responsio fieri † clarè sine aliqua cautela. Clar. in §. falsum, vers. vtens dicto, vbi Baiard. num. 131. Menoch. de Arbitr. cas. 315. Committitur enim
4 falsum † quattuor modis scripto, dicto, facto, vsu. Menoch. de Arbitr. cas.
5 316. num. 1. Et in † testibus committitur falsitas subornando, producendo, dicendo, & vtendo, Clar. in d. §. falsum in princ vers. & inprimis quidem. Prædicta interrogatio respicit
6 vsum, vt eius respectu quis possit † plecti. Ante interrogationem præsumitur ignorãtia. Post eam aut. dicit interrogatus se velle vti, & præsumitur scientia, puniturq. de falso, si instrumenta falsa sint, vel testes falsi, neque potest reuocari responsio ex internallo. Baiard. ad Clar. in §. falsum num. 123. aut respondet se nolle vti, & non potest argui de falso, aut non vult respondere, & habetur pro negante, & ideo iudex pronunciabit nullam esse habendam rationem testis, vel instrumenti. Farinac. de falsit. part. 4. quæst. 159. nu. 62. cum seq.

Negabat in quadam causa coram D. Io. Baptista Funco I. C. Collegij Ticinensis nescio quis se teneri respõ-
7 dere † multis rationibus. Prima, & præcipua erat, quia didicita erant testificata, & ex capitulis productis poterat ille, aduersus quem testes examinandi erant, scire falsitatem, Gabr. De testibus, concl. 21. num. 38.

Respondebam huic rationi, post publicatas attestationes posse fieri huiusmodi interrogationes, & in quacunque parte iudicij. Afflict. decis. 189. num. 1. 2. & 4. etiam post rem iudicatam. Cæs. Vrsill. ad. Afflict. dec. 266. Baiard. ad Clar. d. §. Falsum. nu. 133. Farinac. d. part. 4. num. 60. & contrarium non procedere, vbi ageretur de probanda testium falsitate, Afflict. d. decis. 266. num. 5. maxime cum corruptione. Falsi autem accusatio non potest institui, nisi post didicita testificata. Salic. in l. produci, ff. de testib. Hieron. de Federicis resol. crim. 57. & in omnem casũ traditio contraria poterat sibi locum vindicare, vbi adesset timor subornationis testium. Secus vbi ex ijsdem actis, ex instrumentis probanda esset falsitas, vt in casu illo, in quo etiam non poterat sciri initio an testis esset depositurus falsum, & eo modo testificaturus, ex ipsis capitulis.

8 Secũda erat præcipua † ratio, quod ageretur de facto alieno, ideo non compellendus esset quis ad iurandũ. l. Marcellus §. iurare, ff. Rerum amot. Verum respondet Felin. in ca. præ-

præsentium nu. 12. de testibus,& passim Doct. exigunt hanc responsionē, vbi agitur de instrumento ab alio cōfecto,& factum videtur esse alienum. Nec enim interrogatur quis propriè de alieno facto, sed an ipse velit vti. Quo casu debet se informare,& petere tempus ad deliberatè respondendum. Sic sentit Clar. in d.§.falsū vers. Vtens &c. Menoc. de Arbitr. d. cas. 315.n.9.10.& 17. Caball. Resol.crim. 144. nu.7. & 8. & si dubius est, non euitat crimen falsi, vbi responsum de derit, se velle vti Felin. in d.c. præsentium num.12. vbi latè agit hac de re. Hæc igitur interrogatio fit respectu vsus, vt præsumi possit scientia contra respondentem velle vti, & subijciatur pœnis, quæ manent falsum cō mittentes. Quod si quis responderit, se velle vti, tamen non statim incurrere debet pœnam vtentium falsis instrumentis, vel testibus, nisi etiam ijs vtatur post responsionem. Respectu enim temporis præteriti non potest puniri, quia præsumitur in eo ignorantia, respectu temporis post responsionem pariter puniri non debet, nisi constiterit de vsu post illam, & ideo potest incontinenti vsui illi renunciare, etiam si dixerit, se velle vti. Hieronym. de Federic. resol.crim. 10.

SVMMÆ.

1 *Constantia hominibus conuenit.*
Quod scripsi scripsi.
2 *Variatio quandoq; permissa, etiam in collatione beneficiorum.*
Variatio an permissa quoad iudicia actiones, & modum agendi.
Variatio circa postulationem, & præsentationem.
Exsecutio quando peti possit pendente iudicio nullitatis.
3 *Variare an liceat mulieri, quæ rem alí quam elegit pro sua dote, & quando.*
4 *Electio fit de multis. Electio vnius aliorum reprobatio.*
5 *Renunciatio expressa non trahitur ad ignorata.*
Electione vnius remedij quando alijs renunciatum dicatur.
6 *Variare licet in obligatione generali, non in alternatiua.*
7 *Variatio magis prohibita in vltima voluntate.*
Variatio re integra fit.
Appellans non potest variare.

De variatione. Cap. CXXXXIII.

1 NIHIL est, quod † homines magis deceat ipsa constantia. Tritum est omnium sermone dictū, quod habuit iniquissimum virum auctorem. Quod scripsi, scripsi. Cic. Pro Domo. Quod in imperita multitudine est vitiosissimum, varietas, & inconstantia, & crebra tamquam tēpestatum sic sententiarum commutatio. Verum vt suauissime cecinit Hetruscus, vt sic dicam, Homerus, Torquatus, Tassus

... Nel mondo mutabile, e leggiero
Costanza è spesso il variar pensiero.

2 Variatio igitur † permittitur quandoque respectu iudicij. Carpan. ad stat. 8. Med. lib. 1. & remediorum, & pendente iudicio super nullitate instrumenti peti potest coram alio exsecutio, Carpan. ibid. num.52. Doct. in l.edita.C.de edendo. Osasc.decis.131. nu.7.& vna electa actione potest quis variare,& aliā eligere: sec⁹ est quoad modum agendi, vide Carpan. statut. 8. Med. vt si actum sit via ordinaria, non poterit agi exsecutiua. Gratian. c.118. Dis. Quod declarat Marisc.lib. 1.Var. Res. cap.38.

Permittitur etiam in collatione bene-

beneficiorum, in quibus alioquin val de improbatur inconstantia, Marsil. sing. 166. num. 14. D. Costa de Re integra Distinct. 49. In iurepatronatus laicorum conceditur incontinenti, si id patiantur tempora, idem Costad. tract. Distinct. 4. nu. 8. idest intra quadrimestre. Cęuall. tract. commun. contra commu. quæst. 693. num. 4. late de variatione circa postulationem, & præsentationem Roch. Curt. de iure patr. in verb. Honorificum. nu. 37. & 41. Steph. Gratian. in add. ad decis. 144. num. 12. & seq. Sic etiam mu-
3 lieri † licitum est variare, licet semel rem aliquam elegerit pro cautione suæ dotis, vbi ignorauit bona electio
4 enim fit † de multis. l. quod in hæredem §. eligere ff. de tribut. l. plerunq. §. fin. ff. de iure dot. & vnius electio est aliorum reprobatio. Surd. cons. 428. numero octauo. ideo non potest mulieri videri improbare quod ignorauit, Osasc. decis. 54. num. 6. cum
5 nec expressa † renũciatio trahatur ad ignorata. Potest etiam mulier variare, vbi illi non est satisfactum per primam electionem, secus vbi esset illi consultum. Steph. Gratian. in add. ad decis. 52. num. 2. Neq. enim per electionem vnius remedij præcluditur via alijs, quando ex primo quis non est consecutus satisfactionem. Gratian. lib. 1. Disc. Forens. cap. 164. nu. 18. nisi lapsum esset tempus eligendi,
6 Gratian. cap. 139. & vbi est † obligatio generalis, licita est variatio, secus in alternatiua. Surd. cons. 413. num. 17. Alb. cons. 220. nu. 5. Capic. decis. 46. & 119. & decis. 33. Vrsill. ad Afflict. decis. 9. num. 5. & decis. 199.
7 num. 1. & magis in vltima † voluntate prohibetur. Steph. Gratian in add. ad decis. 88. num. 7. & re integra admittitur variatio. Gratian. lib. discept. Forens. cap. 191. num. 20. Thes. Quæst. Forens. 7. lib. 1. Osasc. decis. 131. num. 7. vbi num. 9. concludit appellantem non posse variare, licet illico secundam interposuerit appellationem, & non videatur plenè deliberasse, nam quæsitum est ius parti. ibidem. nu. 4. Cæterum de variatione actionum agam in cap. seq. de libelli emendatione.

SVMMÆ.

1 *Libelli requisita. Tempus exprimendum in eo.*
Iudicia vniuersalia, generalia, particularia.
2 *Libelli emendatio, vsque ad litem contestatam permissa in iudicijs particularibus ex communi opin.*
Cumulatio actionis ciuilis, & criminalis.
3 *§. si minus. De action. declaratur nu. 4. et num. 6.*
4 *L. edita C. de edendo iungenda l. 1. C. de litis contest.*
Cumulatio actionum, idest concurrentes actiones.
5 *Libelli emendatio statim post litem contestatam fit. Declara num. seq.*
Satisdatio rati à procuratore exigenda ante litem cõtestatam, ac etiam statim post.
6 *Exceptiones dilatoriæ etiam post litem contestatam incontinenti opponuntur.*
Plus petens quando reuocare possit petitionem. Plus debito si petatur an totum possit negari.

De libelli emendatione. Cap. CXXXXIX.

1 LIBELLVS multa requirit de quibus abunde Borell. in summa Decis. tit. 49. In delictis continuatis non requiritur expressio diei, sed in momentaneis. Quæ de re Borell. d. tit. 49. nu. 22. Solet tamen emẽdari,

dati,& qui de emendatione actionis, siue libelli tractant tum in l. edita.C. de edendo tum in §. si minus. De actio. distinctione facta inter indicia vniuersalia,generalia,et particularia, vniuersam illam materiam nobis explicare conati sunt. Menoch. in add. ad cas. 176. Fachin. lib. 11. Contr. iur. cap.62.cum seq. Quod & ipse in eiusdem legis expositione præstare sum conatus. Sed quæ de iudicijs vniuersalibus,& generalibus traduntur, non pertinent ad præsentem tracta-
2 tionem.In iudicijs † autem particularibus hæc recipitur opinio, videlicet vsq. ad litis contestationem tantum permitti emendationẽ, non autẽ post eã.Dec.in d.l.edita.nu.28. Bolog. nu. 60. Ioan. Vicom.nu.89.Illustriss.Cardin.Tusc.tom.5.littera L.cõclus.322. Giurb.decis.10. nu.4. Camill. Borell. in Summa Decis. d.tit.49. num. 93.& 195. Purp. nu.49.Fachin.d.ca. 92. Vide Costam De re integra Distinct.85. Cæterum de cumulatione actionis ciuilis & criminalis successiua,& simultanea latè agit Farinac.quæst. 100.ca. 3.cons. 133. num. 29.cons. 112. num. 28.

Ego alias admonui posse optimè defendi opinionem Fab. & Aret.in d. §. si minus,vbi Mynsing. nu.15.qui existimant nunc ex Constitutione Zenonis etiam post litem contestatam concessam esse emendationem per tex. in
3 d. † §. si minus ponderando illa verba,In eodem iudicio, cui non potest cõmodè responderi, sed tantum cum aliqua cauillatione,& diuinatoria coniectura, vt etiam communis opinionis assertores coguntur fateri.Addo Vacon.lib.6.Declarat. iur. cap.89. Hug. Donell. lib. 23. De iure ciuili. cap.5. tex. autem in l. non potest.ff. de iud. qui affertur pro communi cum alijs, cõciliari potest cum d.§.si minus, vbi singuli tex. ad sua referantur tempora,vt admonuit Eguin. Baro in d. §. si minus.

Non est tamen recedendum a com-
4 muni sententia,quam probat etiam † d. l. edita. iuncta cum l. 1. C. de litis contest. ita vt hæc præcedat, illa subsequatur. Sunt igitur coniungenda hæc legum capita ex sententia Donelli, vt dixi publicè, quæ fuerunt à Compilatoribus perperam discerpta. Nec ausim affirmare per tex. in d. §. si minus alias leges fuisse correctas, quod non est temerè dicendum. Tolle igitur, si placet,obicem d. §. si min⁹ hoc pacto, vt videlicet ibi Iustin. agat solum de periculo,ibi sine periculo,& §. sequenti,periclitari,sed nec affirmet,nec neget posse fieri emendationem post litẽ contestatam, verum id relinquat decisioni aliarum legum. vel ibi agit de concurrentibus actionibus,vt veteres loquebantur videlicet de cumulatione.Andr. Fachin. d.c.92.& 95.de qua tamen non potest accipi sequens §. si quis aliud.

Hanc communem sententiam ita
5 temperat Alex. in d. l. edita, † vt non procedat, vbi incontinenti post litis contestationem fieret emendatio, tunc enim perinde erit, ac si ante litem contestatam esset facta. Bolog. numero 95. Quod sex exemplis comprobat. Ias. numer. 15. Tiraq. alios citans De retract. conuent.§. 1. gloss. 5. numero tertio, & nos ex hoc vniuerso tractatu alia possumus huc trãsferre, ex quibus patet incontinenti factum post, censeri ante factum, vel in ipso actu. Sic licet satisdatio ratihabitionis à procuratore ante litem contestatam sit exigenda. l. Pomponius. §. ratihabitionis. ff. de procurat. tamen statim post fieri poterit. gloss. ib. Tiraq. d. numer. 3. &
6 4. vbi ait in vniuersum † omnes dilatorias exceptiones statim post litem contestatam posse opponi. Sed cum decla-

declarationem Alex. multi reprehendant, ideo Dec. num. 29. distinguit, vt si res sit adhuc integra, possit fieri emendatio alias secus. Quamobrem quid prohibet quin verba tex. in d. §. si minus, videlicet, in eodem iudicio ita accipiamus, vt etiam post litem contestatam fieri possit emendatio statim, vbi res est integra? Eadem ratione plus petens si emendauerit suam petitionem statim, idest ante litem contestatam euitabit pœnas impositas plus petentibus, Cost. De re integr. cap. 70. num. 12. Posset tamen quis negare totũ, vbi plus peteretur. Dec. & Cagn. in l. non videtur improbus. ff. de reg. iur. Menoch. de Arb. cas. 177. num. 15. Qua de re valdè dubito, & contrarium consulerem clienti meo. Did. Couar. lib. 1. Var. Resol. cap. 2. num. 5. quem perperam citare videtur Menoch. Surd. cons. 142. n. 9.

De instrumentis intra terminum producendis. Cap. CXXXXV.

SVMMÆ.

1 *Instrumenta post terminum statim produci possunt.*
Productio verbalis non sufficit.
2 *in Termino aliquid facere, vel statim post paria sunt.*
3 *Instrumenta vsq. ad sententiam produci possunt.*
An possint statim post, & num. seq.
4 *In Momenti quæstionibus etiam quæ fiũt incontinenti non censentur inesse.*
Polydori Ripa, & Auctoris opiniones.
5 *Tempus ad deliberandum solet præfiniri filijs.*
Abstinere quando filius non possit etiam statim.
6 *Contumacia repetita maior est.*
7 *Positionibus quando quis nequeat respondere.*
Don Alousus Altamiranus Ticinensis arcis Præfectus.

1 INSTRVMENTA si quis † teneatur intra terminum quendam exhibere, quo casu non sufficit verbalis productio Chart. decis. 31. poterit post illum incontinenti exhibitionem facere. Sic dicimus de termino probandi, nam paria † sunt
2 aliquid facere in termino, vel statim post. gloss. in l. Pomponius. §. ratihab. ff. de procurat. Rip. in l. admonendi. nu. 52. ff. de iure iur. Tiraq. De Retract. Conuent. §. 1. gloss. 5. num. 10. Rebuff. ſe dilat. gloss. vn. art. 7. & de instrumentis post terminum producendis, vbi aduersarij non interest, latè tractat Cost. de Re integra Distinct. 71.

Et possunt vsq. ad sententiam pro-
3 duci † instrumenta, non autem post illam, etiam incontinenti. Bald. in cap. cum dilectus num. 4. De fide instru. Afin. in sua praxi §. 22. cap. 6. ampliat. 3. Dum fertur sententia instrumenta, & alia acta exhiberi possunt, postea etiam statim nequaquam. Rationem pete a cap. seq. nam † quando
4 quæstio est momẽti ea quæ fiunt post etiam ex continenti non censentur inesse. Tiraq. De Retract. Conuent. d. §. 1. gloss. 5. num. 23.

Hoc dictum licet sequatur Polyd. Rip. Obser. 129. tamen subtiliter rationem improbat. Quod pariter contrarijs instantijs, non rationibus ait facere. Ias. in l. edita. nu. 13. & seq. C. de edẽdo. Sed ego animaduerto videri Ias. improbare etiã dictũ Bald. ob reg. l. Lecta, ff. si cert. pet. & ob similia allata in cap. præced. & in d. §. ratihabitionis, contraria autem procedere in conditionibus, iuxta d. cap. sequens. Immo instrumenta solum vsque ad conclusionem in causa

exclusiuè producuntur. Chart. decis. Genu.51.nu.9. Vide Negusant.quęst. 41.nu.17.

Verum nec temere illud tradidit Bald. nec Afin. Tiraq. & alij magni nominis viri perperam Bald. rationem secuti sunt, quorum ea fuit mēs, vt in quæstionibus momenti incontinenti facta non censeantur inesse, quasi ipsum momētum excludat quid fieri etiam incōtinenti, vt dicam cap. seq. & passim in hoc libro. Aut igitur actus est in fieri, & verum est tunc cōsiderari non posse quod postea fit. Aut in facto esse, & siue momentaneum, siue successiuum sit, vbi factum est iam finem est consecutum. Sed in eo est differentia, nam in momentaneis quæstionibus iuxta prædictos, quod fit incontinenti non censetur inesse, sec⁹ in successiuis, ita etiam intellexit Surd. cons. 354. nu. 21. Eadem ratione licet exceptiones dilatoriæ possint incontinenti produci post litem contestatam, tamen secus est, vbi quæstio est de momento. Asin. in sua praxi. §. 13. cap. 2. limit. 9. & sublim. Prædictis decidi potest illa quæstio, quę sępenumero occurrit in hoc foro. Solet enim Senatus Excellentiss. mādare, petētibus creditoribus, vt filijs,
5 qui nec † adeunt, nec repudiant paternam hæreditatem lapso anno præfiniatur terminus dierum quindecim absq. vlterioris dilationis spe ad deliberandum super aditione hæreditatis (de quo tempore deliberandi, vide quæ scripsit Men. de Arb. ca. 1.) & remota omni appellatione ab ordinatione facienda. Quæritur An post factam ordinationē, & intimatā, qua declaretur aliquem pro hærede esse habendum, liceat statim abstinere, & videtur non licere, quia res desijt esse integra. Primo per lapsum termini peremptoriè assignati, l. si eo tēpore. C. de remiss. pign. Vide Costā De re integr. distinct. 93. de lapsu termini, & Steph. Gratian. li. 2. Disc. Forens. c. 239. Secūdo ob sentētiā. Tertio
6 ob illius intimationē. Et repetita † cōtumacia maiorem solet vim habere. Bimius cons. 168. nu. 24. lib. 2. vbi declarat rem desijsse esse integram, &
7 ita non posse amplius † positionibus responderi ob lapsum termini præfixi a No. Const. & ob expressam iudicis pronunciationem. Ita respōdi in causa quadam Illustrissimi Don Alonsi Altamirani huius Ticinensis Arcis Præfecti, & fuit iudicatum iuxta ea, quæ scripseram.

SVMMÆ.

1 *Aedilitium edictum continet æquitatē. Reticentia pœna.*
2 *Venditor bonæ fidei quid præstet.*
3 *Fallere quis dicatur.*
Venditor tacens ad quid teneatur.
Venditor sciens futuram breui imminutionem rei venditæ an teneatur.
ad Emptorem pertinet commodum accedens rei venditæ etiam statim.
4 *Io. Baptista Vicecomes Senator Med.*
5 *Redhibitoriæ quando sit locus.*
Implementum statim secutum, dicitur in tempore.
Transgressor in modico non est transgressor.
6 *in Conditionibus implendis spectatur temporis momentum.*
7 *Mora non purgatur in conditionibus implendis.*
8 *Internallum modicum non est internallum.*
9 *in Momentaneis quæ fiunt statim non insunt.*
10 *in Prælatione etiam hora spectatur.*
Primogenitus quis dicatur, & spectatur momentum in Rescriptis spectatur momentum.
11 *Conditio an habeatur pro impleta, vbi quis recusauit, offert separatum.*

De

De Aedilitio edicto, & conditionibus implendis. Cap. CXXXXVI.

1 SVmmã habet † æquitatem ædilitium edictum in ijs, qui fallunt, ita, vt etiam reticentiæ pœna imponatur. Addition. ad decis. Viu. num. 75. Bonæ fidei enim venditorem †
2 nec commodorum spem augere, nec incommodorum cognitionem obscurare oportet. Cic. libr. 3. De offic.
3 Val. Max. lib. 8. cap. 2. † Fallit enim, & qui tacet, quod debuit exprimere, & qui obscure loquitur, & qui dissimulat insidiosè, vel obscurè l. ea quæ commendandi. §. fin. ff. de empt. & vend. Rob. lib. 4. Rer. iud. ca. 14. ideo tacentem vẽditorem in vniuersum responsum est teneri. l. 1. §. 1. l. Iulianus. §. 1. ff. de action. empt. Surd. cons. 13. num. 33. Galuan. cons. 21. nu. 19. late Gratian. lib. 2. Disc. Forens. cap. 361. vbi num. 17. ait venditorem frumenti teneri ad imminutionem pretij, vbi sciebat fore, vt statim promulgato edicto frumenti valor imminueretur. D. Tott. ad statut. Ticin. 71. numer. 9. Mantic. De Tacit. & ambig. Conuent. lib. 4. tit. 20. nu. 67. & seq. Contra Less. de iust. & iur. lib. 2. cap. 21. Dub. 5. & 10. vbi latè hac de re. Commodum autem accedens rei venditæ etiam incontinenti pertinet ad emptorem, vt in casu Gratian. d. cap. 261. numero 10. & 13. vt si seruitus sit finita, vel quid simile acciderit ad commodum rei venditæ. Verũ quoad ædilitiũ edictũ particularis extat tit. De ædil. edict. De quo olim subtilissimè disputantẽ in quadã amici mei causa magna cum voluptate audiui amplissimũ virum Io. Baptistam
4 † Vicecomitem, tunc vix forũ ingressum, quem nunc virtus singularis, & doctrina in senatoria collocauit Sede.
5 Si † igitur inter emptorem, & venditorem seruæ conuenerit, vt, nisi ancilla menstruis laborare cœperit intrà quadraginta dies, locus sit redhibitoriæ, & vẽditor sibi seruã habeat, pretiumq. illius restituat, cessabit redhibitoria, licet post lapsos 40. dies conditio existat, dummodo incontinẽti, vel modico inter posito temporis interuallo existat. Implementũ .n. quod statim sequitur, dicitur secutũ in tẽpore. l. lecta. ff. si cert. per. nec dicitur trãsgressor temporis limitati in promissione, qui illud in modico egreditur. l. si quis in graui. §. cõditionis, vbi Bald. ff. ad Syllan.

Verum contrarium decidit Afflict. decis. 73. multis fretus rationibus. Etenim debet fieri computatio temporis de momento ad momentum. Qua de re egi cap. 94. Et in conditio-
6 nibus implendis † intra tempus, post tempus non valet implementum. l. in illa. l. hoc iure ff. de verb. oblig. l. ita stipulatus. ff. eod. l. Thais §. intra certa tẽpora. ff. de fideicom. liberr. l. Sticho. §. Titi⁹, ff. de statu lib. l. statu liberum. §. scriptum. ff. de leg. 2. Vide Ias. in l. 1. nu. 8. C. de instit. & substit. Socin. reg. 475. Deficit enim conditionalis dispositio in primo actu existẽtię, & ideo quod postea fit, non curatur. Scripsi ca. 43. n. 4. nec admittitur pur-
7 gatio † moræ etiam incontinenti in cõditionibus implẽdis. Stephan. Gratian. lib. 1. Discept. cap. 137. num. 5.
8 Posset tamen dici modicum † interuallum non haberi pro interuallo, & ideo incontinenti secutum inesse actui, & d. l. Thais. §. intra certa tempora cũ similibus non procedere, si rationes incontinenti redderentur. In omnem casum procedit, vbi quæstio
9 est † de momento, nam tunc quæ post fiunt etiã incontinenti, non cẽsentur inesse, Tiraq. De retract. Conuent. §. 1. gloss. 5. n. 23. Surd. cons. 354. nu. 21. Ideo qualitas, quæ in persona debet adesse certo, & limitato tẽpore, inter-

uenire debet eo ipso tempore, neque sufficit eam adesse paulo ante, vel paulo post. Doct. in l. 1. C. de testam. vbi Ias. nu. 2. Menoch. consf. 1. nu. 416. cũ tunc agatur de momẽto. Surd. d. nu. 21. Eodẽ pacto, vbi agitur de anterio-
10 ritate, non solum † hora, sed etiam pũctum temporis, quo vnum instrumẽtum alterum præcedit, spectatur Peregr. de iure fisci lib. 6. tit. 6. num. 35. Momentũ enim in his attenditur, vt in primogenijs. Tiraquel. De iure primog. quæst. 2. Cũ enim non patiatur natura, vt vno, & eodem tempore mulier duos pariat. l. Arethusa. ff. de statu hom. ille dicetur primogenitus, qui prior ex vtero exiuit, licet alter statim subsequatur, vt scripsi c. 151. De natis eodẽ tempore. Quod exemplo Iacob, & Esau cõprobat Tiraq. ibidẽ, & alijs similibus, in quibus hora, & momentum ẽt pũcti attenditur, vt quid dicatur altero prius, vel posterius. Idẽ recipitur in rescripto, quorũ vnũ alteri præfertur ẽt ratione vnius horæ. Facit simile. l. si in emptione §. vlt. ff. de cõtr. empt. l. qui duos. l. quod de pariter. ff. de reb. dubijs. Men. de Arbitr. cas. 48. num. 2. & 3. In summa vbi agitur de momento non attenditur, quod fit incontinenti, & communis est opinio in conditionibus spectari momentum. Cœterum an condi-
11 tio habeatur † pro impleta, vbi recusans primo, postea statim se offert paratũ ad illam implẽdam, late tractat Mantic. De tacit. & ambig. conuent. lib. 14. tit. 45. nu. 30. Exempli gratia, in conditione si Seia nupserit Titio. Ponamus illum recusasse nuptias inire cum Seia, postea statim consensisse, illam autẽ recusare fortasse ob repulsam latam, vel ob aliam causam. An ne habebitur cõditio pro impleta, an vero vltima mora nocebit? Eũ vide. Sãch. De Matrim. li. 1. Disp. 33. n. 18. Vasq. i. l. si qñ. n. 91. C. de inoffic. testa.

SVMMÆ.

1 *Equo mortuo intra decem dies quid statuendum.*

Redhibitoria, quando sit locus.

2 *Animal, quando dicatur statim mortuum.*

3 *Animal, quando præsumatur morbosum ante venditionem.*

4 *Ex vulnere, vel veneno, quando dicatur quis mortuus.*

De eadem materia reedhibitoriæ.
Cap. CXXXXVII.

MENTIO redhibitoriæ facta in præced. cap. in memoriam reuocauit quandam facti speciem mihi annis superioribus propositã equi
1 † mortui intra decẽ dies, a die venditionis. Licet enim animal præsumatur mortuum ex morbo contracto tẽpore venditionis, ob quem tenetur vẽditor siue sciuerit, siue ignorauerit. Bal. in l. 1. C. de ædil. ed. Surd. decis.
2 146. num. 5. Si modo intra triduum moriatur, tunc enim illico dicitur mortuũ. Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 27. num. 11. Doct. communiter in l. si quis cum aliter. ff. de verb. obligat. Mascard. de probat. concl. 92. Adeas Marant. in suo spec. distinct. 4. An sit iud. ciu. vel crim. nu. 58. Caroc. de excuss. quæst. 13. 10. quæst. princ. n. 97. tamen in proposito casu consului, dari redhibitoriam, quia statim facta venditione dedit morbi signa ob præd. reg. l. lecta si cert. pet. Hipp. sing. 614. Ioseph Lud. decis. Perus. 1118. quæ est fin. secundæ partis, & alia concurrebant, ex
3 quibus Iudex poterat arbitrari † ante venditionẽ fuisse animal morbosũ. Boer. decis. 323. nu. 12. Cost. de rem. subs. prælud. 4. nu. 12. inserens ad stat. Ticin. 115. ꝙ latè explicat D. Tort. ibidem. Cuius rei probãdæ quattuor mo-
dos

dos recenset Bald. conf. 499. vol. 5.
4 Quemadmodum etiam † aliquem ex vulnere mortuum fuisse probatur, si incontinenti moriatur, vel alijs præsumptionib. vel coniecturis id cõuincatur. Mascard. de probat. concl. 178. Sic etiam conijcimus aliquem interijsse ex veneno non paulatim in visceribus a malis humoribus genito, sed propinato, vbi incontinenti sumpto cibo dedit signa mutationis Cabal. de omni gen. homicid. num. 623. & 628. Solent igitur improbi, & callidi homines, quod de Seiano scripsit Tac. lib. 4. Ann. venenum deligere, quo paulatim irrepẽte fortuitus morbus adsimuletur. Vide infrà li. 2. cap. 130.

SVMMÆ.

1 *Possessionem ingrediendi propria auctoritate tribui solet facultas.*
2 *Facultas ingrediendi propria auctoritate possessionem quando dicatur tributa.*
3 *Hac facultas an transeat in singularem successorem.*
in Successorem singularem possessio transit affecta ea qualitate, quæ erat penes venditorem.

De pacto ingrediendi possessionem propria auctoritate, an transeat in singularem successorem.
Cap. CXXXXVIII.

1 SOLET pacto † tribui creditori facultas ingrediendi possessionem propria auctoritate † quam inferunt
2 illa verba. Dedit, tradit &c. Cost. de retrotr. cas. 25. c. 8. num. fin. in venditione videlicet, cui ne videantur renũciare Pragmatici, adeundo iudicem, protestantur se id facere sine præiudicio propriæ auctoritatis. Solet igitur
3 quæri, An hæc licentia possit mitti exsecutioni contra singularem successorem. Roland. cons. 28. nu. 16. lib. 2. Rot. Rom. decis. 645. num. 4. part. 1. in nouiss. Anceps est questio, in qua Menoch. De adipisc. rem. 5. num. 111. & seq. quattuor recenset opiniones, & tandem videtur inclinare in sentẽtiam Bart. existimantis, ius exsecutiuum tributum obligationi, voluntate debitoris habere etiam locum contra singularem successorem, vt quemadmodum poterat fieri exsecutio contra debitorem, ita etiam fieri possit contra illius singularem successorem, licet primus effectus, qui immediate ex ea licentia prouenit, nempe, vt censeatur debitor obligatus ad præstandam patientiam creditori ita, vt possit ingredi possessionem, personalem tantum contineat obligationem. Vbi autem huic pacto adiecta fuit clausula constituti, tunc potest hæc licentia exsequi contra singularem successorem etiam resistentem, & non facta aliqua liquidatione. Menoch. d. remed. 5. num. 140. Hond. cons. 21. nu. 16. vol. 2. Maluas. conf. 98. num. 32. Verum id debet intelligi, vbi creditor velit exercere huiusmodi pactum contra singularẽ successorem statim ac possessio fuit in eum translata. Castr. cons. 10. vol. 1. Ruin. cõs. 127. vol. 5. sec⁹ si ex interuallo. Hãc distinctionẽ iure improbauit Fænut. de momento tẽporis c. 22. num. 9. nam cum possessio transeat, vt iam dictum fuit, in singularem successorem affecta ea qualitate, & pacto ingrediendi, possitq. illud exerceri contra singularem successorem, quare non poterit id fieri quandocunque singularis successor resistat, & prohibeat id fieri, ab ipso creditore? Addo Chart. decis. Gen. 12. Vid. Surd. cons. 22. nu. 35. Cost. De Rem. Subsid. rem. 34. n. 3. Carpan. ad Stat. Mediol. 173. num. 10. lib. 1.

SVM-

SVMMÆ.

1 *Curator solet bonis iacentibus, & vacantibus dari.*
Quæ necessaria in hac datione.
2 *Curator quando non sit dandus bonis iacentibus.*
Pro facto habetur statim faciendum.
3 *Stat. Ticin. de curatore dando bonis iacentibus declaratur, & num. seq.*
4 *in Curatore dando quinam citandi.*
Citandi non sunt incerti, nisi per proclama.
5 *Possessor an citandus.*
6 *Statutum Ticinense 48. expositum.*
7 *Ignorantia quando non excuset.*
8 *Intelligitur, verbum quid significet.*
Præsumptioni legis standum.
9 *Menoch. cas. 150. nu. 10. de Arbitr. declaratur.*

De curatore bonis iacentibus dando. Cap. CXXXXIX.

1 CVRATOR solet bonis † iacentibus dari. Menoch. latiss. de Arbitr. cas. 150. Rip. lib. 6. sing. Obs. cap. 35. Capic. decis. 87. vbi enumerat requisita necessaria in hac datione curatoris. Cost. De remed. subsid. rem. 58. num. 7. Paul. Mont. De Tut. cap. 28. num. 56. cum seq.

2 Verum † cessat huiusmodi curatoris datio, vbi spes est fore, vt primo quoque tẽpore existat successor. Menoch. d. cas. 150. num. 4. Montan. dict. cap. 28. num. 64. Pro facto enim habetur, quòd non interiecto longo temporis interuallo fieri debet. Cæte-
3 rum † Ticin. habemus stat. 47. quod præscribit formam huic dationi curatoris. Menoch. d. cas. 150. num. 3. & 8. Cost. d. rem. 58. num. 10. Tort. ad d. stat.

4 Et licet citandi sint † in hac datione curatoris illi, quorum interest, & quorum prima causa est in successione. Menoch. d. cas. 150. num. 10. Mont. d. cap. 28. num. 64. tamen in casu prædicti stat. Ticinensis responsi non esse opus citatione, cum personæ incertæ, & ignoratæ non sint citandæ nominatim, paria enim sunt non
5 esse, & non apparere, & ideo † possessor incertus non citatur. Men. De adipisc. rem. 4. num. 464. vt etiam in casu stat. Ticin. 48. citantur per procla-
6 ma † prætendentes ius aliquod, cum sit datio insolutum, vbi nimirum sint personæ incertæ. Menoch. De recuper. rem. 8. num. 105. & seq.
7 Neq. vero obijciat quis, † quod ignorantia non debet excusare, vbi potest haberi scientia, facta inquisitione, quam tenetur quis facere, paria enim sunt scire, vel scire posse, & debere, l. quod te. ff. si cert. pet. Stephan. Gratian. lib. 1. Discept. Forens. c. 194. nu. 18. nam respondebo, statutum ipsum habere pro ignorante eum, qui iurauit se ignorasse. Sufficit igitur mihi, aliquem iurasse, vt satisfiat statuto, quod hoc habet pro probatione igno-
8 rantiæ, & licet verbum † intelligatur accipi possit, idest præsumatur c. ex studijs, c. fin. de præsũpt. Menoch. lib. 1. De præs. q. 10. num. 6. tamen cũ lex præsumit, & ob præsumptionem facit generale statutum, standum tali præsumptioni. Azo in summa De probat. num. 7. Vid. Men. d. lib. 1. q. 3. De lege pręsumente.

Addo pro hac sententia cons. Martin. Laud. 6.

9 Neque obstat quod tradit † Menoch. d. cas. 150. num. 10. nimirum respectu citationis nominatim faciendę eorum, quorum est prima causa in successione, prædictum statutum sequi ius commune, nam illud necessariò debet accipi, vbi personæ non igno-

ignoretur, sed vbi ignoratur, non est opus citatione. præsumptio autem legis est, ignoratum hęredem, vbi iuramentum interuenit, vel statutum in eo sequi videtur ius commune, dũ iubet, vt fiat citatio & requisitio ad domum solitę habitationis ipsius defuncti. Satis igitur nobis erit eam formã pręscriptam in dicto statuto seruari, & factam esse dictam citationem domi habitationis defuncti, & iuratum esse respectu ignorantiæ.

SVMMÆ.

1 Actus simul facti se inuicem impediunt.
2 De legato relicto cognatis vter prior adscenderit Capitolium.
3 Legatum exspirat, mortuis simul legante, & legatario.
4 Substitutione facta duobus impuberibus, deferuntur dua hereditates substituto, vbi simul pueri pereant.
5 Simultaneus actus tollit rationem prioris, & posterioris.
6 Procuratoribus pluribus simul datis melior est occupantis conditio.
7 Substitutio sit facta sit duob. impuberibus, quid statuendum ambobus mortuis.
8 L. Qui duos, ff. de rebus dubijs exposita.
Substitutio non est inutilis facta ab eo, qui vnicum filium habet, sit supremũ morienti substituat.
9 Proximus agnatus intelligitur etiam qui solus est.
Excommunicato vno censentur alij excommunicati, qui simul deliquerunt.
10 Pater prior decessisse præsumitur. Declara.
11 Libertus si decesserit cum filio suo, vter eorum prædecessisse censeatur.
12 Maritus, & vxor si decedant simul quis præsumatur prior decessisse, & num. seq.
13 Dotis lucrum an deferatur heredibus mariti ob statutum, vbi simul pereuunt.
L. Qui duos. §. si maritus. ff. de reb. dubijs exposita.
14 Debilior præsumitur prædecessisse. Declara.
L. sed & in illo ff. de reb. dub. declaratur.
in Matrimonio dicitur vxor decessisse, licet cum viro simul decedat.
15 Donatio valida inter coniuges, qui simul moriuntur.
Prauentioni non est locus in concursu pari.
L. si inter, ff. de rebus dubijs exposita.
16 Substitutus Titio, si sine liberis decesserit, admittitur ad fideicommissum, Titio, & eius liberis eodem tempore mortuis.
17 L. Quod de pariter, ff. de reb. dub. declarata.
Dotem reddi sibi si mater sit stipulata, filia in matrimonio decedente, & decedat cum ipsa filia, non debetur dos.
18 L. Inter socerum ff. de pactis exponitur.
Infans, & impubes prædecisse præsumitur.
19 Impuberis & eius, qui paulo ante excessit pubertatem solet esse idem iudicium.

De simul temporis ordine secutis, & de commorientibus. Cap. CL.

1 ACTVS qui simul † vno, & eodem fiunt tempore ita, vt ignoretur vter eorum præcedat, se inuicẽ impediunt. Veluti si sit relictum legatum ex cognatis meis, qui primus
2 Capitolium † adscenderit, nec appareat quis prior venerit. l. si fuerit. ff. de rebus dubijs, vbi alia recenset I.C.
3 Vlpian. exempla. Sic mortuis legante, & legatario simul, perit legatum. l. idem est, ff. de reb. dub. Et facta substitu-

4 stitutione duobus † impuberibus, si ambo mortui essent, duę hæreditates substituto deferuntur, si pueri simul perierunt. l. qui duos. ff. de vulgar. vbi tamen non impeditur substitutio. Couar. lib. 2. Var. Reso'. cap. 7. num.
5 3. vers. Quintum. sed actus † simultaneus tollit rationem ordinis prioris, & posterioris. Pluribus autem procuratoribus simul datis, occupan-
6 tis melior † conditio. l. pluribus. ff. de procurat. Si testator duos habens im-
7 puberes, illi † qui supremus moritur, Titium substituerit, & ambo filij pereant, tunc si ordine vnus post alium perijt, substitutus succedet posteriori defuncto, in qua hæreditate etiam ante defuncti filij habebit hęreditatem, quo casu putat Faber lib. 13. cap. 14. Conicct. fratrem fratri ab intestato esse necessarium hæredem. Quod si naufragio puta, vel alio casu simul pereant, videbatur non esse locum substitutioni, cũ neuter fratri fuerit superstes, neq. dici posset posterior, nisi facta comparatione ad priorem decedẽtem. Verum placuit substitutum vtrique succedere, nam vt præclarè ait †
8 I. C. in l. qui duos. ff. de reb. dub. qui vnicum filium habet, si supremum morienti substituit, non videtur inu-
9 tiliter substituisse: & proximus † agnatus intelligitur, etiã qui solus est, quiq. neminem antecedit, et hic vtriq. quia neutri alter eorum superstes fuit, vltimi, primiq. obierunt. Quo textu freti responderunt nonnulli, delicto à duobus commisso, si episcopus excommunicet vnum ex illis, censeri vtrumque excommunicatum. Qui tamẽ tex. hoc non videtur probare. Sed hac de re agitur in cap. si sacerdos. extra de offic. ordin. in gloss. in verb. A commu-
10 nione, Si pater, & † filius perierint in bello, pręsumitur pater prior decessisse. d. l. qui duos. §. cum bello. ff. de reb. dub. Alciat. De præs. reg. prima. præs. 49. Menoch. l. 1. De præs. q. 9. nu. 10. & ideo mater vindicabit hæreditatem filij exclusis agnatis adspirantibus ab hæreditatem patris. Quod intellige si filius erat pubes, secus si impubes d. l. qui duos. §. Luci⁹. l. cum pubere. cum l. seq. ff. de rebus dubijs. vbi loquitur de matre, & filio simul pereuntibus. Sed Vide hac de re latè agentem Peregr. lib. 6. Variar. iur. ad C. in præsentia. De prob. nu. 170. & seq. & De Fideicom. art. 43. num. 51. & 54. Rustic. ad l. cum auus. ff. de cond. & demonstr. lib. 4. cap. 4. Si libertus cum filio
11 suo † perierit, id suggerit reuerentia patronatus vt legitima hæreditas patrono deferatur, nisi filium superuixisse patri probetur. d. l. qui duos. §. cum bello. Couar. d. c. 7. Si maritus, &
12 vxor † simul pereant, censetur prior decessisse vxor d. l. qui duos. §. si maritus, & ideo maritus lucratur dotẽ iux-
13 ta statutum, quo cauetur, vt prædecedente vxore vir lucretur dotem. gl. in d. §. si maritus, & in l. si possessor. §. si eodem. ff. de relig. & sumpt. fun.

Non me latet contrarium respondisse Signor. de Homod. cons. 9. quem sequitur Roland. Caragn. ad decret. Montisfer. decr. 74. §. 1. quæst. 3. vbi distinguit, Aut statutum ita est conceptum, si in matrimonio mulier decessisset, vir lucretur dotem, aut vtitur ea formula verborum si maritus fuerit superstes. Primo casu vir lucratur dotem, cum vxor dicatur decessisse in matrimonio d. §. si maritus. altero secus. In eandẽ opin. videtur inclinare Men. li. 6. Præs. cap. 50. nu. 3. & late eã defendit Did. Couar. lib. 2. ca. 7. Var. Res. numero 2. 3. 7. & 10. D. Flauius Tort. ad stat. 121. Ticin. nu. 17.

Verum dici posset hane distinctionem menti, & verbis I. C. in d. §. si maritus aduersari, & illa verba. Si in matrimonio mulier decessisset, ita esse accipienda, ac si dictum esset, si Prior deces-

decessisset. Primo quia non diceretur decessisse in matrimonio, nisi prior in fata concessisset mulier, morte enim viri soluitur matrimonium. Secundo confirmant hanc sententiam verba sequentia, videlicet, Si non probetur; illa superstes viro fuisse, quæ declarant quomodo sint accipienda præcedentia, quasi sit sensus presumi mulierem priore loco decessisse, nisi probetur illam fuisse superstitẽ. Tertio animaduerto I. C. in eadem l. qui duos id esse propositum, vt nonnullis exemplis ostendat duobus simul mortuis, quis dicatur prior decessisse,
14 quod facit etiam in d. §. si † maritus Præsumitur autem debilior prior decessisse. licet hoc non sit perpetuum. l. sed & in illo. ff. de reb. dub. Vide Alciat. De præs. reg. 1. pręs. 49. Couar. d. cap. 7. num. 8. vbi affert rationem d. l. sed & in illo ibi enim agitur de successione testamentaria, cuius est proprium, vt præmoriatur testator, vel ibi duo erant impuberes. Men. numer. 20. Quarto facit d. §. si eodem, vbi viro, & vxore eodem momento decedente datur actio aduersus hęredes viri, ad quem dos peruenit. Idcirco autem peruenit, quia prior pręsumitur decessisse vxor, & hac præsumptione, quę iuris est, respondetur omnibus contrarijs. Vide Thes. lib. 3. Quęst. Forens. quęst. 77. Sanch. de Matrim. lib. 6. Disput. 14. num. 21. Sed non est recedendum à communi opinione, & expositione d. §. si maritus ob rationes Didaci loco citato. Non obest prima ratio, quia dicitur vxor decessisse in matrimonio, licet simul decedat cum viro. Non obstat secunda, quia aliud est, quòd prior decedat, aliud, quod non sit superstes potest enim contingere, vt non sit superstes, & tamen prior non decedat, quando cum eo simul moritur. Non impedit tertia, quia ibi agitur de capitulo, si in matrimonio. Non quarta, quia eodem modo tollitur, & optime facit pro communi l. si inter, ff. de reb. dub. de qua infrà. Cęterum pariter ad commorientes prtinet illa quęstio de qua in l. si inter, ff. de reb. dub. vbi facta dona-
15 tione inter coniuges, † qui simul moriantur, valet donatio, neq. tunc pręsumitur prior decessisse vxor, eo maxime inquit Paulus I. C. quòd donator non superuiuat, qui possit rem condicere. Dec. in c. in pręsentia nu. 50. De probat. Burs. cons. 9. num. 4. & 6. lib. 1. vbi ait non esse locum præuentioni in concursu duorum pari, vbi nimirum eodem momento ingrediuntur possessionem. Eandem affert rationem I. C. in l. si qui 26. ff. de donat. causa mortis in l. cũ hic status. §. si ambo, ff. de donat. inter vir. & vxorem. donatio .n. nullius est momenti oratione Antonini, Si prior vita decesserit, qui donatum accepit. Atqui non potest dici priorẽ vita decessisse donatariũ, vbi simul & donãs, & donatarius decesserunt. Et ideo non probo eorum sententiam, qui putant ità fuisse responsum fauore donationis. Menoch. lib. 6. pręs. 50. num. 8. Couar. d. c. 7. num. 5. Quod intelligo siue dubium sit vter decesserit prior, siue appareat vtrũq. simul efflasse animam, & ideo non est necessaria illa expositio gloss. in d. l. si inter, videlicet. Non superuiuat, idest, Superuixisse non probetur, vt etiam animaduertit ibidem Castrẽs. Ex his colligitur ratio l. ex facto §. si quis autem. ff. ad Trebell. vbi substitu-
16 tus † Titio, Si is sine liberis decesserit, admittitur ad fideicommissum Titio, & eius liberis statim, & eodem pũcto temporis decedentibus; sufficit .n. liberos patri non fuisse superstites, de qua substitutione late Couar. d. c. 7. num. 6. Item inde infertur ad decisio-
17 nem .l. quod de pariter. ff. de † reb. du-

bijs, vbi mater stipulata est dotem sibi reddi, filia in matrimonio decedente, &c, si mater decedat cum filia, non debetur dos, quia non fuit superstes. Castr. ibid. Couar. d. c. 7. num. 7. & 8.

18 Prædictis conuenit Tex. in l. inter socerum. ff. de pac. dot. de quo Couar. n. 9. & Men. d. præs. 50. num. 30. vbi late hac de re pluribus constitutis capitibus & regulis agit. Si igitur inter generum & socerum initum sit pactum, vt si filia mortua anniculum filium habuisset, dos ad virum pertineret, quod si viuente matre filius obijsset, vir doris portionem vxore in matrimonio defuncta, retineret, & mulier naufragio cum anniculo filio perierit, pars dotis retinebitur per maritum, nam verisimile est infantem ante matrem perijsse, vt ait I.C. in d. d. l. inter socerum. Et hæc præsumptio iuris est in impubere, quæ petitur ab ipsa natura, ætas enim illa magis imbecilla, & facilius terretur. Et quod dicitur de pupillo vindicat etiam sibi locum in eo, qui paululum excessit pupillarem ætatem. Men. d. præs. 50. num. 33. Idem,

19 enim, vt alias † diximus, solet esse iudicium de impubere, & de eo, qui paulo ante excessit pubertatem.

SVMMÆ.

1 *Nasci non possunt duo infantes eodem tempore.*

2 *Mulier potest vno partu plures parere.*

3 *Natis duobus eodem partu quis præsumatur prior natus in dubio.*

in Primogenijs spectatur momentum.

Præsumptio hominis.

4 *in Primogenijs vocari solent masculi.*

De natis eodem tempore. Cap. CLI.

ADfine est hoc caput præcedenti, de quo tamen priore loco erat agendum, præpostero enim ordine trãsitus fit à cõmorietibus, ad eos qui statim & simul nascuntur Meno. lib. 6. Præs. c. 51. in princ. Non potest igi-

1 tur natura contingere, vt duo † infãtes vno impetu de vtero matris exiliant l. Arescusa. ff. de stat. hom. Menoch. de Arbitr. cas. 47. num. 8. li-

2 cet possit vno partu mulier † plures parere, non tamen natura patitur, vt trecentos sexaginta tres pariat, vt referunt nonnulli de quibus Menoch. loco citato, quod ego malim credere, quam quærere, vt nescio quo loco tradit Lud. Viues, nisi dixerimus diuinitus supra naturæ ordinem id euenisse. Theatr. Vit. human. volum. 2. lib. 5. tit. Mulierũ, quæ simul pepererunt filios, vbi plures allegat. Gregor. Mastil. part. 1. Disc. 4. De Pass. Dñi. Si igitur duos, vel plures infantes pa-

3 riat mulier, & quæstio incidat † vter prior de matris vtero prodierit, vt sæpe fit in legatis relictis, & in primogenijs, vbi spectatur momentum, & punctum temporis, vt in alijs speciebus, de quibus Menoch. d. cas. 47. nu. 8. & dixi c. 146. De Aedilitio edicto num. 10. & seq. tunc status dicitur coniecturalis. In quo ita distinguit Menoch. d. præs. 51. Aut agitur de libertatis fauore, aut cessat talis fauor. Priore casu humaniorem amplectimur sententiam, quæ nimirum fauet libertati l. si fuerit §. vlt. ff. de reb. dubijs. l. in obscuris, ff. de reg. iur. interpretabimurque eum priore loco natum masculum vel feminam, qui libertatis fauorem in natiuitate sua priore inferat. Altero casu, aut natus est vnus masculus alter femina, & ita diuersi sexus, aut eiusdem sexus, vterq. nimirũ masculus, vel vtraq. femina. Illo casu præsumptio est priore loco natum masculum, quæ tamen præsumptio hominis tantum est, non legis ita, vt nequeat ille obtinere pro quo exstat huiusmodi præsumptio. †

4 In primogenijs tamen cessaret quæstio,

stio, ad quæ solent vocari masculi, per quos splendor familiarum conseruatur. Gasp. Thes. quæst. 34. num. 3. lib. 1. Quæst. Forens. Hoc secundo casu licet alij præferant robustiorem, alij pulchriorem tamen leues sunt huiusmodi præsumptiones, & ideo iure per Menoch. dicto loco confutatæ.

S V M M Æ.

1 *Societas etiam omnium bonorum contrahitur consensu tacito, & expresso, & distrahitur actibus contrarijs.*
2 *Societas quomodo dissoluatur.*
3 *Renunciatio fraudulenta facta societati nocet tantum renuncianti.*
4 *L. Actione §. diximus ff. Pro socio exposita.*
Societati quando dicatur fraude renunciatum.
5 *§. Manet. in Inst. De societ. sententia.*
6 *Captare quid.*
Captatoria institutio quæ, contra communem sententiam.
Societati dicitur fraudulenter renunciasse, qui illi renunciauit sciens sibi obuenturam hæreditatem.
7 *Societati per dolum censetur renunciasse, ne filia nubiles alterius socij nuptui traderentur cõstituta dote de pecunijs communib.*
8 *Dos an constituenda de pecunijs communibus.*
9 *Societati si quis intempestiuè renunciauerit, contra eum agendum.*
Societatis dissolutio quibus denuncianda.
Mandati, & administrationis reuocatio denuncianda.
Proclamatà non statim tollenda.

De societate contrahenda, & dissoluenda. Cap. CLII.

1 QVemadmodum societas † contrahitur consensu expresso, & tacito, etiam omnium bonorum iuxta communem sententiam Doct. quidquid in contrarium scripserint alij. Mascard. De probation. concl. 1315. num. 20. & 22. Hect. Felic. De societ. cap. 10. num. 16. 17. tribus tamen concurrentibus, ita etiam distrahitur, & dissoluitur, ob vulgatam reg. l. nihil tamen naturale. ff. de reg. iur. Sunt igitur actus sociales, quibus inducitur, contrarij, quibus inita dissoluitur non solum ex
2 pressè, sed etiam tacitè, cum socij † separatim sibi incipiunt negotiari l. verum §. fin. cum l. itaq. ff. Pro socio. Mascard, concl. 1316. Menoc. de Præsũpt. lib. 3. præs. 60. Anton. Gomez. in suis Comm. tom. 2. cap. 5. De societ. numer. 6. Var. Resol. Hect. Felic. De societ. cap. 35. vbi renunciatione dissolui ait societatem. Mant. De Conuent. lib. 6. tit. 23. Verum vbi fraude fit †
3 renunciatio, tunc non censetur dissoluta, nisi in damnum renunciantis,
4 Hoc est quod ait I. C. in l. actione † §. diximus. ff. Pro socio, renunciantẽ à se liberare socios, se autem ab illis non liberare.

Afferunt autem in d. l. varia exempla intempestiuæ, & dolosæ renunciationis ipsius societatis, de qua Mant. d. tit. 23. numer. 18. Odd. cons. 94. num. 21. & 22. veluti si socius omniũ bonorum, cui obuenit hæreditas cum altero socio communicanda l. 3. ff. Pro socio, renunciauit propter hoc societati, vt solus eam hæreditatem sibi ad quireret, nam si post renunciationem adquisiuerit, non erit communicanda, quia nec dolus est admissus. Quod intelligo nisi præuidisset renuncians sibi obuenturam hæreditatem, & ita
5 intelligo † §. manet in Inst. De societ. dum ait Iustin. Si quid vero aliud lucri faciat, quod non captauerit, dolosa videlicet renunciatione, ad ipsum
6 solum pertinet. † Licet enim captare sit blanditijs, illecebris, & obsequijs veluti venari aliquid, vnde appellatur captatoria officia, & Senec. lib. 6.

De benef. appellat quosdam captatores testamentorum, vnde etiam dicitur captatoria institutio l. captatorias. ff. de hæred. inst. l. captatoriæ. ff. de leg. 1. l. captatorias. C. de testam. milit. & hæreditas captanda. l. si maiores. C. de trāsact. Horat. lib. 2. serm. *Captes astutus vbiq. Testamenta senū*, vt sæpe admonui in scholis confutauiq. errorem nostrorum Interpretū, qui appellant captatoriam voluntatem, quæ ab aliena pendeat voluntate. Surd. decis. 98. nu. 1. 4. & 6. Alciat. lib. 2. Parerg. cap. 31. Ant. Aug. lib. 4. Emend. c. 15. Coras. lib. 5. Miscell. c. 13. Duar. De hæred. inst. cap. 3. in fine. Pereg. cons. 31. num. 14. lib. 5. tamen eo in §. manet id voluit Iustin. vt renuncians sibi lucrum hæreditatis habeat, si modo callida, & dolosa renunciatione id lucrum non captauit. Captasse autem dicetur, qui sciēs sibi obuenturum lucrum, societati renunciauit callidè, & intempestiuè. Dolū porrò arguet hęreditas opima, vel aliud lucrum statim post renunciationem obueniens. Eodem pacto
7 crediderim dolosam esse † renunciationem societatis, si socius nuptui collocauerit filias, quas habebat constituta dote de bonis cōmunibus, & postea statim, ne filiæ nubiles alterius socij cum dote de communi nubant, societati renunciare velit. Fraudulentam enim renunciationem arguunt incontinenti secuta. Commu-
8 nis † est autem nunc opinio Doct. dotem constituendam de pecunijs communibus, neque esse imputandam in partem socij cuius filiæ sunt dotatæ, licet reuera negari non possit, quin dubia semper fuerit hæc sententia, vt videre est apud Rol. Vall. cons. 91. volum. Menoch. de Arbitr. cas. 127. Surd. de alim. tit. 6. quæst. 13. num. 11. Caroc. decis. 102. nume. 2. Mant. de tac. & ambig. Conuent. lib. 2. tit. 20. Hect. Felic. De societ. cap. 26. num. 25. vbi argumenta pro vtraque
9 parte afferuntur. Cæterum † an, & quando agi possit contra socium intempestiuè renunciantem societati, distinguit gloss. in d. l. actione. §. Proculus, cuius verba sunt omnibus obuia. Felic. dicto cap. 35. numer. 16. vbi autem dissoluitur societas, debet ijs omnibus id denunciari, qui cum altero ex socijs possent contrahere, vt dicitur etiam de reuocatione mandati, & administrationis proposito videlicet proclamate in loco publico, quòd ibi debet permanere, non autē incontinenti tolli, l. sed & si pupillus §. de quo palam. ff. de instit. act. Gomez. d. cap. 5. num. 6.

SVMMÆ.

1 *Momentanea possessio.*
Momenti reformatio.
2 *Momentanea possessio quare ita appellata.*
3 *Momentum quid, & vnde dictum.*
4 *Momenti beneficium per quamcunq. personam postulari.*
De possessione momentanea coram quo iudice sit agendum.
5 *Momenti & proprietatis causa ab eodem iudice decidenda, & an eodem tempore.*
Cumulatio causæ principalis, & proprietatis cum possessione momentanea.
6 *Momentaneæ possessionis causa statim debet audiri.*
7 *Appellationi an sit locus, vbi agitur de momentanea possessione, & num. 11. & 12.*
Appellatio denegatur in causa sedit ionis.
8 *Momentaneæ possessionis iudicium summarissimum recredentia, Interim, & noua prouisio appellatur.*
9 *Vindiciæ quando dari dicerentur, & vnde dictæ, & num. 10.*

10 Vindicias dari secundum libertatem, et secundum seruitutem.

11 Vindiciarum lis.

in Possessorio summarissimo an detur restitutio in integrum Stat. Ticin. 4.

An supplicatio?

12 Appellatio in possessoriis an admittatur quoad vtrunque effectum, vbi statutū permittit appellationē, vt Ticini.

Rem. l. fin. C. de edict. D. Hadr. priuilegiatum.

13 in Possessorio Summarissimo dicitur de nullitate.

De possessione momentanea. Cap. CLIII.

MOMENTARIÆ, siue momentaneæ possessioni mul-
1 ta concessa, est autem † momentanea possessio, siue momenti beneficium celeris reformatio, & restitutio possessionis per vim, vel alio modo ablatæ, aut interpellatæ. Momenti reformationem appellat Symmachus lib. 1. Epist. 27. Dicitur autem Momenta-
2 ria, quia † statim absq. vlla dilatione & cunctatione de possessione deiecto est facienda restitutio, reiecta in aliud tempus dominij quæstione, vt diximus ca. 5. Succinit Isid. lib. 5. Etymolog. illis verbis videlicet. Momentum
3 dictum est † a temporis breuitate, vt quam citò, quam statim saluo negotio reformetur, nec in vllam moram produci debeat, quod repetitur Iac. Cuiac. lib. 1. Obs. cap. 20. vbi ait per
4 quamcunque † personam posse momenti beneficium postulari, etiā per seruum l. vlt. C. Qui leg. pers. l. 1. C. si per vim, vel alio modo, & postulari ab eius loci iudice, in quo status possessionis fuit perturbatus. l. 1. C. vbi de poss. agi oport.

Alia est igitur principalis, alia momenti causa. In illa de proprietate agi
5 tur. in hac † de possessione erepta. Vtraque ab eodem iudice decidenda. l. nul li. C. de iud. D. Gregorius lib. 7. epist. cap. 100. Legali, inquit, prouisione decretum est tam momenti, quam proprietatis causam in vno, eodemq. iudicio debere cognosci. Cuiac. lib. 2. Obs. c. 35. An autem vno, & eodem tempore cognoscendum sit de momento, & de proprietate lis est inter nostros Doct. in l. naturaliter, §. nihil cōmune. ff. de adquir. poss. vbi Bart. nu. 6. 7. Menoc. de retin. possess. rem. 3. n. 511. vbi de hac cumulatione agitur latiss. Cuiac. d. cap. 35. qui refert speciem, de qua Symm. Epist. lib. 1. ex qua apparet iamdiu fuisse ab Imperatorib⁹ ita diffinitum, vt non cogantur quidem iudices simul eandem causam cognoscere, & decidere, sed possint, si velint, quoties de possessione iudicant; incontinenti, si ita casus tulerit, de proprietate cognoscere. Vide supra cap. 5. Adeas Symma. & Cuiac. vt inde intelligas, quæ tunc fuerit mouendi, & exercendi momenti ratio. Est autem
6 adeo celeris † hæc reformatio momēti, vt mox audiri debeat. l. momentariç. C. vnde vi, ex qua desumpta est l. pen. C. de accusat. late Cuiac. d. cap. 20. & in hac causa momentaneæ pos-
7 sessionis nec locus sit † appellationi, quemadmodum nec in causa seditionis. Surd. consil. 40. num. 36. Symma. d. lib. 1. Epist. In causis, ait, quibus momenti reformatio postulatur, appellationes recipi non oportet. l. 1. C. si de moment. possess. quam vberrimis illustrauit comment. Cęs. Contard. Ioseph. Ludou. decis. 20. num. 5. Menoch. de recuper. possess. in prelud. num. 32. vbi num. 24. ait esse
8 iudicium † summarijssimum possessorium, & a Gallis appellari recredentiā, ab Hispanis interim, a nobis nouam prouisionem. Borell. in summ. decis. tit. 44. numero 275. Iudex enim summariè cognoscit, cui sit danda possessio, vt statuatur quis-

nam

nam sit actor, quis reus. Bud. Alex. ab
Alex. hic. & alij quos refert Men. d.
9 loco num. 31. existimarunt olim † vin-
diciarum nomine appellatum fuisse
hoc iudicium, & Anton. Augustin. ma
ximum Hispaniæ lumen, ad leg. xij.
tab. pag. 161. ait, Vindiciæ dari dice-
bantur, cum fas esse rem vindicare
dicebatur, & si id ad præiudicium, &
quasi momentum quoddam pertine-
10 ret. Hinc dicebatur Vindicias † dari
secundum libertatem, & secundum
seruitutem, vt fecit Appius cõtra om-
ne ius, & fas. l. 2. §. initium. ff. de orig.
iur. Liu. lib. 3. Dionys. lib. 11. Vindi-
ciæ à Vindicio Vitelliorũ seruo dictæ.
Liu. lib. 2. August. d. loco, qui vindicã-
di nomen inde tractum existimat, li-
cet potius dici possit à Vindicãdo vin-
dicias appellatas teste Liuio loco cita-
to lib. 3. dum ait, A M. Claudio peti-
turum, vt decederet iure suo, vindica-
riq. puellam in posterũ diẽ pateretur
vindicari. n. puellã dixit ꝑ, Vindicias
puellæ secundum libertatem dari, i-
dest, in libertatem asseri, & in pos-
sessione libertatis esse. Ascon. Pædian.
11 in Verrin. 3. Lis † vindiciarum ait,
est cum litigatur de ea re, apud Præ-
torem, cuius incertum est, quis de-
beat esse possessor. Sed vt eò, vnde di-
gressi sumus, redeamus, in summa-
rijssimo hoc possessorio non datur ap-
pellatio. Marisc. lib. 2. Var. Res. cap.
75. num. 22. etiam quoad deuoluti-
uum, nec restitutio in integrum. Me-
noch. De retin. rem. vlt. num. 48. &
seq. & rem. 9. De Recup. num. 319.
licet teneant alij dari restitutionem
minori læso. Cæuall. lib. com. contra
com. quæst. 15. nu. 4. Qua de re Odd.
De rest. quæst. 68. art. 6. quam opin.
sequerer statim probata læsione. Gra-
tian. cap. 74. Disc. Forens. putat ad-
mitti respectu deuolutiui. Sed nec
supplicatio Roll. Vall. cons. 8. num.
34. lib. 4. ex sententia Did. Cou. Gra-
tian. d. cap. 74. in princ. *Sed vide*
Men. De retin. poss. rem. vlt. nume.
50. & 53. Cæuall. in tract. De Co-
gnit. per viam violent. quæst. 29. lib.
2. Immo nec dabitur appellatio hoc
summarijssimo, licet cauente statuto
licitum sit appellare in possessorio.
Tort. ad stat. Ticin. 4. num. 36. Cæ-
terum anceps est quæstio. An in ca-
su statuti permittentis appellationẽ
12 † in possessorijs censeatur permissa,
quoad vtrumq. effectum. & D. Men.
De adipisc. rem. 4. num. 837. existima
uit statutum Ticin. 3. & 4. & similia
statuta admittentia appellationem
in possessorijs esse condita ad tollen-
dam dubitationem, decidendamq.
illam arduam quæstionem, An vide-
licet, In possessorio detur appellatio,
de qua idem Menoch. De recuper.
rem. 9. num. 49. Hond. cons. 22. nu.
45. lib. 2. Stephan. Gratian. lib. 2. Di-
scept. Forens. cap. 74 in princ. & cap.
75. num. 15. Cæuall. in tract. commu.
contra commu. quæst. 15. *Rim. iun.*
cons. 82. lib. 7. vbi num. 36. ait reiecta
opin. Men. rem. l. fin. C. de ed. D. Had.
esse magis priuilegiatum, cum celeri-
tatem requirat. Satis erit igitur si
dicta statuta operentur effectum de-
uolutiuum. Eandem sequitur D. Tor-
tus ad d. stat. 4. nu. 25. adiectis nonnul
lis restrictionibus. De qua tamen val-
dè dubito. Posset tamen dici de nulli-
13 tate, quæ esset † in promptu, & incon-
tinenti probari posset. Stephan. Gra-
tian. d. cap. 74. num. 4. Cæuall. d. q. 15.
Nam huiusmodi nullitates statim
probandæ nunquam censentur reie-
ctæ, vt dixi cap. 10. & 11. M. Anton.
lib. 1. resol. 14. num. 11. & lib. 2. res. 3.
num. 26.

SVMMÆ.

1 *Transactio ob læsionem enormissimam re-
scinditur.*

2 *Læsio*

2 *Læsio an sit spectanda tempore contractus, an superueniens: Distingue.*
3 *De Immunitate concessa ab oneribus an rescindatur ob læsionem.*
Clausula. Rebus sic se habentibus intelligitur, etiam si adsit iuramentum:
Antonius Gallia I. C. Lanell. filius.
4 *ob Nouam causam licet recedere a contractu etiam iurato.*
5 *Transactio an possit rescindi ab eo, qui renunciauit paterna hæreditati, si postea fuerit spoliatus beneficijs.*
Dictum stultorum. Non putaram.
De iure superueniente.
6 *Transactiones in causa onerum an rescindendæ ob læsionem superuenientem.*
7 *Immunitas ad qua onera extendatur.*

De transactione, & alijs rescindendis ob læsionem. Cap. CLIV.

1 NON solum venditio, sed etiam transactio ob enormissimam † læsionem rescindi potest, vt tradunt Doct. communiter in l. 2. C. de rescind. vend. æstimato tamen dubio litis euentu per viros peritos. Surd. cons. 480. nu. 14. Bertazzol. cons. 53. nu. 32. Menoch. cons. 1111. num. 77. Gall. cons. 32. nu. 40. Non cons. 67. nu. 16. & 17. Hond. cons. 34. n. 56. & 57. lib. 2. Gam. decis. 110. numer. 15. Molin. de Hisp. Primog. lib. 4. cap. 9. numero 35. Cæuall. in tract. Commu. contra commu. quæst. 72. Cost. De remed. subsid. rem. 47. Andr. Fachin. lib. 2. Contr. iur. cap. 26. Vid. cap. 108. infr. lib. 2.

2 Verum dubitari † solet, an in probanda læsione tempus initi contract⁹ sit spectandum, an vero superueniens læsio eum rescindat. Placuit Doct. æstimationem dubij euentus esse faciendam iuxta tẽpus initæ transactionis. Hond. d. cons. 34. num. 56. & 57. lib. 2. Gabr. de empt. & vend. concl. 1. nu. 47. l. si voluntate. C. de rescind. vend. Doct. in l. de fideicommisso. C. de transact. Gasp. Thes. lib. 1. Quæst. Forens. cap. 8. num. 14. And. Fachin. lib. 4. Cõtr. iur. c. 27. Gall. cõs. 44. nu. 40. Odd. cons. 17. nu. 11. & de restit. in integ. q. 57. art. 5. vbi tamen num. 21. & seq. distinguit, cuius distinctionis hæc est sũma respectu minoris petentis restitutionem in integrum ob læsionẽ. Aut ob negligentiam adhibitam in ipso contractu læsio postea contigit, & tũc spectatur etiã superueniens læsio, veluti si tempore non opportuno rem vendidit minor, vel nimis breue tempus adiecit pacto addictionis in diẽ, vel subhastatio non fuit facta ea, qua par erat, diligentia. Aut nulla huiusmodi negligentia adfuit, & communis obtinebit opinio, licet post venditionem alius plus offerat Less. De iust. & iur. lib. 2. cap. 17. dub. 9. numer. 69. Sed placet hoc casu aliam addere distinctionem, quæ præsẽtis est scriptionis. Aut. n. agitur de contractu puta venditione, vel simili, qui vnico momento temporis perficitur, & tunc sibi vendicat locum d. l. si voluntate, spectaturq. tempus ipsius contract⁹, quo læsio contigit, Aut tractum habet successiuum, & futuro tempore

3 aliquid est † explicandum, vt in immunitate ab oneribus concessa, & succurrendum est læsis ex post facto, nã ex post læsio contingit, & futuro tempore, quo præstanda immunitas, & intelligitur illa clausula, Rebus sic se habentibus. Natt. consil. 548. nu. 36. Alb. consil. 54. nu. 16. Lancell. Galli. consil. 115. nu. 91. & d. consil 44. nu. 40. Cuius filium Antonium Galliam præstantissimum I. C. paternæ virtutis hæredem suspicit vrbs Alexãdria. Porro illa clausula intelligitur, etiam si adsit iuramentum ita, vt superueniẽ-

4 te noua causa liceat † à contractu etiã iurato recedere: quæ. n. de nouo emergunt nouo indigent auxilio. l. de

ætate

ætate §. ex causa. ff. de interrogat. action. l. quod Seruius. vbi glos. ff. de condit. ob causam. Quamobrē Surd. d. consil. 480. num. 14. respondit, re-
5 scindi posse transactionem † ab eo, qui renunciauit paternæ hæreditati, cum tempore renunciationis obtineret quædam beneficia, quibus postea fuit spoliatus. Quod ego non probo, nisi agatur de minore, qui negligens fuerit in contrahendo. Natt. d. cōsil. 548. num. 36. Nam vbi res transijt in contractum non est audiendus, qui stultorum illud dictum vsurpat. Non putaram. & Doct. allegati per Surd. loquuntur de iure superueniente, cui non censetur renunciatum, vt dixi cap. 131. ideo tex. in c. suggestum. De decimis non habet locum, vbi celebratus fuit contractus. Rol. Vall. consil. 13. nu. 69. lib. 3. Thes. d. quæst. 8. n. 14. Add. Bardell. cons. 22. num. 10. & 26. Cæs. Manent. cons. 84. nu. 31. Et e-
6 go † sæpenumero respōdi præsertim in causa Turriculæ ditionis Montisfer. transactiones ritè, & solemniter initas inter vniuersitates, & oppidanos, siue ciues circa solutiones onerū, licet successiuum tractū continerent, tamen ob læsionem superuenientem non esse rescindendas, remedio d. l. 2. vel per restitutionem in integrum lapso tempore ad eam petendam, cum in contractum transiuerint, & verbis amplissimis immunitas titulo onerosa esset concessa, cogitatumq. esset de bello. Bursat. cons. 16. nu. 70. lib. 1. tūc
7 enim licet superueniant onera † valde grauia, tamen ad ea extenditur immunitas. Gasp. Thes. d. quæst. 8. num. 13. & initium debet spectari, & tempus actus perfecti, & consummati, qui in contractum migrauit onerosū vltrò citroq. obligatorium. Men. cōs. 843. num. 37. & cons. seq. num. 45. & cons. 156. nu. 34. Damnū autem nimis graue, & haud tolerandum posset iudicibus suadere, rescindendam esse transactionem, saltem remedio restitutionis in integrum, vbi post immunitatem concessam superuenirent ea onera, quibus vix posset resisti. Quæ auertat à nob. D. O. M.

SVMMÆ.

1 *Donatio omnium bonorum non valet, & nu. seq.*
Ratio quæ.
2 *Testamenti factio debet esse libera.*
3 *Hæreditas pacto dari non potest.*
4 *Testamenti factio iuris publici est.*
5 *Ius publicum priuatorum pactionibus non tollitur.*
6 *Administratio cuiq. rerum suarum permissa etiam abutendo.*
7 *Donatio bonorum omnium præsentiū, & futurorum, an saltem pro præsentibus sustineatur, & nu. seq.*
8 *Donatio sine insinuatione sustinetur vsque ad quingentos solidos.*
Donatio post mortem dilata valet.
9 *Donationes sine publicationibus, quæ sint nulla in ditione Med.*
An sint nulla in totum.
Sententia, & exsecutio nulla in totum, licet in parte tantum adsit excessus.
10 *Donationes quomodo publicandæ, & quare.*
Solemnitatis leuis omissio non vitiat.
Dies, hebdomadas, mensis, annus naturalis, & artificialis.

De donatione omnium bonorum.
Cap. CLV.

1 DONATIONEM omnium † bonorum præsentium, & futurorum nullius momenti esse passim receptum est Doct. in l. fin. C. de pactis in l. stipulatio hoc modo concepta.

pta. ff. de verbo. oblig. nisi tamen donans sibi aliquid receperit, siue reseruauerit. Gasp. Thes. Senator amplissimus Taurin. lib. 1. Quæst. Foren. q. 2. num. 9. & seq. Ratio multiplex affertur, etenim videtur hæc donatio liberam testamenti factionem tollere l. pactum quod dotali, C. de pactis,
2 quæ tamen debet † esse libera, & ambulatoria vsq. ad extremum vitæ spiritum, l. 1. C. de sacros. eccles. l. 3. §.
3 fin. ff. de adim. leg. nec † pacto dari potest hæreditas, quod existimatur contra bonos mores, d. l. stipulatio. cum etiam in eo statu constituatur donans, vt nihil prorsus sit habiturus, quod qui concedunt, videntur omnẽ exsuere humanitatem. Vide Couar. de testam. in 2. part. rub. nu. 4. & 6. Accedat etiam, nam testamenti fa-
4 ctio iuris † publici est. l. 3. ff. de testam. l. testandi. C. eod. tit. quod priuato-
5 rum † pactionibus tolli non potest. l. ius publicum. ff. de pactis l. neq. pign⁹. §. priuatorum. ff. de reg. iur. l. fin. ff. de suis, & leg. & facile illius solemnia tollerentur, quæ magno studio sunt inuenta ad tollendas fraudes, & quamquam nonnulli ab hac opinione dissentiunt rationibus non contẽnendis, vt videre est apud Andr. Fachin. lib. 6. contr. cap. 87. & Fabr. De err. Prag. decad. 48. err. 6. & quidem ob iura directa, quæ remanẽt penes donatorem, & illud sit non facile haberi posse hæredem, quod contingit facta huiusmodi donatione, & nullum posse habere, quod non con-
6 tingit, & quia vnicuiq. debet esse † permissa rerum suarum administratio etiam abutendo l. in re mandata. C. mandat. l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de petit. hæred. & facit l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in fraudem credit, tamen non est discedendum à recepta, & communi opinione, Clar. in §. donatio. q. 19. Cæuall. in tract. commu. contra commu. quæst. 140. numer. 1. Andr. Fachin. d. lib. 6. Contr. iur. cap. 87. Sed quæritur. An saltem valeat
7 donatio bonorum † præsentiũ, quasi duæ sint donationes, & vtile non debeat per inutile vitiari, quod sensit Salic. in d. l. fin. C. de pactis. quemadmodum etiam donatio sine insinuatione
8 sustinetur vsq. ad quingentos † solidos. Clar. in d. §. donatio. q. 17. Cost. de Rata q. 125. num. 10. Sed contrarium recipitur Clar. d. §. donatio q. 20. Osasc. decis. 100. num. 41. Qua tamen in re sic placet distinguere, Aut vno, & eodem tempore facta fuit donatio præsentium, & futurorum, aut ex interuallo. primo casu omnino est inualida, altero sustinetur donatio præsentium. Purpurat. in d. l. fin. nu. 249. Hond. cons. 39. nu. 9. lib. 1. Quod latius explicat Bolog. in d. l. fin. num. 142. Verum disputando possumus sequi eam opinionem quod videlicet valeat donatio saltem pro præsentibus, vt etiam existimat. Clar. d. q. 20. & multis rationibus, & auctoritatibus probat Dec. in d. l. fin. nu. 36. & præcipue, quia in præsentibus cessat ratio prohibitionis, agitur de rebus diuiduis, præcedit mentio præsentium bonorum, & semper debet ea sumi interpretatio, per quam sustineatur actus. Eandem opin. sequitur multis allegatis Surd. cons. 450. nu. 57. vbi nu. 53. ait valere omnium bonorũ donationem, quæ non statim habet effectum, sed differtur post mortem. Gratian. lib. 1. Disc. Forens. cap. 98. nu. 25. Et quidquid sit hoc casu, vbi vnica reperitur oratio, crediderim, vbi adest aliquod interuallum, vt quia donationes fiant diuersis orationibus, licet in eodem instrumẽto sint celebratæ, tamen donationem præsentium bonorum sustineri. Bolog. d. n. 142. Sed cum in ditione Med. facta
9 esset † donatio sine publicationibus,

Ff quæ

quæ excedebat dimidiam bonorum, existimaui eam in totum corruere, nec posse diuidi, vt pro parte, quæ minor sit dimidia valeat, pro alia secus, nam præscripta fuit forma donationibus in tit. De donat. cum clausula decreti irritantis verbis repetitis, & indefinitis, Ibi, Sint nullæ, nulliusq. valoris, & ratione formæ sit res indiuidua ita, vt in totum corruat Gall. cons. 45. num. 23. Sic dicimus de sententia, & exsecutione, quæ in totũ est nulla, licet excessus sit in parte. Gratian. li. 1. Discept. Forẽsica. 162. & li. 3. ca. 408. in princip. Costa De Rat. quæst. 137. Addo quod præsumuntur huiusmodi donationes dolosæ. Plot. in l. si quando. nu. 264. C. vnde vi. Debẽt igitur statim publicari donationes in
10 hac † Med. ditione, idest intra mensem, & tribus diebus in vna hebdomada. Sed fuit quendoq. dubitatum An valida esset donatio publicata puta die Iouis, Sabbathi, & Martis, & clarissimi Aduocati coram D. Bellinzona contendebant nullam esse, cum non esset facta tribus diebus in vna hebdomada, nam dies Martis erat alterius hebdomadæ. Ego contra defendi validam, & obtinui. Contra Cost. vnum ex aduocatis contrariȩ partis, cuius disputationis ille meminit in tract. De Rat. quæst. 234. Solemnitas enim illa adhibetur, vt innotescat donatio, quod contingit, etiam si fiat publicatio in duabus hebdomadis, & omissio leuis solemnitatis non vitiat. Alciat. lib. 2. respons. 58. Præterea si habemus mensem, annum, & diem artificialem, & naturalem, l. more, ff. de ferijs, Menoch. De Arb. cas. 50. nu. 1. 20. & seq. Idem & multo magis dicendum de hebdomada, cuius nomen septenarium numerum significat. Vnde hebdomadȩ Danielis dicuntur. Hebdomas igitur septem significat dies. Quod Cic. loco confirmaui Epist. libr. 10. ad Tiron. Ne in quartam hebdomadam incideres. Vid. ca. 1. De Tẽp. ordin. Sed ibi loquitur iuxta ritum Romanæ ecclesiæ.

SVMMÆ.

1 Clausula derogatoria posterioris testamẽti solet poni in primo, & quando, valida & num. seq.

Sfortia Alemanus I.C.

2 Testandi facultatem non potest quis sibi auferre; vel constringere, & num. 4.

Solemnitates testamentorum non potest quis mutare.

Clausula derogatoria testamenti reuocatur, & quomodo.

3 Clausula derogatoria posterioris, testamẽti quam vim habeat.

4 Testamento posteriore tollitur prius. Declara.

Opinio communis, & Antonij Fabri.

Testatores sæpe disponunt instigati.

5 Clausulæ derogatoriæ quomodo non sit habenda ratio.

6 Obliuio præsumitur decennio.

7 Testamentum cursu temporis quando contraria voluntate cẽseatur reuocatum.

8 Testamentũ an censeatur tacitè reuocatũ ob vulgarem substitutionem ex interuallo factam.

De clausula derogatoria, adiecta in priore testamento, & tacita testamenti reuocatione.

Cap. CLVI.

VARIIS in locis nostri interpre-
1 tes agũt de vi, & potestate † clausulæ derogatoriæ, adiectæ prior testamẽto, vt posterius impediatur. gloss. Bart. & alij in l. si quis in principio. ff. de leg. 3. Bald. Salic. & alij in l. sanci mus. C. de testam. Guid. Pap. quæst. 127. nu. 2. Natt. cons. 639. Cephal. cõs. 375. numero 16. Stephan. Gratian. lib. 1. Discept. Forens. cap. 48. nu. 20. &

& seq. De qua nunc disceptatur co-
ram Sfortia Alemano, præstantissi-
mo I. C. & Collega meo. Addo Pau-
lum Aemilium Gallum I.C. præstan-
tissimum. De except. part. 3. except.
4. nume. 21. & seq. tit. 1. De succ. in-
test. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 12.
tit. 8. Clar. in §. testamentum quęst.
fin. Sim. de Pret. De interpret. vlt.
vol. lib. 4. dub. 1. Surd. consil. 270. nu.
16. Seraph. Oliu. decis. 417. num. 1.
Cæual. in tract. commu. contra com.
quæst. 211. Campeg. cons. 156. inter
cons. vlt. volunt. Menoch. latiss. De
præs. lib. 4. præs. 166. vbi distinguit
an verba sint derogatoria actus &
potestatis testandi, an verò respici-
ant solemnitatem adhibendam in
testamento, an voluntatem. Priori-
bus duobus casibus nihil operantur
cum non possit quis sibi testandi fa-
cultatem auferre, Barr. in l. si mihi
2 † & tibi §. in legatis. ff. de leg. 1. l.
stipulatio. 61. ff. de verb. oblig. aut
solemnitates testamentorum immu-
tare, quæ sunt iuris publici. l. Diui.
6. §. licet. ff. de iure codicill. tertio ca-
su operantur, nisi expresse sit facta
reuocatio. Sufficit autem specialis
reuocatio, cum generalis non suf-
ficiat, & non requiratur indiuidua-
lis, vt vulgo loquimur Doct. prædi-
cti. Fab. De err. Prag. decis. 37. err.
7. 8. 9. & 10. & decad. 38. err. 1. vbi
latè, & subtiliter more suo disputat
contra communem opin. Doct. cu-
ius opinionis communis ea est ra-
3 tio, quod huiusmodi † clausula de-
rogatoria vim habeat cuiusdam præ-
cedentis protestationis, ex qua de-
claratur posterius testamentum vo-
luntate esse destitutum. l. si quis. 14.
§. pleriq. ff. de relig. & sumpt. fun. l.
qui in aliena. 6. §. vlt. ff. de adquir.
hered. Verum repugnat iudicio meo
valde predictę sententiæ, quod po-
steriore † testamento tollatur prius

§. posteriore. in Inst. Quib. mod. test. i.
infir. & quod nemo possit testandi fa-
cultatem sibi ipsi costringere. l. cũ duo
bus. 52. §. idem respondit societatem,
ff. pro socio: nisi dixerimus posteriore
testamẽto tolli prius, vbi ita visum fue
rit testatori, nam quemadmodum po
terat secundo loco non testari ita con
dere poterat testamentum non valitu
rum, neq. facultatem testãdi a iquem
sibi auferre ob clausulã derogatoriam
cum possit eam reuocare in posteriore
testamento, Sed rursus turbat cõmu-
nem sententiam, nam aut dicimus te
statorem velle posterius testamentũ
robur obtinere, sed non fuisse reuoca-
tam clausulam derogatoriam, vel per
obliuionem, vel quia putabat testator
non esse opus reuocatione, cum satis
ipso secundo testamento diceretur fa-
cta reuocatio, & eo casu opinio com-
munis falsa est, cum in secundo adsit
voluntas, aut dicimus noluisse eum re
uocare clausulam derogatoriam, cum
velle primum valere, & ita non pœni
tere prioris testamenti, & absurdum
erit testatorem voluisse illudere testi-
bus, notario, & legibus, & in summa
frustra velle testari secundo loco. Sed
respondeamus, eam pręsumi volunta-
tem testatoris, quã expressit in clausu-
la derogatoria, & ideo præsũptio præ
dicta, quod noluerit facere secundum
testamẽtum inualidum, cedere debet
voluntari expressæ in primo, cum non
fuerit reuocata. Potest etiam contin-
gere, vt quis voluerit facere testamen
tum sine robore aliquo futurum, for-
tasse vt se eximeret à molestis rogatio
nibus amicorum, propinquorum, dũ
ficte de illis bene mereri studet simu-
lato testamẽto, & se ab eorum vexatio
nibus redimere vult facto testamẽto,
quod sciat non valiturum, vel instiga
tus testetur, vt loquitur Sforz. Odd.
consil. 89. num. 69. Quidquid sit, tenẽ
da est cõmunis sententia cum declara

5 tionibus, de quibus Doctores † iam citati. Et præcipuè ita temperandã eam puto, vt si appreat testatorem per obliuionem non reuocasse clausulam derogatoriam, tunc illius nulla sit habenda ratio, cum secundum nitatur voluntate testatoris, quod debet nobis sufficere, vt valeat Odd. dicto consilio 89. numero 72. Seraph. Oliu. decis. 291. num. 10. Præsumitur
6 autem obliuio, quando † longum tẽpus effluxit, puta decennium a die conditi primi testamenti vsque ad secundum Clar. d. quæst. fin. Men. d. præs. 166. num. 44. Fab. d. err. 7. in fine, Cephal. d. conf. 375. nume. 20. Mant. d. tit. 8. num. 16. Grass. in §. testamentum. quæst. 89. in fine. Odd.
7 d. cons. 89. num. 94. quo † cursu temporis censetur etiam contraria voluntate testamentum solemne reuocatum. Peregrin. cons. 67. num. 4. vol. 3. etiam si pia causa fuerit instituta in testamento solemni iuxta declarationem Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 6. tit. 3. numer. 53. Gasp. Thes. lib. 1. Quæst. Forens. cap. 56. num. 17. Paulus Aemil. Gall. de except. d. part. 4. cap. 4. nu. 3. vbi ait tempus decennij a die conditi testamenti, non autem reuocationis esse computãdũ. Fab. de err. Prag. err. 6. dec. 39. qui omnes latè agunt de d. lege sancimus, de qua etiam Bolog. in rub. de adq. poss. nu. 59. Socin. num. 126. & 135. Tacitè etiam videtur testamentum reuocatum, si testator ex interuallo substitutionem faciat vulgarem, ex eo e-
8 nim, quod † testator substituit vulgariter censetur nouum voluisse testamentum condere. Si nouum condidit, ergo hoc nouo posteriore censebitur prius sublatum. Verum hoc quã absurdum sit ostendit. Mantic. lib. 5. tit. 2. nu. 2. & 3. De coniect. vlt. volunt. cuius scripta omnibus sunt exposita.

SVMMÆ.

1 *Minorum contractus iuramento confirmantur.*
2 *Iuramento an tollatur restitutio in integrum.*
Iusiurandum illa formula præstatur, Habbia forza d'instromento giurato.
3 *Iuramentum non validat contractum, vbi statutum præsumit dolum.*
4 *Iuramenti vis an possit tolli statuto laicorum.*
5 *Statutum Ticin. 24. declaratur.*
6 *Iuramentum etiam ex interuallo interpositum reddit validum contractum.*
7 *Nullum quod est an possit reddi validum.*
8 *Iuramentum an reddat validam obligationem mulieris, & alienationem dotis.*
9 *Vxor an præsumatur cauta in bonis mariti, & quo tempore debeat esse cauta nu. 10.*
10 *Solemnia adhibentur in alienationibus, & obligationibus vxorum.*
11 *Vxor in quibus casibus obligare possit se pro marito.*
Vxor, & filius validè se obligant, vt eximant maritum, & patrem è carcere, vel vt carcerandum liberent, & num. 12.
12 *Filius potest exhæredari, qui patrem è carcere non exemit.*

De contractibus minorum, & mulierum iuramento confirmandis.
Cap. CLVII.

1 Contractus nulli, iuramento † confirmantur iuxta tradita in auth. sacramenta puberum. C. si aduersus uend. ita, vt non sit opus aliqua solemnitate a statuto requisita in contractibus minorum, vbi iuramentum interuenit Thes. decis. 66. num. 3. siue statutum sit conceptum in rem, siue in personam. D. Cost. de remed. subsid.

sid. rem. 105. num. 15. Gabri. de Minor. conclus. 5. Hond. cōs. 18. n. 9. lib.
2 1. vbi agitur † de restitutione in integrum, an tollatur per iuramentum nec ne, D. Polyd. Rip. in lib. sing. Obser. cap. 30. & cap. 29. vbi agit de illa formula iurisiurandi, quæ syngraphis solet adijci, videlicet, *Habbia forza d'instromento giurato.* Nō validat tamē iuramentum contractum, vbi statutū
3 alias præsumeret † dolum non adhibita solemnitate. Hond. consf. 5. num. 40. & 42. lib. 2. Et ideo in ea quęstio-
4 ne, An statuto laicorum possit tolli † uis iuramenti, responsum est posse, vbi alias præsumeretur cōtractus dolosus, & fraudulentus. Morot. resp. 53. num. 21. Peregr. consf. 77. num. 14. lib. 1. Corn. in d. auth. Sacramenta puberum. num. 113. Menoch. consil. 508. num. 14. & 24. & statutum potest tollere effectus iuramenti illi à iure ciuili tributos. Vide Cost. consf. 18. num. 18. & seq. Quæ optimè faciunt ad declarationem legis municipalis
5 nostræ Ticinensis † sub rub. 24. vbi D. Flau. Torr. in fine, qua cauetur, ne auth. sacramenta puberum habeat locum, late Corn. in d. auth. Sacramenta. num. 110. vbi Io. Igne. num. 76. & 80. Alb. consf. 651. num. 4. Carpan. ad stat. Mediol. cap. 453. vol. 1. Stephan. Gratian. lib. 2. Discept. Forens. cap. 233. num. 56. & cap. 513. lib. 3. Borell. in Sum. Decis. tit. 60. nu. 151.

6 Verum hæc ita demum † censentur habere locum, vbi iuratum fuit super super ipso contractu, secus si ex internallo, nam tunc iuramentum non cōfirmat contractum ex se nullum, nec vis iuramenti transit in hæredem iuxta cap. veritatis de iur. iur. Castr. in d. auth. sacramenta puberum nume. 3. Quam tamen distinctionem non probat Corn. ibidem num. 20. vbi ait etiam ex interuallo validum reddi contractum, Alciat. in ca. cum contingat de iure iur. num. 136. & Ias. in d. auth. Sacramenta putat nihil referre an statim, an ex interuallo sit iuratum. Vide Rim. in princ. Inst. Quib. alien. licet. num. 175. & seq.

Neque obstat ratio, qua niti videtur Castr. sententia, quod videlicet †
7 contractus sine iuramento sit nullus ipso iure, & ideo quod nullum est, nō possit postea conualescere, nam respondetur, vbi causa confirmans superuenit, tunc actus alioquin nullus solet validari. Bart. & alij in l. qui fundum. ff. de seruit. rustic. præd. immo iuramentum videtur inducere nouum consensum, & ideo geminatio ex interuallo facta videtur efficacior. Alciat. in d. cap. cum contingat. num. 137. & dixi in cap. 97. De gemina-
8 tione. An autem iuramentum confirmet alienationem dotis, & obligationem vxoris difficilis est quæstio. Seraph. de priuil. iur. priu. 76. Cost. de Rem. subsid. rem. 85. Doct. in cap. cū cōtingat de iure iur. Thes. decis. 223. Gratian. c. 108. Discept. Forens. Carpan. cap. 500. ad stat. Med. num. 24. & seq. lib. 2. Cost. de Rat. q. 42. Ego semper credidi maxime in ditione Med. non firmari iuramento, vbi mulier non remanet cauta in alijs bonis, Seraph. ibidem num. 12. maxime vbi prorsus remaneret indotata. Vide Rim. in princ. Inst. Quibus alien. licet vel non, num. 382. vbi de hac quæstione latiss. agit, & in contrariam sententiam videtur inclinare. Verum ego, vt dixi eam semper opinionem sum amplexus obligationem mulieris etiam iuratam non valere, vbi adest in enormissima læsio, iuxta Gratian. & alios prædictos. Cæterum an
9 † præsumatur cauta vxor in alijs bonis mariti nec ne cōsueui distinguere iuxta communes traditiones, An iurauerit se cautam, & teneatur contrarium probare, an vero iuramentum

ab

ab ea non sit interpositum, & secus fit. Cost. d. remed. 85. Et ita iudicauit præstantissimus I.C. D. Cæsar Augustus. vbi enim iurat se cautam, & interueniunt solemnia, maximè †
10 solita præscribi per Senatum Excellentiss. in alienationibus, & obligationibus vxorum, aduersus eam præsumitur, quæ præsumptio transfert in eam onus contrarium probandi iuxta naturam præsumptionum. Neque tunc puto esse locum distinctioni, An agat, an conueniatur, de qua Rim. in princ. tit. Inst. De donat. nu. 201. 209. Vide quæ scripsi cap. 130. de negatiuæ probatione. Hac etiam de re scripsit Cephal. cons. 655. vbi inspecto iure communi requirit vxorem cautam esse etiam tempore restitutionis dotis. Sunt tamen nonnulli casus, in quibus se potest
11 obligare † vxor pro marito, & præcipuè ille refertur, quando eum è carcere eximit. Qua ratione idem erit dicendum, vbi imminet periculum, ne carceri mancipetur maritus, nam paria sunt aliquem esse condemnatũ, vel breui condemnandum, carceratum, vel statim carcerandum. Rim. sen. cons. 37. num. 16. Surd. cons. 367. num. 18. & pluribus seq. vbi multis similibus, de quibus passim in hac vniuersa tractatione, & præsertim cap. 69. hoc comprobat. Neque vero o-
12 bijciat † aliquis, licet filius possit exhæres fieri, qui patrem è carcere non liberauit, tamen solutionem non esse accelerandam neque filium cogendum ad festinandum, vt videlicet patrem statim liberet. nam potest exspectare sententiam. Bald. in auth. si captiui. in princ. vers. secundus, C. de Episc. & cler. nam respondetur, aut quærimus, an filius excusetur, si distulit solutionem, & puto excusari, an vero quæritur, an possit contrahi valida obligatio, antequam carceri mancipetur quis, & puto posse; vbi imminet periculum carceris. Sic declaratur ex sententia Rot. diuers. decis. 63. nume. 20. lib. 2. Steph. Gratian. lib. Discept. Forens. cap. 108. num. 16. & 22.

SVMMÆ.

1 *Aestimatio rerum, quæ in dotem datæ sunt, an inducat emptionem, & uenditionem.*

Aloysius Bellonus I. C. Auctoris Pater.

2 *Aestimatio non inducit emptionem, & venditionem, vbi facta fuit ex interuallo.*

3 *Nouatio prioris contractus non præsumitur.*

Donatio inter coniuges prohibita.

De æstimatione rei dotalis, an inducat venditionem. Cap. CLVIII.

COMMVNE illud Doctorum
1 † pronunciatũ, videlicet in dubio æstimationẽ rerum in dotem traditarũ inducere emptionem, & venditionem, ita vt illarum dominium transeat in maritum, multas habet restrictiones. Hond. cons. 77. num. 5. & 7. lib. 2. Alb. cons. 136. vbi Vinc. Annibal. late Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 74. Surd. decisio. 35. num. 11. decis. 257. num. 1. decis. 287. nume. 22. decis. 305. num. 37. Morot. resp. 44. nu. 3. & nuperrime peruenit ad manus meas vberrimum & eruditum responsum in hac materia I. C. Aloysij belloni, parentis mei. Inter cæteras autem exceptiones ea est memoriæ commendanda, nam prædi-
2 cta conclusio cessat, vbi † æstimatio non fuit facta in ipso contractu dotis, vel incontinenti, sed ex interuallo est subsecuta. Doct. in l. si ex conuentione. C. de pactis, Rim. iun. in princ.

princ. Inst. Quibus alien. licet, vel non, num. 48. Couar. Pract. Quæst. c.28. versic. vndecimo illud. Menoch. d. præsumpt. 74. num. 24. Fœnut. de momento temp. c.22. nu.1. scripsi cap. 54. num. 7.

Ratio est iuxta prædictos, quia non est credendum voluisse contrahentes nouatione a priore contractu recedere, & præterea ex hac venditione posset sequi donatio inter virum, & vxorem, quæ omnino est prohibita. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 12. tit. 28. num. 30.

SVMMÆ.

1 *Appellans appellato non debet aliquam exhibere molestiam, alioquin censebitur appellationi reiecisse.*

2 *Appellans innouando videtur ab appellatione recessisse.*

3 *Edicto non iuuandus, qui in illud committit.*

4 *Animus verbis, & factis declaratur.*

5 *Appellationis renunciationem quinā actus inducant.*

6 *Iudex a quo potest in causa procedere, vbi fuit appellationi etiam tacite renunciatum.*

7 *Appellationi censetur renunciatum, si appellans exhibuit molestiam appellato, quæ tamen incontinenti debet probari.*

Opinio communis, & auctoris.

Puniendus quis est in eo, in quo deliquit.

Legis auxilium non debet implorare, qui in eam committit.

8 *Appellatio, an censeatur sublata illis verbis Illico, statim, & similibus.*

9 *Litteris exsecutorialibus statim parendum.*

10 *Procuratoris factum statim dominus debet ratum habere.*

11 *Sententia lata instante falso procuratore statim ratificanda.*

De appellante post appellationem, quid noui faciente. Cap. CLIX.

1 NOn debet appellans † molestiā aliquam exhibere appellato, sed ab omni molestia post interpositam appellationem abstinere debet. Bald. Dec. & alij in ca. an sit. De appell. alioquin censebitur appellationi renūciasse iuxta verā interpretationem. d. c. an sit. Abb. ibidem in princip. Matthes. Vid. not. 28. incip. Nota quod actor. Angel. in l. fina. C. de temp. appellat. Fel. in capit. ex tenore de rescript. Ias. in l. naturaliter. §. nihil commune num. 133. ff. de acquir. poss. vbi Aquil. num. 236. Dec. cons. 103. num. 1. Ant. Gabr. lib. 5. commu. opin. de restit. spoliat. concl. 1. nu. 3.

2 Non destituitur † autem hoc certa ratione, nam appellans innouando, & aduersarium spoliando videtur recessisse ab appellatione, eiusq. beneficio se indignū reddidisse, quod visus est spernere, dum propria auctoritate sibi prouidit. arg. l. fin. C. de pactis conuent. super dote, & iuxta tradita per gloss. in c. non solum. De appellat. lib. 6. c. cum qui. de dolo, & contu. li.

3 6. Non enim debet † edicto iuuari, qui in edictum commisit. Bald. in d. c. an sit num. 1. & iniuste conqueritur quis non deferri appellationi suæ, cōtra quam ipse venit, proprio facto, immo actus contrarius litis pendentiæ huiusmodi tacitam renunciationem inducit. l. si filius. ff. de min. neq.

4 curandum est, an verbis, an † factis declaretur animus. Doct. in l. pro hærede. in l. recusari. ff. de acq. hæred. l. Paulus. ff. rem ratam haberi. Bald. in l. 1. C. qui admitti. num. 38. Et licet actus

actus consistentes in patiendo non inferant † renunciationem appellationis, secus tamen est, vbi in agendo cõsistunt. D. Polyd. Rip. in suo eleganti libro sing. Obser. cap. 6.

5

Ex his patet sententiam eo in casu transitum facere in rem iudicatam. c. ex parte. vbi Dec. de rescriptis. Bald. in c. ex parte Adæ. De testib. nu. 5. Quã obrem poterit iudex à quo in causa procedere, perinde ac si non esset ap-
6 pellatum. Marant. part. 6. tit. De appellat. num. 395. Andr. Gaill. lib. j. Obs. c. 145. & seq. n. 12. Mynsing. lib. Sing. Obser. ceut. 2. cap. 50.

7 Verum prædicta ita † sunt accipienda, modo appellatus velit statim molestiam illam probare, vt dicitur in d. c. an sit, arbitrio iudicis videlicet Menoch. de Arbitr. cas. 16. At gloss. ibidem, non male fortasse existimat admittendum esse appellatum ad probãdam molestiam etiam ex interuallo. Abb. ibid. nu. 10. Quæ opinio mihi fit verisimilis, perpendenti rationẽ Snmmi Pontificis, & verba generalia, quibus ibi vtitur, dum consultationi respondet, videlicet, cum in eo quis sit puniendus, in quo deliquit, & indignum esse eum beneficio appellationis, qui ei deferre neglexit, frustra enim legis auxilium implorat, qui in legem committit c. constitutis. De appellat. c. bonæ. De elect. l. auxilium. ff. De min. Verbo autem, incontinenti, addit gloss. verbum, maxime, aitq; illud narratiuè, non dispositiuè esse positum Abb. d. num. 10. licet contradicat Men. d. cas. 16. nu. 3. Quæ suppletio, & expositio licet paululum videatur dura, tamen ratio, & verba generalia, vt iam dixi, efficiunt, vt ea videatur esse recipienda. Verum graue est communis opinionis præiudicium, quæ nobis aduersatur, vt apparet ex Menoc. d. loco, & ex Lancell. De pœnis attentatorũ 3. part. c. 31. num. 231. & posteaquã

8 fit mentio appellationis † sciendum eam censeri sublatam illis verbis, illico, statim, sine mora, & similibus, de quibus Ruginell. latè De appellat. §. nono gloss. 2. Quib. verb. app. prohib. cens. nu. 49. Verum huiusmodi verbis non censeri sublatam appellationem crediderunt alij relati à Steph. Gratian. lib. 1. Discept. Forens. c. 41. nu. 11. & seq. nam huiusmodi verba solent accipi eum aliquo temperamẽto iuxta subiectam materiam. Et ideo licet
9 † statim sit parendum litteris executorialibus, tamen illud est accipiendum cum aliquo tẽporis interuallo. Doct. in c. quod ad consultationem. De re iud. maxime vt euitetur pœna l. ratum, ff. de solut. vbi licet dominus te-
10 neatur statim ratum habere factum procuratoris, ac factus fuit certior, tamen id est intelligendum cum aliquo temporis spacio. Surd. cons. 550. nu. 5. & seq. Gratian. d. c. 41. nu. 15. & 16. arbitrio videlicet iudicis. Idem di-
11 cendum de † sententia lata instante falso procuratore, quam intra breue tempus ratificari posse scripsit. Menoc. de Arb. cas. 32.

SVMMÆ.

1 *Nouatio non censetur facta, nisi actum sit expressè, vel coniecturis concludentibus probetur nouatum.*
2 *Nouationem non esse factam in dubio pronunciandum.*
3 *Stipulatio secuta statim post numerationem annonet.*
4 *Pactum an sit adiectum incontinenti, an ex interuallo, refert.*
Pacto quando fiat nouatio.
5 *Voluntatis mutatio præsumitur magis ex interuallo.*
6 *Transactione censetur nouatum.*
7 *Nouatum non censetur, vbi secunda obligatio idem continet, quod prima efficax.*
8 *Obligationes plures similes lex abhorret*

9 *Rela*

9 *Relatio quibus verbis fiat.*
Prout verbum quid significet.
10 *Relato standum.*

De Nouatione. Cap. CLX.

1 NOn aliter censetur † nunc facta nouatio, nisi specialiter, & expressè actum sit, vt nouetur post Cōst. Imper. in l. vlt. C. de nouat. quod etiā veteris iuris regula dictabat, l. 2. ff. eod. Verum quoniam ex nonnullis coniecturis olim cēsebatur nouatum, ideo sublatis iuris veteris ambiguitatibus, Iustin. addidit iuri veteri d. l. fin. vt ostendit Faber lib. 3. Coniect. c. 3. Hond. consi. 40. num. 35. lib. 2. Ne ope igitur exceptionis hodie censebitur nouatio facta, nisi id agatur expressè iuxta communem sententiā Doct. Gab. de Nouat. concl. vnica num. 56. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præs. 134. num. 48. Dixi ad tit. De Oblig. in Inst. numero 231. Sed quæritur. An etiam nūc dici possit nouatum fuisse ex coniecturis? Et licet d. l. fin. vtatur verbis Specialiter, & Expresserint, tamen receptum est coniecturis probari posse animum nouandi, quæ tamen esse debent huiusmodi, vt illam necessariò inferant. Gabr. d. concl. j. nu. 57. & 58. Men. d. præs. 134. n. 37. Bertaz. cōs. 106 nu. 23. & seq. in ciuil. ita vt nullus relinquatur dubitationi locus, & in du-
2 bio † pronunciandum sit, nouationē non esse factum. Alb. consi. 367. nu. 8. Surd. consi. 385. nu. 9. Quamobrem miror nōnullos quandoq. conijcere velle nouationem ex huiusmodi præsumptionibus quibus vix locus esset iure vetere inspecto. Existimat aūt Gab. d. concl. vnica nu. 70. stipulationem in-
3 cōtinenti † secutam post numerationem nouare obligationem ortam ex numeratione, idq. auctoritate Bartol. Dec. & Purpurat. probat, & ratio est, quia censetur facta numeratio animo implendi stipulationem. Qua de re late Dec. in l. certi condictio. §. si nummos. ff. si cert. pet. nu. 13. & seq. Menoc. de præsumpt. lib. 6. Præs. 12. nu. 24. Cæterum an & quando stipulatio incontinenti, vel ex interuallo adiecta nouet, tradit Ias. in l. singularia nu. 23. ff. si cert. pet. Menoc. d. præs. 134. nu. 17.
4 & per pactum diuersum à primo † ex interuallo initum nouari ait Surd. consi. 145. num. 27. Bertazzol. cōs. 106. num. 25. Dec. consi. 464. nu. 5. Ego hoc casu in eo non magnum constituerem discrimen, an statim, an ex interuallo esset initum secundum pactum, qua de re in cap. 110. Sed in eo præcipue vim facerem, an stare possit cum primo; nec ne, Gabr. d. cōcl. vnica nu. 60. Gratian. discept. 290. numero 17. Vbi enim nō infertur necessariò nouatio, non debemus, illi locum concedere, si Iustin. constitutioni in d. l. vlt. volumus inhærere. Nō tamen negauerim
5 † quin præsumptio mutatæ voluntatis colligatur magis ex interuallo, &
6 ideo per transactionem † ex interuallo censeri nouatum scripsit Mant. De tacit. & ambig. Conuent. lib. 17. tit. 2. num. 6. vbi latè agit, & in tit. præced. & seq. De nouatione præsumenda vel secus, quæ censetur facta, quando debitum erat ob priorem obligationem soluendum statim, & ob secundam ex interuallo. Crauett. consilio 167. num. 12.

Sic etiam non censetur nouatum, vbi secunda obligatio idem continet
7 † quod prima efficax, & valida, agitur enim ex prima. Bartol. in l. qui bis idem, ff. de verbor. obligat. Surd. latiss. consil. 298. nu. 46. cum leges abhorre-
8 ant plures † obligationes similes siue ex interuallo fiant, siue incontinenti, ideo erit agendum ex prima, quidquid tradat Fænut. De mumento tempt. cap. 20. num. 5. licet eius comme-

moratio sit facta, tam in contractibus, quam in legatis, mandatis, & similibus. Stephan. Gratian. lib. 2. Discept. Forens. d. c. 290. num. 35.

9 Relatio autem fit illis verbis † iuxta formam, & prout, quæ non sunt dispositiua, sed conditionalia, & relati-
10 ua ita, vt tunc standum sit † relato, etiam si aliter in referente fuerit dispositum, error enim præsumitur in referente iuxta cons. Dec. 63. Stepha. Gratian. lib. 2. Discept. Forens. cap. 289.

SVMMÆ.

1 *Fideicommissarius debet probare bona fuisse in bonis fideicommittentis, & quomodo id probet, num. 3.*
2 *Bona præsumuntur à patre obuenisse. Ditari quis præsumitur, sed non statim nisi malis artibus num. 4.*
3 *Fideicommittentis bona censentur, si statim post illius mortem sunt diuisa.*
4 *Administrator an præsumatur locupletatus ex bonis administratis.*

De probando, rem fuisse fideicommittentis. Cap. CLXI.

SOLET quæri, cuinam incumbat onus probandi rem aliquam fuisse in bonis testatoris, fideicommissum inducentis. Et placuit id per-
1 tinere ad † fideicommissarium agentem, vt multis probat Peregr. De fideicom. art. 44. num. 1. & seq. neq. e-
2 nim bona † præsumuntur a patre obuenisse, sed potius ea est sumenda interpretatio, per quam quis ditari dicatur Bald. in auth. ex testamento. versic. decimum capitulum. C. de collat. Alex. cons. 104. num. 1. volu. 4. Mascard. de probat. concl. 200. Peregr. improbata opin. Marzar. d. art. 44. num. 21. Surd. decis. 339. nu. 19. Bertazzol. cons. 52. in ciuilibus num. 32. & seq. Alb. cons. 6. numer. 3. cons. 200. num. 9. cons. 355. numer.
3 17. Quibus in locis † varij recensentur modi, & diuersæ coniecturæ probandi bona fuisse paterna, vel fideicommittentis, & præcipuè si statim post mortem illius bona fuissent diuisa, neque enim tunc censentur acquisita. Peregr. & Surd. dictis locis, & decis. 15. nu. 10. vbi videtur inclinare in sententiam Marzar. quam improbat d. decis. 339. numer. 19. Sed in hoc omnes conueniunt, videlicet ob breuitatem temporis non præsumi quæsita bona, & ideo licet administrator
4 † non præsumatur locuples factus ex bonis administratis; tamen alia erit coniectura capienda ex breuitate temporis. Surd. d. decis. 15. num. 11. Addo Farinac. consil. 96. num. 7. neque enim præsumitur quis statim diues factus, nisi malis artibus. Fontanut. De momento temp. cap. 27. nu. 9. Surd. cons. 151. num. 68. Marisc. lib. 1. Variar. Resol. cap. 12.

SVMMÆ.

1 *Confessio superat omnes probationes.*
2 *Confessio alia iudicialis, alia extraiudicialis.*
3 *Confessiones quandoque fraudulenter probantur.*
Occurritur istis fraudibus.
§. & quia plerunq. De probat. in Noua Constitut. Med.
4 *Confessio extraiudicialis quando probet.*
5 *Confessio facta per Procuratorem an noceat principali, & quando possit reuocari.*
6 *Confessionem propriam an quis reuocet, & quando.*
7 *Ponens dicitur fateri contenta in positionibus.*
Positiones quando reuocari possint.
8 *Confessio semper reuocatur ostenso errore.*

9 *Fi-*

9 *Fideicommisso si quis asserat rem esse subiectam, potest reuocari confessio etiã per hæredem, vbi doceatur de errore.*

De Confessione. Cap. CLXII.

NVlla maior probatio, quam
1 † oris proprij confessio, & ideo confessi pro iudicatis habentur. l. 1. C. de cõfess. & nullæ aliæ sunt partes iudicis in confessos, nisi in eisdem condemnandis. Alb. consl. 484. num. 1. vbi latè Vincentius Anibaldus celebris I. C. Farinac. consl. 44. num. 15. consl. 13. num. 10. consl. 16. num. 1. Steph. Gratian. lib. 2. Discept. Forensl. c. 274. nu. 11. c. 339. num. 10. Mariscott. lib. 2. Var. Resol. c. 44. Solet tamen †
2 distingui confessio iudicialis ab ea, quæ fit extrà iudicium. Alb. ibidem, & consl. 727. num. 12. Bertazzol. consl. 41. nu. 71. in ciuilibus. Mascard. latiss. de probat. concl. 348. cum seq. Stephan. Gratian. cap. 336. num. 7. &
3 8. Verum quia confessiones † solent per fraudem probari, ideo No. Cõst. Med. in tit. De probat. §. & quia plerunq. huic malo occurritur, de quo §. supra verba feci cap. 20. num. 9. Gall. consl. 74. num. 38. consl. 83. num.
4 1. Illud non † prætereundum hoc loco cõfessionem absente parte factam, & extraiudicialem incontinenti acceptatam inducere probationem, Alb.
5 d. consl. 727. num. 15. Facta per † procuratorem ex causa voluntaria non nocet domino. Gratian. cap. 222. num. 42. & potest semper reuocari. Mariscott. d. cap. 44. num. 10. Gratian. lib. 1. Discept. Forensl. cap. 3. numero 8. & seq. ex causa autem contentiosæ iurisdictionis nocet, nec potest reuocari, nisi incontinenti reuocetur. Caroc. decisl. 60. num. 18. ex interuallo non potest. Rot. Rom. decisl. 313. lib. 3. num. 3. Immo incon-
6 tinenti reuocat quis † propriam confessionem, & dicitur reuocata incontinenti antequam sit perfectè in scripturam redacta. Mascard. de probat. concl. 350. nume. 8. & seq. Caroc. d. decisl. 60. num. 18. Tiraq. de Retract. Conuent. gloss. 5. num. 14. & seq. Sebast. Medic. De reg. iur. reg. 5. num. 165.
7 Quamobrem † cum ponens dicatur fateri contenta in positionibus, non potest eas reuocare, nisi statim, idest, vt sentit Alex. consl. 71. num. 7. vol. 3. intrà triduum, vel arbitrio iudicis, vel potius antequam sint acceptatę, nam acceptatione res desijt esse integra. Mariscott. d. cap. 44. num. 9. Cost. De Re integr. Distinct. 31. nu. tertio. & Distinct. 41. Fulu. Pacian. consilio 79. num. 43. & 47. Mascard. De Probat. concl. 1181. num. 12. 13. Ex interuallo autem ita demum potest reuocari confessio, si doceatur de errore. Farin. locis citatis, & præsertim consl. 44. num. 19. & quæst. 81. nu. 348. semper enim reuocatur pro-
8 bato † errore, Gratian. d. cap. 3. nu. 11. Et latè lib. 3. cap. 501. num. 7. & 28. etiam ab hærede. Surd. decisl. 130. num. 2. & ideo potest reuocari confessio illius, qui dixit rem aliquam es-
9 se subiectam † fideicommisso, vbi aliter se res habeat. Torniol. consl. 8. nu. 106. Menoch. consl. 105. num 96. consl. 91. num. 39. Decian. resp. 33. num. 62. lib. 2.

SVMMÆ.

1 *Verba directa, ciuilia, obliqua, inflexa, communia.*
2 *L. iam hoc iure ff. de vulg. sententia.*
3 *Verba, mox, protinus, illico an immutent naturam verborum communiũ.*

De verbis Directis, obliquis, communibus, Mox protinus, & similibus.
Cap. CLXIII.

NOn solum res ipsa, quod videlicet quid fiat incõtinẽti, vel ex

interuallo plurimum adfert momenti ad decisionem quæstionum, sed etiã ipsa verba prolata à testatore, vel ab alio, quorum verborum acceptio varia est, vt initio præfati sumus, plurimum adferunt momenti ad iudicandum, exempli gratia qui de substitutione compendiosa agunt, latè tra-
1 ctant de verbis directis † ciuilibus inflexis, siue obliquis, & communibus, vt in l. centurio. ff. de vulg. vbi Bolog. num. 296. in l. præcibus. C. de impub. vbi Massin. num. 12. & 367. Odd. de compend. part. 4. quæst. 2. art. 1. Intrigl. De subst. quæst. 30. cum seq. cent. 3. quamquam apud veteres Iurisconsultos nulla sit verborum communium mentio. Intrigl. De subst. cent. 3. quæst. 34. num. 4. hoc sensu, videlicet ratione fideicõmissi, sed ratione vulgaris, & pupilaris, vt in l. iam
2 hoc iure, † ff. de vulg. in qua lege potius verbum Inuicem, quam Substituo cõsideratur tãquam commune Fab. lib. 15. Coniect. cap. 10. & De err. Prag. dec. 34. err. 2. & 3. Quidquid sit non est recedendum in praxi a communibus traditionibus Doct. circa verba substitutionum. Hoc autem pertinet ad præsentem tractationẽ, verba hæc
3 Mox † illico, statim, protinus, sine mora, & similia id efficere, vt verba communia directum tantum habeant sensum, & censeantur directa. Odd. d. art. primo, num. 17. Qua de re subdubitat Odd. Ego inprimis nõ puto huiusmodi verbis mutari naturam verborum communium, sed solum inde colligi testatorem ea voluisse accipere in sensu directo. Bolog. in d. l. centurio, num. 310. cum prædicta verba immedietatem temporis, vt ita loquar, significent. Vlterius licet immedietatem temporis inferant, tamen non videntur excludere ministerium hominis, vt de verbis, Eo ipso, & ipso iure scripsit Odd. d. art. 1. num. 11. & 13. & ideo videtur, ea adhuc sensum communem retinere.

SVMMÆ.

1 *Dos an redeat ad patrem filia mortua in matrimonio.*
Martini consuetudo.
2 *Dos an redeat ad patrem, vbi filij statim moriantur post matrem.*
Martini consuetudo an strictè accipienda, & an iuxta leges dicatur inualuisse.
3 *Dotis lucrum nunc ex legibus municipalibus solet deferri marito.*
4 *Dotis lucrum an procedat in dote promissa.*
Statutum Ticin. 121. de lucro dotis.

De Dote, & eius lucro.
Cap. CLXIV.

1 DOs à patre profecta, si † in matrimonio decesserit mulier filiafam. ad patrem redire debet, inquit Imper. in l. dos à patre, C. solut. matrim. Nunc autem inualuit consuetudo, quæ Martini appellatur, vt non redeat dos ad patrem, si filia liberos procreauerit, illis enim dos acquiritur. Alex. cons. 67. vol. 7. Gabr. cons. 165. vol. 2. Hond. cons. 75. vol. 2. Thes. decis. 150. Andr. Fachin. latiss. li. 3. Cõtr. iur. cap. 71. Surd. cons. 206. num. 1. & passim Thes. decis. 190. Marisc. lib. 1. Var. Resol. c. 42. Hæc opinio multis modis limitatur. Surd. d. cons. 206. num. 29. & præcipuè, vt non procedat quotiescunque liberi post mor-
2 tem matris statim † interirent, puta intra mensem. Neuiz. cons. 45. nu. 9. Sed Bertrand. cõtra cõs. 309. nu. 4. vol. 5. existimauit debere consuetudinem habere locum, etiam si liberi per horam fuissent superstites. Ego sequerer Neuiz. cum prædicta consuetudo sit strictè accipienda, neque vi-

videatur legibus admodum conuenire, vt videre est apud Fachin. loco citato, & vix prævaluerit opinio Martini inspecta æquitate fauore filiorum. Honded. d. conf. 75. num. 26. a quibus tamen dissentit Fab. lib. 1. Coniect. cap. 16. qui fauor cessat i js mortuis, maxime incontinenti post matrem. Facit quod ex Bald. scripsit Socin. iun. conf. 114. nu. 23. vol. 3. citatus à Surd. d. conf. 206. nu. 29. videlicet deficientib. filijs post mortem matris cessare illam consuetudinem. Quod tamen dubio careret, vbi filius non posset viuere, veluti si natus esset octauo mense. Honded. d. conf. 75. nu. 3. Nunc
3 † autem ferè vbiq. vigent leges municipales, quibus maritus lucrum facit dotis ita, vt non redeat dos ad patrẽ, etiam si filia decesserit sine liberis in matrimonio. Quæ leges an procedāt etiam in dote promissa anceps est quæstio, & ego alias secutus sententiam quamplurimorum excellentium Iuri sconsultorum respondi, Statutum
4 Ticinense deferẽs† lucrum dotis marito, cessare in dote promissa, ea præcipua ratione, quod non censeatur actum de huiusmodi dote, vbi dotis datæ fit mentio, vel vbi adest verbum restituendi, vel quid simile, vnde colligi possit statuentes de dote promissa nolle acci pi suam legem. Surd. conf. 45. num. 14. & 21. Hond. d. conf. 75. num. 34. Huiusmodi autem verba posita esse in nostro Ticinensi statuto quilibet poterit cognoscere ex eiusdẽ lectione. Verum amicorum opera vbicunque incidunt similes species solet inter partes transigi, licet communis videatur contraria opinio iuxta abunde cōgesta ad illud stat. quod est 121. per celeberrimum D. Flauium Tortum. nu. 35. & 43.

SVMMÆ.

1 *Tempore aliquo detractans aliquid facere creditur idipsum paulo ante recusaturus.*
2 *Creditor quando existimari debeat non recepturus antea pecuniam.*
Pretium oblatum accipere recusans an censeatur antea fuisse eiusdem animi.
Tempus vnum alterius non recipit functionem.
3 *in Retractu an purgetur mora.*
in Retractu quomodo computetur tẽpus.
Impedimenti dies non computantur in termino.
Retractus tempus a quo die incipiat.
4 *Supplicationibus destinatum tempus deducendum de ipso termino.*
5 *Dies festi, profesti, fasti, comitiales, præliares, intercisi.*
Franciscus Cicereius præceptor auctoris.
6 *Impedimentum præstat excusationem.*
Inuestituram non petens intra tempus, an excusetur.

De recusante post tempus pecuniam accipere & distinctione dierum. Cap. CLXV.

1 QVI aliquo tempore† quid facere detrectat, hunc credendum est paulo ante idem recusaturum. Velu-
2 ti † si creditor nolit pecuniam oblatā incontinenti post aliquod tempus accipere, existimabimus eūdẽ ante lapsū tempus idẽ facturum, neque enim subinde, & incontinenti quis à se ipso veluti desciscit. Faciunt tradita per Alb. conf. 320. num. 5. Quamobrem si Titius, qui agnationis iure poterat a Mæuio intra 24. horas fundum venditum retrahere statim postea quam horæ 24. effluxissent, pretium offerat, Mæuiusque nolit illud accipere; iure credimus eiusdem fuisse animi, & propositi antequam laberetur prædictum tempus, vt arguit

guit Ann. Robert.lib.4.Rer. Iudicat. cap.15.in fine. Qua tamen in re animaduertendum est, nam aut dicimus Mæuium statim eodemq; die pretiũ recusantem eo animo ante fuisse, vt minime libenter pretium reciperet, & vindicat sibi locum quod dixi, sicq. loquitur Rob. d. loco. Aut dicimus eum, qui nunc recusat recipere, & statim post lapsum tempus, non esse accepturum suo tempore, & non rectè id colligimus, cum possit contingere, vt non recipiat statim post; cum damnũ insit etiam moræ modici temporis, quod tamen regulariter non inest, vt dixi cap.83. nu.7. ac etiam ideo nunc transacto tẽpore possit recusare, quod tamen suo tempore recepturus erat, licet inuitus, cum nullam haberet recusandi causam. Post tempus autẽ fieri potest recusatio, cum tempus determinatum debeat attendi, & vnius tẽporis determinatio non recipiat alterius functionẽ. Rimin. iun. cons.821.
3 nu.12.lib.7. Cęterum † in retractu horæ illæ 24. ex lege municipali, vt ait ibidẽ Robert. in princ. adeò præcisè obseruãtur, vt si propinquus velit soluere pretium, etiam statim post illas elapsas, & incontinẽti moram purgare, tamen non sit audiendus, nisi tamẽ aliquod impedimentum in illas horas inciderit, nã impedimenti dies, & horæ eximuntur, nec computantur in termino. l. quibus diebus in princip. ff. de cond. & demon. Quomodo autẽ computetur tempus in retractu latè docet Tiraq. de Retract. Lign.§.1.gl. 11.nu.17. & scripsi c.94.nu.8. & 17. & à quo die currat Giurb. dec.80.nu. 24. Quamobrem refert idem Robert. iudicatum fuisse per Senatum, deducendum esse ex dictis horis illud tẽpus, †
4 quod publicis supplicationib., & processionibus fuerat destinatum, matutinæ nimirum horæ, nam pomeridianæ litibus, & alijs negotijs tractandis destinatæ erãt, diciq. possũt huiusmo-
5 di dies intercisi; † vt olim me docuit Franciscus Cicereius, vir doctissimus Med. publicus Humanarũ literarũ Interpres, cui multa referre soleo accepta, tantũq. debeo, quantũ Præceptori deberi par est. Vtinã tandem talis tantiq. viri scripta, toti reipublicæ literariæ profutura è tenebris in lucem eruantur.

Alij porro erant fasti dies, alij nefasti, Ouid.

Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur
Fastus erit, per quem lege licebit agi.

Intercisi, communes sacris nimirum, & humanis actionibus. Ouid.

Nec toto perstare die sua iura putaris.
Qui iam fastus erit, mane nefastus erat.

Verum dierum vberiorem diuisionem, & tractationem petere poteris ab Ant. August. De legib. cap. 9. Alij enim erant festi, alij profesti, & isti aut fasti, aut comitiales, aut comperẽdini, aut stati, aut præliares, & in codẽ lib. August. De lege Hortensia, & ad
6 leges 12.tab.cap.35. Sic † impedimentum præstat excusationem in alijs speciebus, in quibus non facit quis id, quod certo tempore, facere tenebatur, exemplum est in petitione inuestituræ, & iuramento fidelitatis. Menoch. cons.1274. numer.37. lib.13.

SVMMÆ.

1 *L.1.§.item si ita.ff.ad leg. Falcid. declaratur.*
2 *in Falcidiam imputare quid.*
3 *Falcidiam an detrahat hæres ex Legato hoc pacto.*
Hæres penum dato. Si non dederit, decem dato.
4 *Falcidia habet locum solum in his, quæ voluntate testatoris soluuntur.*

5 In-

5 *Incontinenti verbum arbitrio iudicis accipitur.*
6 *Collationis stipulatio committitur eo temporis spacio, q o quis non contulit, cum posset.*
7 *Legata pecunia soluenda intrà tempus iudici arbitrarium.*
8 *Dare quis tenetur, vbi commode potest. Pariter, verbum quid significet. Momentum quid.*
9 *in Aestimatione facienda tempus, mortis, quomodo spectetur.*

De Falcidia ex legatis detrahenda. Cap. CLXVI.

1 DIstinguit Paulus I. C. in † l. 1. §. item si ita. ff. Ad leg. Falcid. an quid fiat incontinenti, an vero ex interuallo. Legatum fuit ibi relictum hoc pacto. Hæres meus Seio penum dato: si non dederit, decem dato. Quæritur si hæres dederit penum, an ex eo legato detrahat suam Falcidiam.
2 Id enim ibi significatur verbo † impu tandi; cum tamen in vniuerso eo titu lo imputare in Falcidiam accipiatur p eo, quod est Falcidię adnumerare.
3 Distinctio est, † Aut hæres incontinẽti dedit penum, & ex eo legato detrahit Falcidiam, aut interiecto spacio tempor is, & tunc secus est, nam hoc secundo casu transfusum est legatum Surd. conf. 156. nu. 19. & decem deben
4 tur. Lex autem † Falcidia non habet locum nisi in his, quæ volũtate testato ris soluũtur, nõ in his, quæ mortis cau sa capiunt. l. 5. C. ad legẽ Falcid. l. 2. C. de mortis causa donat. l. acceptis, ff.
5 A d leg. Falc. † Verbum autem illud incontinenti iudicis arbitrio accipitur, vt probat Menoch. de Arbitr. caf.
6 30. Sic etiam † stipulatio collationis committitur aliquo temporis spacio, quo potuit quis conferre, & non contulit, l. 5. §. fin. ff. de collat. bon. Menoch. de Arbitr. caf. 29. Ita cum pecunia legatur, & tempus solutionis non
7 adponitur, † iudicis arb trio termin a tur. l. si domus. §. in pecunia. ff. de legat. primo, vbi glos. & qui dare tene
8 tur, † intelligitur quando commodè potuerit, vt in l. rogo. 29. ff. Quando dies legat. Vide l. 2. §. confestim. ff. ad S.C. Tertyll. Et dixi c. 186. De tutore differente distrahere res pupilli. Hoc est quod dixi in præfat. & passim in hac tractatione verba illa. Continuo, Confestim, & similia licet momentũ significent, vt etiam dictio, Pariter, l. qui duos. l. quod de pariter. ff. de reb. dubijs, l. si in emptione. §. vltim. ff. de contr. empt. tamen quandoque accipi pro latiore spacio temporis, vt non semper momentum accipiatur pro atomo, & puncto temporis, & ideo inter exempla momenti ponitur, l. ter enixa. ff. de verb. sign. quę ait eam ter enixam videri, quæ vno fœtu tergeminos edidit licet in atomo id non fiat. Alia exẽpla suppeditat Iacobus Cuiacius, vir doctissimus, & de Romana iurisprudentia optimè meritus in tit. De diuerf. & temp. pręscript. cap. 1. Vbi de momento agit. Eodem pa-
9 cto † in l. 3. ff. de condict. tritic. in æstimatione incunda, vbi res desijt esse in humanis, spectatur tempus mortis, sed latiore significatione, vt non reducatur res ad momentum mortis. Duar. ad tit. si cert. per. cap. 8. verf. Præterea. Add. latiss. de momento tractatem Royz. decif. Lituan. 4. num. 169. cum seq.

SVMMÆ.

1 *Stipulationes inuenta gratia firmandorum contractuum.*
2 *Stipulatio quanam insit contractui.*
3 *Contractus quinam sint, vbi hac verbi proferuntur Vendis tanti? Vendo & num. seq.*
4 *Stipulatio respicit tempus futurum, & quomodo.*

5 Con-

5 *Contractus plures an possint ex eodem facto oriri.*

Numeratio una tollit plures obligationes, & plures pariter effectus.

6 *Stipulatio non debet eodem momento tolli, quo fuit inducta.*

7 *Papponij noua opinio.*

Vaconij sententiam probat auctor.

8 *Stipulatio vel adijcitur statim contractui, vel contractus celebratur per stipulationem.*

De formula contractus vendis? vendo.
Cap. CLXVII.

1 SVNt inuentæ † stipulationes gratia firmandorum contractuum. §. 1. vbi Doct. in Instit. De verbor. oblig. l. 5. §. conuentionales, ff. eod. & scripsi in tit. De Obligat. num. 186.

2 Inest autē † stipulatio contractui, quæ illi adijcitur incontinenti. l. lecta. ff. si cert. petat. l. duo societatem. ff. Pro socio.

Verum quæritur, An quemadmodum duo sunt contractus, vbi incontinenti fuit adiecta stipulatio, ita etiam dicendum sit, vbi vno & eodē tempore, & ijsdem verbis, & eodem
3 facto † puta Titius interrogat Sempronium vendis rem illam tanti; & Sempronius respondet vendo. Hanc quæstionem examinant Doct. in l. 2. ff. si cert. petat. vbi Bart. num. 2. Dec. num. 4. Alexand. numer. 2. Alciat. num. 13. Bologn. num. 16. & in rubr. ff. de verb. oblig.

Alexand. in d. l. 2. existimauit non esse contractam stipulationem, sed tā tum emptionem. Bald. Nouell. vt apud Paul. Leon. ibid. nume. 226. quam late defendit Petr. Ricciard. ad rub. Instit. De verbor. obligat. nume.
4 136. Neque enim † dici potest contractam esse stipulationem, in qua respicitur tempus futurum. l. 5. §. stipulatio. ff. de verbor. obligat. Sed facile tollitur hoc argumentum, nimirum prædicta verba vi sua, & implicitè respicere futurum, videlicet promissionem rei tradendæ, Bolog. in d. l. 2. num. 18.

Alijs argumentis respondet Pappon. ad eādem rub. ff. de verbor. obligat. num. 652.

Contraria igitur est communis opinio, quam multis argumentis comprobat Pappon. d. loco num. 622. Nihil enim prohibet, quin ex vno, &
5 eodem † facto plures oriantur contractus, qui se inuicem compatiantur, & cum exprimantur duæ formæ contractuum compatibilium, sine dubio duo contractus simul poterunt celebrari, siue ex interuallo, siue incontinenti, siue etiam eodem facto, nam paria sunt, quædam fieri incontinenti, vel in ipso actu. Allegantur in hanc sententiam. l. puberem. C. de iure deliber. l. in numerationibus. §. fin. ff. de solut. vbi vna numeratio eodem momento tollit plures obligationes, & diuersos pariter effectus. l. si stipulatus. ff. de vsuris. d. l. 5. §. conuentionales. d. l. duo societatem. Et facit l. si stipulor. 35. §. fina. ff. de verb. oblig. à contrario sensu.

Verum iuxta Hieron. Torniell. ex hac sententia sequi videtur absurdū,
6 videlicet vt eodem temporis † momento, quo inducta fuit stipulatio, pariter tollatur, quod quam absurdum sit nemo non videt. l. Titio cum morietur. ff. de vsufruct. l. vsumfructum cum moriar. ff. de vsufr. leg. Hęc enim verba, Vendis, vendo statim, ac sunt prolata, contractum induxerunt, eodem igitur puncto extincta videtur stipulatio, tamquam impleto, & soluto eo, quod in emptionis contractum fuit deductum.

Respondetur non expirare stipulationem, ex qua agi potest, vt impleatur contractus, & ita res tradatur. l.

ex empto. ff. de action. empti. Perficitur enim verbis illis contractus, siue potius duo perficiuntur contractus, verum ad implementum agitur postea.

7 Pappon. d. loco † nu. 689. fuit in noua opinione, videlicet nõ posse ex illis verbis oriri cõtractum emptionis nisi præcesserit tractatus de emendo, & vendendo. Interrogatio enim illa Vẽdis? non est apta ad inducendam obligationem.

Sed hanc sententiam non probo, quia interrogatio sola non inducit obligationem, sed secuta responsione, & cum ea iuncta obligat. Alioquin sequeretur absurdum, vt ex interrogatione, & responsione in stipulatione non oriretur obligatio. Non temere igitur censetur interrogare Vendis?

Potius probo opinionem Vaconij. libr. 5. Declar. iur. declarat. 65. numero 11. & 12. prædictis verbis contractam censeri emptionem, & venditionem per stipulationem, & ita vnicum esse contractum emptionis, & venditionis initum per stipulationem.

8 Pactum enim, & stipulatio potest, vel adijci incontinenti contractui, & dicitur illi inesse d. l. lecta, & tunc per se stat stipulatio, & duo sunt contractus, vel potest contractus celebrari per stipulatione, seruata nimirum forma stipulationis, & ita dicendum in hoc casu.

SVMMÆ.

1 *Manumissionis caussa est matrimoniũ, & quomodo id accipiatur.*

2 *Matrimonium intermedium an impediat libertatem.*

L. matrimonij. ff. Qui, & à quibus sententia, & ratio.

3 *Legitimatio per subsequens matrimonium non impeditur ob matrimonium intermedium.*

4 *Legitimationem per subsequens matrimonium maximo fauore lege Pontificia, & Cæsarea prosequuntur.*

De manumissione causa matrimonij, & legitimatione per subsequens matrimonium. Cap. CLXVIII.

1 INTER cæteras † manumittendi causas, est matrimoniũ, ob quã causam ancilla potest à minore manu mitti. §. eadem in Instit. Qui manu non poss. l. si collactaneus in fin. ff. de manu. vind. Non potest autem matrimonij causa ab vllo alio manumitti ancilla, quam ab eo, qui eum ea nuptias est cõtracturus. l. matrimonij. vbi Accurs. ff. Qui, & a quibus. Quamobrem si vnus eum manumiserit matrimonij causa, alter vxorem ducat, non erit libera, quamquam maximus est libertatis fauor. Sed ponamus

2 post matrimonium † incontinenti repudium illi missum, nupsisseque manumissori, annè erit libera, quasi matrimonium intermedium, quod modico durauit tempore, non sit spectandum? Et placuit I.C. Modestin. in d. l. matrimonij non esse liberam ex sententia Iuliani. Ratio est, quia Senatus de illis nuptijs sensit, quæ post manumissionem, nullis alijs interpositis, secutæ sunt, & ideo licet statim nuptiæ secundæ fuerint secutæ, & intrà sex menses, intrà quos debet ancilla duci, d. l. si collactaneus, tamen de primis sensit Senatus. Mantic. de Tacit. & ambig. conuent. lib. 12. tit. 11. num. 4. Tiraq. in l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. sign. num. 4. & limit. 4. nu. 18. Qua sane l. matrimonij freti quamplurimi

3 crediderunt legitimationem † per subsequens matrimonium, de qua in c. tanta, qui filij sint legitimi, matrimonio intermedio impediri, cum

tamen opinio contraria sit communis, teste Tiraq. in tract. Primig. quæst.34.nu.3. & in d.§.hoc sermone limit.3.nu.8.& fin.vbi respondet d.l. matrimonij. Bursat. cons. 10. nu.10. lib. 1. Peregr.de fideicom. art.24. nu. 60. & responsio potest colligi non solum ex mente manumissoris, sed etiã ex sententia Senatus, qui intra sex menses statuit contrahendum esse matrimonium, & de primo videtur sensisse, cum respectu legitimationis per subsequens matrimonium satis fit illud quandocunque contrahi, neque certum tempus illi sit præfinitũ,
4 maximoque † fauore hanc legitimationem leges Pontificiæ, & Cæsareæ prosequantur.l.cum quis.l.nuper. C. de natur.lib. Peregr.cons.6.num.22. vol. 4. Laderch. cons. 24. Cost. de Retrotract. cas.32.cap.8. Peregr.de fideicom.d.art.24.Fachin.lib.4.Contr. cap. 54.

SVMMÆ.

1 *Differentiæ inter sponsalia, & matrimonium, sponsos, & coniuges.*
Potentia actui proxima non semper iure actus censetur.
2 *Donatio inter sponsos valet, non inter coniuges.*
3 *Donatio inter coniuges inualida, licet ex interuallo post matrimonium fiat, & licet diu seorsum maritus, & vxor habitauerint, & nu.4.*
4 *Donationes ante matrimonium factæ, & in eius tempus collatæ, inualidæ sunt.*
5 *Donationes inter sponsos an valeant legibus municipalibus Ticinensibus inspectis, & nu. seq.*
Statuta Ticin. 86. 88. & 121. declarantur.
6 *Seu, verbum quomodo accipiendum, & num.9.*
Statutum Ticin. 85. declaratur.
7 *Donatio propter nuptias, quænam sit, & an sit nunc in vsu.*
8 *Donatio propter nuptias, ante nuptias, sponsalitia largitas, sponsalitium, antidos, anti factum idem significãt hoc tempore.*
9 *Augmentum dotis est, quod fit ex parte vxoris.*
10 *Ex prohibitione donationis propter nuptias quænam sequantur incommoda.*
11 *Donatio propter nuptias reuertitur ad hæredes mariti.*
12 *Donationes propter nuptias validæ iure communi.*
13 *L. 1. C. de donat. ante nupt. exposita, & nu. seq.*
Donationes simulatæ inter sponsos.
Donationes inter coniuges, vel sponsos, quænam morte, vel iuramento confirmentur, & nu. seq.
14 *Dos apud maritum esse debet constante matrimonio.*
L.2.C.de dote caut. exponitur.
15 *L. Quod sponsæ. C. de donat. ante nupt. exposita.*
Donatio collata in tempus nuptiarum nõ valet & quomodo.
16 *Donata tempore nuptialium benedictionum an lucretur vxor.*
Annulum sponsalitium an lucretur vxor.
Donationis prohibitæ inter coniuges quodnam tempus esse dicatur.
17 *Donatio facta vxori valet, vbi tenetur alteri statim eam restituere.*

De Donationibus inter Sponsos, & Coniuges. Cap. CLXIX.

1 Discrimina nec † leuia licet cuilibet obseruare inter Sponsalia, & matrimonium, sponsos, & coniuges. Neque enim semper potentia actui proxima iure actus censetur, vt scripsi cap. 69.
2 Inter cætera † vbi agitur de donatione inter sponsos, & coniuges, illud reperitur discrimen, nam illa valet, hæc secus.

Verum quoad hanc existimant nõnulli

3 nulli ita demum eſſe † inualidam nimirum inter maritum, & vxorem, quando non ſtatim poſt initum matrimonium, ſed poſtea ex interuallo fuit facta, matrimonio nimirum conſumato, traductaque domum vxore. Nam tunc ratio prohibitionis videtur ceſſare, neque enim periculum ſubeſt, vt ſe inuicem ſpolient coniuges, cum maritalis amor deferbuerit. Quod tamen intelligitur iuxta leges fori Hiſpan.

Iure hanc opinionem damnauit Sanch. de matrim. lib. 6. Diſp. 1. nu. 5. & inſpecto iure communi omni prorſus caret difficultate. Vigent enim ſemper rationes prohibitionis Coraſ. lib. 5. Miſcell. cap. 1. & ſunt prorſus inualidæ huiuſmodi donatio-

4 nes, etiam ſi † ante matrimonium ſiant, & in illud conferantur l. quod ſponſæ. C. de donat. ante nupt. immo licet diù maritus, & vxor ſeorſum habitauerint, tamen irrita hæc eſt donatio. Sanch. d. diſp. 1. nu. 6. & 9.

Quoad illam verò, nimirum donationem inter ſpõſos valere traditum eſt. Verum conſtituo duo præcipua capita. Primum eſt, An valida ſit inſpectis legibus noſtris municipalibus Ticinẽſibus donatio propter nuptias. Alterum Quid ſtatuendum inſpecto iure communi.

5 In primo nunc † ea præualuit opinio, nimirum poſſe fieri hanc donationem. Caualc. deciſ. 30. num. 77. part. 3. M. Anton. Roſol. prima lib. 2. num. 9. Coſt. De Rat. quæſt. 111. nu. fin. extant declarationes Sen. Excellentiſſ. Med. ann. 1604. diei 3. Iun. Cõtra Illuſtriſſimum Præſidem Menochium, & anni 1608. diei 30. Maij pro D. Caima contra D. Arſagos de Ripalta. Videtur enim hanc donationem expreſsè permiſſam eſſe ſtat. 86. 88. & 121. Accedat D. Tort. ad d. ſtat. 88. num. 12. & ſeq.

Verum ego animaduerto ſtatut. 85. expreſsè prohibere tertiam, & quartam. Hæc autem tertia, & quarta eſt donatio propter nuptias ob ſtatut. 121. in illis verbis. Vel. quartæ antiquitus debitæ, ſeu donationis pro-

6 pter nuptias, verbũ enim † SEV ſtat declaratiuè. Oſaſc. deciſ. 89. numer. 4. Alba conſ. 628. num. 7. c. Romana. De appell. lib. 6.

Præterea non ſolum d. ſtat. 85. prohibet tertiam, & quartam, ſed etiam ſponſalitium, & ita ſponſalitiam largitatem, Surd. d. conſil. 196. num. 23.

7 Sanè † donatio propter nuptias, quę fit pro cautione dotis, & quam dos meretur, Surd. conſil. 397. numero 18. non eſt amplius nunc in vſu, Cuiac. lib. Obſc. 5. capit. 4. & ideo non poſſumus quærere, an illa ſit prohibita, necne. Donationem igitur propter nuptias intelligimus ſponſalitium, ſiue largitatem ſponſalitiam. Duar. ad tit. De Sponſ. Donat. Immo nunc vtimur promiſcuè iſtis verbis, videlicet dona-

8 tione propter † nuptias, ante nuptias, ſponſalitia largitate, ſponſalitio, antidote, antifacto, & ſimilibus, Caroc. dec. 110. Hanc igitur donationem propter nuptias videtur prohibere lex municipalis Ticinenſis, vt etiam ſentit Collega meus D. Iulius Sannaz. de Sponſ. & matrim. capit. 3. artic. 5. num. 204.

Nec obſtant ſtatuta prædicta in cõtrarium allegata, quia debent accipi de augmento dotis, quod fit ex parte

9 † vxoris, quod verè, & propriè dicitur augmentum dotis. Surd. d. conſilio 196. numero 20. & conſilio 397. numero 17. Caroc. deciſ. 110. Confirmantur prædicta illis verbis d. ſtatut. 121. videlicet, Lucretur tertium plus dotis de bonis viri, & non plus loco, &c. ibi enim ſtatutum taxat, quidnam debeat lucrari vxor ita, vt nihil plus poſſit in bonis mariti lucrari. Si autem

lucraretur hanc donationem propter nuptias, sine dubio fieret contra statuti expressam dispositionem. Augmentum etiam dotis intelligi potest respectu monetarum, vel alio respectu, quo dos ipsa augeatur. Surd. d. consil. 397. num. 19. Paul. Montepic. consilio 88. Et ideo licet dictio, Seu, aliter atque aliter accipiatur iuxta subiectam materiam. Natt. consilio 650. numero 6. Menoch. consilio 1061. numero 41. consilio 1029. num. 13. Fachin. lib. 5. Contr. iur. cap. 68. tamen nobis sufficit dictam legem municipalem statuere, quid loco tertię, vel quartæ, vel donationis propter nuptias lucrari debeat vxor, ita vt vlterius nihil illi debeatur. Incidi postea in cons. Meno. 1239. nu. 10. lib. 13. nuper impressum vbi idem sentit.

Quidquid sit satius esset sequi communem sententiam, licet re vera non videatur valdè consentanea verbis, & menti statuentium. Etenim quamquam optima ratione sunt moti sta-
10 tuentes ad inhibendas † immodicas donationes, quas sponsi in sponsas cōferunt, tamen inde duo maximi ponderis consequuntur prȩter, immo cōtra mentem statuentium incommoda, & mala, quorum vno animæ, altero facultatum continetur interitus. Confitentur enim sponsi, vel coniuges se accepisse dotis nomine, quod re vera non acceperunt, huiusmodique confessiones firmant iuramēto. Quod iuramentum an validet simulatam hanc donationem, nec ne dixi cap. 137. Adde Menoch. consilio 1239. numero 11. & 12. vbi censet non validare: Deinde id quod maritus confitetur se accepisse remanet penes vxorem tamquam dos, neque reuertitur ad mariti hæredes, vxore etiam contrahente se-
11 cundas nuptias, vt † contingeret si expressa fieret donatio propter nuptias, sue secundas iniret nuptias vxor, siue secus. Caroc. d. decis. 110. Natt. consilio 591. numero xj. consilio 519. Peregrin. consilio 140. numero xj. lib. 5. Io. Rip. in l. fęminæ, nume. 34. C. de sec. nupt. Surd. decis. 73. numero 10. consil. 196. num. 35. consi. 164. num. 44. Andr. Fachin. lib. 3. Contr. iur. cap. 65. Menoc. consil. 256. numero 25. & seq. Quamobrem quo magis conantur statuentes sua prohibitione obuiam ire immodicis, & profusis in vxorem donationibus, eo magis veluti materiam eisdem suppeditant, & dum vnum vitare student incommodum, incidunt in longe maius.

Verum sæpenumero prolatis syngraphis, & alijs probationibus demonstratur simulatas esse huiusmodi confessiones. Et tunc quæritur an
12 valeant, neque enim dubium † quin valida sint inspecto iure communi, vbi fiant palam, & sine simulatione. Et hæc pertinent ad secundum supra propositum caput. In hanc sententiam extat præclarum Seueri, & An-
13 tonini † rescriptum in l. 1. C. de donat. ante nupt. (*Multum interest, (inquiunt) si ea, quę donat vir futurus, tradiderit vxori, & postea in dotem acceperit, an vero donandi animo dotem auxerit, vt videatur accepisse, quod non accepit. Priore enim casu donatio non impeditur, & res quæ in causa sunt dotis effectæ, iudicio de dote peti possunt; posteriore autem casu nihil actum est donatione, & quod in dotem datum non est, repeti non potest.* Surd. consilio 196. numero 25. Sanch. de matrimon. lib. 6. disput. 9. num. 3. vbi ait nec morte confirmari hanc donationem, licet inter maritū, & vxorem confirmetur morte. Rationem discriminis petijt à Molin. to. 2. de Iustit. tract. 2. Disput. 439. §. Quando autem, & seq. nam quando confessio dotis fit constante matrimonio adest ficta, & virtualis momentanea traditio, perinde enim est, ac si tradita

esset

esset à viro vxori, & statim ab ipsa vi-
14 ro. Dos enim † apud maritum esse debet constante matrimonio. Hæc est illa breuis manus, de qua supra capit. 84. Ante matrimonium autem cessat illa virtualis traditio, Et ita intelligitur l. 2. C. de dot. caut. vbi agitur de confessione facta constante matrimonio, & tamen morte confirmatur donatio, quia iuxta Molin. & Sanch. eo casu considerari poterat dos, contracto nimirum matrimonio, & breuis manus, siue virtualis traditio, quæ efficit, vt morte confirmetur donatio inter virum, & vxorem. l. Papinianus, ff. de donat. inter vir. & vxor. Mantic. de Conuent. lib. vigesimoprimo, tit. 8. Sanch. de matrimon. d. lib. 6. Disp. 16. num. 6. Fab. de err. Prag. err. 5. Dec. 42. Coras. lib. 5. Miscell. capit. 1. sed vide Fachin. lib. decimotertio, cap. 79. qui putat morte per fictam traditionem non confirmari donationem inter coniuges.

Non me latet Accurs. & alios in d. l. j. aliter illam legem, & d. l. 2. C. de dote caut. interpretari. Existimant enim ideo in posteriore casu non valere donationem, quia confertur in tempus nuptiarum, l. quod sponsæ, C. de donat. ante nupt. quam tamen expositionē latè improbat Faber lib. 19. Coniect. c. 1. & 2. & err. 5. Decad. 42. De err. Prag.

Verum si idcirco ita esset statutum, quare non confirmaretur morte, vt aliæ donationes? neque enim diuinandum in d. l. 1. secutum fuisse diuortium, vel priore loco decessisse donatariam vxorem.

15 Cæterum quod attinet † ad d. l. quod sponsæ procedit illa in casu, in quo expressè loquitur, nimirum quando confertur donatio in tempus nuptiarum, idest, ea lege donatur, vt nō ante adipiscatur dominium vxor, quam matrimonium fuerit secutum, tunc enim, cum in tempus prohibitum conferatur, sine effectu est donatio. Secus autem si dominium transeat ante contractas nuptias, licet in casum nuptiarum fiat. Bellon. consilio septuagesimoquarto, numero vigesimo. Fab. d. capit. j. lib. 19. Coniect. Qua de re latè Sanch. d. lib. sexto, Disputat. vigesimatertia, vbi tractat, An & quādo valeat inter sponsos, sponsalitia largitas ante, vel post consumatum matrimonium, & numero octauo,
16 ait donata tempore † nuptialium benedictionum, nondum tamen consumato matrimonio, lucrari ipsam sponsam osculo, & copula secuta. per l. 52. Tauri, licet proxime benedicenda, vel copulanda pro benedicta, vel copulata habeatur, & ita videatur facta donatio tempore prohibito. Quā ob rationem, nec etiam annulum lucraretur sponsa datum in ecclesia, vt videtur sentire Sanch. ibidem numero decimo, Cagnol. in l. contractus numero 36. ff. de reg. iur. A quo tamen ego dissentio supra capit. vigesimoprimo. Bald. in auth. ex testamento num. 31. C. de collat. & mecum videntur communiter sentire Doct. quamuis verba de præsenti præcesserint. Licet enim ea verba precesserint, tamen explicantur omnia vnico contextu, & tempus prohibitum est matrimonij iam contracti; non quo contrahitur. Et ideo primum illud instans non est tempus prohibitum, quod conficitur ex pluribus instantibus successiuis, non ex vnico. Fab. d. cap. primo. Et licet nuptiæ eodem die sequantur, tamen valet donatio facta ante l. inter eos, ff. de donat. inter vir. & vxorem. Cōstante autem matrimonio nō valēt donationes inter coniuges, qua tamen in re non omitto celebrem illā distinctionē, nā aut statim tenetur
17 vxor † alteri rē restituere, & valet donatio, aut ex interuallo, & tūc secus est, ob

ob interusurium medij temporis. l. Sulpitius. ff. de donat. inter virum, & vxorem. Gall. ad consuet. Alex. in verb. Legare quæst. 2. nu. 18. vt etiam dixi in legatis factis vxori, prohibente statuto quidquam illi legari ca. 82. num. 2.

SVMMÆ.

1 *Formulæ variæ relinquẽdi purè, & sub conditione in tempus, post tempus.*

2 *Mortis tempus plures formulæ relinquendi respiciunt.*

Mortis sub conditione rogati hæredes restituere.

3 *Post mortem tertij rogatur quis restituere.*

Stipulationes sub commemoratione mortis variæ.

4 *Formulæ illæ, Cum morietur, & Post mortem, an differant.*

Mortis instans an vita, an morti tribuatur.

Formulæ, Quoad viuet, & Quoad morietur idem significant.

Tempora duo vbi sunt inter se opposita, & cohærentia, quando vnum insit alteri.

5 *in Morte tria tempora consideranda.*

6 *Legatum post mortem est conditionale.*

in Momentaneis etiam punctum temporis spectatur, & nu. 10.

7 *Mortis in articulo quæsitum ius alicui præfertur iuri quæsito post mortem.*

8 *Conditio, si decederet in actu moriendi verificatur.*

9 *Constitutũ in tempus mortis, vel post mortem collatum, an valeat.*

10 *Conditio, an purificetur in morte, an post mortem plurimum refert.*

11 *in Fideicommissis, an recipienda differentia inter verba illa, si decederet, & Post mortem.*

Petrus Barbouius, Franciscus Cautius I.C. Cremonenses.

De formulis relinquendi sub conditione mortis, & quam vim habeant. *Cap. CLXX.*

1 VARIÆ olim erant in vsu † & solemnes formulæ, quibus etiã nunc vtimur, testatorum relinquentium purè, & sub conditione, in tempus, & post tempus. Mortis au-
2 tem † tempus plures respiciebant, de quibus vir doctissimus Barnabas Brissonius lib. 7. De formul. pag. 684. & seq. Galgan. De cond. part. 1. cap. 38. & 57. In his se se ostendit vis actus momentanei, & successiui, & potissimum temporis instans spectatur. Rogabantur hæredes restituere sub conditione, Si sine liberis decederent, l. mulier. §. cum proponeretur. l. quidam. §. si quis filium l. scribit. l. hæredes §. 1. l. à filia. ff. ad S.C. Trebell. l. ex facto. §. si quis rogatus, ff. eod. vel, Si alter vter hæres sine liberis decederet. Paul. lib. 4. sent. tit. 1. l. Diuus §. vlt. ff. ad legem Cornel. Item, si alieno hærede moreretur. l. ex facto. §. vlt. ff. ad S. C. Trebell. Item, si liberis superstitibus moreretur. l. à filia. ff. ad S.C. Trebell. Si sine liberis intrà trigesimum annum morieris, vel Si intrà vicesimum annum sine liberis morieris, si sine liberis ante certam ætatem decederet. l. Lucius Titius. §. pater. §. Mæuia, ff. ad S. C. Trebell. l. cum auus, ff. de cond. & demonstr. l. quod bonis §. quod auus. ff. ad legem Falcid. Item, Qui primus rebus humanis eximeretur, l. cũ proponas, C. de pactis. Itẽ, Post mortem suam. l. cũ pater. §. hæreditatẽ, ff. de leg. 2. l. Statius Florus. §. Cornelio Felici, ff. de iure fisci. Aut, si quid ante contigisset. l. vxorem. §. Seium, ff. de leg. 3. Post mortem meam l. cum tale. §. 1. ff. de cond. & demonstr. Post mortem tuam, Cum morieris. l. Lucius

Lucius Titius ff. de leg. 1. l. deducta. §. quod ex hęreditate l. ita tamen, §. si hęres l. hæredes mei §. peto. ff. ad S. C. Trebell l. vlt. ff. vt legat. l. vtrum §. cũ
3 quidam, ff. de reb. dubijs. Post † mortem etiam alterius quis rogabatur restituere l. mulier. ff. eod. sic in l. cum filius §. pater. ff. de leg. 2. Peto cum morieris. i l. pen. §. matre. ff. eod. Ne quid post mortem tuam fratribus tuis relinquas. In summa se se passim nobis offerunt huiusmodi formulæ relinquẽdi sub commemoratione mortis, ac etiam stipulandi, l. ex ea parte §. in insulam. l. quodcumque ff. de verbor. oblig. l. veterum. C. de contr. stip. vbi Iustin. profitetur se amputare veterũ disquisitionem scrupulosam, vtrum. Post mortem, an cum moreretur, an Pridie, quam moreretur quis stipulatus esset, & Rip. De Act. in art. mort. agit de formulis, Si morieris, &, Cum morieris, an differant, nec ne.

4 Discrimen est autem † inter illam formulam, Cum morietur, & illam, Post mortem. Illa enim significat tempus quo quis moritur, & instans illud inter mortem, & vitam. Quod ex sententia Cuiac. lib. 3. Obs. cap. 34. Agellij lib. 6. Noct. Attic. cap. 13. docet Polyd. Rip. De Act. in art. mort. cap. 80. & Alciat. lib. 2. Parerg. cap. 44. nec vitæ tribui posse cum incontinenti sequatur mors, & quis pristinum statũ mox exsuat, nec morti, cum spiritus adhuc adsit. Quamobrem verba illa, Quoad viuet, & Quoad morietur, licet videantur esse contraria, tamen idem inferunt tempus. nam vt ait Agellius lib. 7. Noct. Attic. cap. 21. tempora duo cum inter se opposita sunt & ita cohęrentia, vt alterius finis cum alterius initio misceatur, non refert vtrum per extremitatem prioris, an per initium sequentis locus confinis demonstretur. Tiraq. de Const. possess. p. 3. lim. 2. num. 13.

Hæc autem idest, Post mortem, significat omne tẽpus post ipsam mortem tàm incontinenti secutum, & instans, quam successiuum. Obtinuit tamen apud nostros I. C. vt illa verba, Cum morietur tempori ipsius vitæ tribuantur. gloss. in l. 1. §. si emancipato. in verb. conferre. ff. de collat. bon. l. qui duos. §. hæc cõditio, ff. de manu. testam. vbi gloss. l. Seia §. fi. ff. de mort. caus. donat. Galgan. d. cap. 57. Rip. d. cap. 80. num. 15. & cap. 1. vbi ait quem dici in articulo mortis ex sententia Medicorum. verba autem, Post mortem, instans ipsum, Post mortem si-
5 gnificabunt. Et ideo tria tẽpora † sunt consideranda tempus ante exhalationem animæ, tempus, quo exhalatur, quod dixi tribui vitæ, & tempus post mortem. Mar. Salom. in l. Gallus, §. quid si is. num. 48. ff. de lib. & post. & cum mors in vnico sequatur instanti, verba Post mortem, tempus secutum post ipsam mortem significabunt, & verbum Ante, illud quod præcedit, Bar. in l. 2. §. creditum. nu. 7. ff. si cert. pet. licet in his, quæ habent tractum, & durationem aliter dicat esse distinguendum. Agitq. Bart. ibi de conciliãdis testibus. Qua de re dixi cap. 85. & c. 113. Massil. distinct. 21. Vide Bolog. num. 28. in d. §. creditum. Legatum autem post mortem tertij dicitur esse
6 † conditionale, latè Morot. resp. 2. & 3. Verba igitur illa Cum morietur, vel Si morietur, vel decederet sine liberis, quæ idem significant legibus iã allegatis d. l. scribit cum similibus tẽpus moriendi indicant, quod attribuitur vitæ. Verba autem Post mortem, significãt tempus, quod mortem sequitur, & ideo in momentaneis etiã punctum temporis spectatur, vt sæpè dixi, neq. insunt ea quæ fiunt incontinenti exempli gratia ius quæsitum
7 alicui in articulo † mortis per illa verba, Cum morietur præferri debet iuri

quæsito

quæsito post mortem. Hac ratione motus, Oldr. cons. 139. existimauit conditionem illam, Si decederet in
8 ipso actu moriendi verificari, & ideo
9 constitutum† collatum in illud tēpus valere, cum tunc viuat constituens se possidere. Secus si post mortem sit collatum. Alex.cons.83.num. 13.lib. 2. & licet Dec. cons.247. num. 6. improbet Oldr. tamen passim reijcitur eius opinio, vt testatur Schol.ad Dec. & multorum auctoritate docet Tiraq. De iur.Cost possess. part.3.limit. 2.num. 11. & 12. Immò Dec. ipse in l. contractus, nume.17.ff. de reg.iur. à se ipso desciuit Oldradumq. secutus est. Cæterum vbi adest clausula illa in constituto, Ex nunc, prout ex tunc passim recipitur eorum opinio, qui existimant constitutum validum, licet constituat quis se possidere post mortem. Tiraq. d.limit.2. num.15. Surd.cons.171.num.22. fit enim tunc retrotractio ad tempus actus.Cost. de Retrotract. cas. 18. cap. 10.eff.1.num.9.& 18.Barz.decis. Bonon.49. num.29. Menoch. cons.733. num.4.Steph.Gratian.lib.1. Discept. Forens. cap.172. num.17.& cap.174. num.31.

10 Valde vtile autem † est intelligere, an conditio purificetur post mortē, an in ipsa morte, & actu moriendi ob prælationem; quæ spectanda in momentaneis, ob adquisitionem momentaneam, quæ prodest quandoque iuxta l. fin. ff. de cond. inst. de qua latè verba feci, cap. 83. num. 10. & ob alia quædam, quę post mortem collata inualida sunt, in tempus mortis valent. Cuiac. d. c.34.lib.3. Obs. & nuper in quadam causa iuxta prædictam differentiam verborum, Si decederet, &, Post mortem respondit doctissimus Octauianus Picenardus,
11 probauitq. etiam in † fideicommissis eandem distinctionem esse recipiēdam, gloss. in l.1. §. si emācipato, ff.de collat. bonorum Bart. ibidem. Emanuel à Cost. in cap.si pater,part.1.ver sic.Si decederet num.15.de testam.reiecta opinione Cuiac.tum in citato loco cum lib.3.Obser.cap.34.in fine existimantis illi distinctioni non esse locum in fideicommissis. Verum cum lis hæc sit adhuc sub iudice, immo sub iudicibus, clarissimis nimirum luminibus Vrbis Cremonæ Rom. coloniæ, Petro Barbouio, & Francisco Cautio Iuriscōsultis, ideo placet eius expectare euentum. Interim more Academicorum sustinebo hac in re assensum.

SVMMÆ.

1 *Dominij reuocabilis, an habenda ratio.*
2 *Emptor cum pacto redimendi interim dicitur dominus.*
Status præsens cōsideratur. Actus qui potest resolui, an habeatur pro resoluto.
3 *Donationes quænam in Ditione Mediolani publicanda.*
4 *Dominium rerum obnoxiarum restitutioni est penes grauatum.*
Actus initium spectandum.
5 *Donatio valida ex succedenti actu non irritatur.*
6 *In Donatione non sunt comprehensa bona obnoxia restitutioni.*
7 *Donatio an sit maioris partis dimidia, nec ne, ratio vsusfructus habenda.*
8 *Vsusfructus per se æstimatur, ac etiam nuda proprietas.*
9 *Statuta Alexandriæ de lucro mulieris.*
Mulier ob statuta lucratur antifactum ad ratam dotis.
10 *Antifactum debetur, vbi non est mora in soluenda dote.*

De Dominio reuocabili, & de æstimatione nudæ proprietatis. *Cap. CLXXI.*

1 QVæritur sæpenumero, an † dominij reuocabilis haberi debeat

beat ratio. Ego præcipuè distinguo. Aut statim à domino est abiturum dominium, aut ex interuallo. Primo casu succedit illud, quod passim dicitur, huiusmodi dominium vix mereri dominij nomen, vt scripsi cap. 83. nu. 3. Et ideo vbi res est incontinenti redimenda, non potest dominus in ea quidquam facere, quod nociturum sit volenti redimere, iuxta exemplum allatum cap. 74. in fine.

Altero casu licet abiturum sit dominium, tamen satis est interim illud esse penes me, & ideo emptor † cũ
2 pacto redimendi donec redimitur dicitur dominus. Tiraq. De Retract. Conuent. §. 2. gloss. 1. num. 36. Peregr. de fideicom. art. 3. num. 96. & art. 40. num. 6. Mantic. De tacit. & ambig. Conuent. lib. 4. tit. 32. nume. 2. Idem in maioratibus dicitur Molin. De Prim. Hisp. lib. 1. cap. 19. nume. 4. idem in legatarijs, & fideicommissarijs. l. fin. C. de legat. l. species, ff. de auro & argen. leg. cum pluribus similibus adductis per Molin. d. loco, Pereg. d. num. 6. & 96. Et cons. 52. num. 28. lib. 1. l. generaliter, §. sub conditione, ff. Qui, & a quibus. Status enim præsens consideratur, neque attendi debet an possit mutari, & resolui. Qua de re agitur per Gloss. Dec. & Cagn. in l. plerunq. 206. ff. de reg. iur. & an actus, qui potest resolui, habeatur pro resoluto. l. fin. §. sed quia §. fin. C. com. de leg. Doct. in l. quod te vbi Bolog. num. 17. ff. si cert. pet. & in l. sancimus. C. de fideiuss. Quamobrem respondi donationem † va-
3 lidam, in qua requiruntur publicationes iuxta §. Hę donationes. in No. Const. De Donat. cum non esset omnium bonorum, nec partis, quæ minor non esset dimidia, in qua parte constituenda computari deberent bo-
4 na obnoxia † restitutioni, interim enim ante restitutionem dominium iuxta prædicta est penes grauatum re-
sti tuere. Et initium cuiuslibet actus
5 debet spectari, neque † valida donatio ex succedenti facto debet irritari reddi, arg. l. sed an vltrò, §. 1. ff. de neg. gest. Doct. in l. 2. vbi Dec. num. 8. in sec. interpret. ff. si cert. pet. Stephan. Gratian. lib. 1. Discept. Foréſ. cap. 27. num. 9. Menoch. conſ. 844. nu. 37. cóſ. 845. num. 45. Giurb. deciſ. 79. nu. 37. Surd. conſ. 73. num. 74. deciſ. 15. num. 25.

6 Non tamen in donatione † censentur comprehensa bona obnoxia restitutioni, etiam si illi donentur, cui facienda erit restitutio, l. vnum ex familia, §. 1. ff. de leg. 2. Borgnin. De vsufr. num. 107. Sol. ad Const. Saband. tit. de alienat. bon. min. gloss. 3. num. 17. Peregr. de fideicom, art. 6. num. 12.

7 Sed ad cognoscendum, an † sit donatio partis maioris dimidia, vel minoris anne erit habenda ratio vsusfructus reseruati a donante vsque ad mortem? & puto esse habendam iuxta l. hæreditatum, ff. ad legem Falcid.
8 æstimatur enim vsusfructus † per se, & nuda pariter proprietas per se recipit æstimationem, abscedente nimirum vsufructu. Carp. ad statut. Med. 295. num. 214. stat. 315. num. 27. lib. 1. Gall. conſ. 26. num. 4. Sed si incontinenti mors sequatur, vel ex interuallo, tunc æstimabitur vsusfructus vel proprietas ex euentu, iuxta conſ. Surd. 451. nu. 38.

9 Quamobem in casu stat. † Alexandriæ, & aliorum, quibus cauetur, vt mulier lucretur certam quantitatem ad ratam dotis datæ, Gall. ad conſ. Alex. in verb. viginti quæst. 8. num. 42. si data sint bona aliqua in dotem, & reseruatus vsusfructus dotanti, vel danti dotem, erit æstimanda proprietas sine vsufructu, & euentus mortis statim secutæ ipsius vsufructuarij spe-

10 ctandus. Immo † verò eo casu, cum re vera dos fuerit tradita,& data, totum antifactum, quod vocant, erit soluendum habita ratione dotis datæ, non obstante reseruatione vsusfructus, nam antifactum debetur vbi non adest mora soluendæ dotis. Afflict. decis. 242.333. Menoch. cons. 1124.num.37.Cost.De Rat.quæst.88. Boer.decis.22. nu.15.& 22. Surd.de alim.tit.1.quæst.52.num.46. Peregr. cons.100.num.15.lib.5.Menoch.cōs. 1124.num.37. Fachin.lib.8. Contr. cap.68.

SVMMÆ.

1 *Qualitas certo tempore requisita, an eo tempore precisè debeat interuenire.*

2 *Dotata femina quo tempore esse debeat, vt arceatur à successione ob statuta, & num. seq.*

3 *Ius quærendum facilius tollitur.*

4 *Filia mortuo patre statim est hæres ob ius sui.*

5 *Qualitas necessaria ad actum, tempore actus debet interuenire.*

6 *L.fin.in fin.ff.Vnde lib.exponitur.*
Successio ciuilis statim filio adquiritur, non autem prætoria.

7 *Statutum Med.510.declaratur.*
Mulier exclusa ob statutum, quæ nupsit extra territorium, censetur etiam exclusa ab hæreditate patris, nisi nupserit post eius mortem.

8 *Legatum factum cognatis, ijs censetur factum, qui tempore mortis erant cognati.*

9 *Homobonus Redenascus I. C. Cremonensis.*
Io. Baptista Trottus Senator Mediolanensis.

10 *Qualitate cessante cessat concessio.*

11 *Immunitas concessa ob paupertatem, cessat superuenientibus diuitijs. Quomodo id procedat.*

12 *Vxori inopi an debeatur quarta, quæ post mortem viri facta fuit locuples. Distingue.*
Annibal Campegius.I.C.
Vxor non potest repudiare legatum, vt sentiat beneficium quartæ.

13 *Qualitas requisita quando debeat interuenire & an debeat durare.*

De qualitate certo tempore requisita.
Cap. CLXXII.

INcidunt sæpenumero species, in quibus lex alicui tribuit commodum, vel ab eo aufert, qui certam habeat qualitatem, vel ea destitua-
1 tur. Tunc † igitur quæritur. An certo aliquo tempore requisita qualitas debeat interuenire, & an superueniens, vel cessans efficiat, vt locus sit commodo, vel secus. exempli gratia, arcet lex municipalis feminam
2 dotatam † a successione patris. Quonam tempore requirimus fuisse dotatam? Anne si tempore mortis patris sit indotata, & postea dotetur, erit locus exclusioni? Quod negat Roman. cons. 442. Dec.cons.24. nume. 5. nam tempore mortis poterat succedere, ideo superueniens dotatio non debet illi auferre ius succedendi. Hoc ita iuxta Rom. & Dec. debet intelligi nisi filia statim post mortem patris dotaretur, videlicet antequam acciperet hæreditatem, secus si illico hæreditatem acquisiuisset. Ius enim succedendi non potest dici
3 † quæsitum, sed quærendum, ideo facilius superueniente dotatione tolli potest, iuxta allegatos a Surd. cons. 45.num.9.

Verum communis est opinio contra Romanum, cum illico hæres fit
4 † filia, mortuo patre, ob ius sui, neque detur medium inter mortem patris, & existentiam sui hæredis, l. si fratris. C. de iure delib. l. si post mortem. l. quæsitum. ff. de leg. 1. Roland. Vall. cons.

cons. 96. num. 10. & 28. lib. 4. Surd. d.
5 cons. 45. num. 40. Qualitas † igitur dotationis debet interuenire tempore delatæ successionis, l. in delictis, §. si extraneus, ff. de noxal. nam qualitas necessaria ad actum, debet actus tempore interuenire. Mariscott. lib. 1. Var. Resol. cap. 17. num. 3. Neq.
6 obest † l. fin. in fin. ff. vnde lib. nam respondet Rol. d. cons. 96. nu. 26. Surd. d. cons. 45. num. 41. ibi enim factum ipsius filij interuenit, qui mutauit cōditionem, & præterea ibi non agitur de successione ciuili in suo hærede, sed de bonorum possessione, quæ non statim, & ipso iure adquiritur.
7 Huc pertinent † ea, quæ respiciunt statutum Med. 310. quo cauetur, v mulier Med. nupta extra territorium non succedat in territorio. Cui simile est stat. Laudense: etenim cum habeat locum d statut. etiam in successione patris. Brun. De stat. exclus. fem. art. 6. quæst. 24. num. 299. Carp. ad d. stat. in princ. Surd. cons. 437. quæritur an excludatur, quæ nupsit post mortem patris, & receptum est non excludi, vbi se immiscuit, ius enim illi iam fuit quæsitum, Bald. in l. si matre, C. de legit. hæred. Roland. d. cons. 96. num. 8. Surd. d. cons. 45. num. 35. intelligitur enim statutum de nupta, vbi defertur hæreditas. Laderch. cōs. 29. num. 4. vbi alijs similibus idipsū, & reg. d. §. extraneus comprobat.
8 Sic † si legetur cognatis, ijs censetur legatum, qui tempore mortis cognati sunt, l. si cognatis, ff. de rebus dubijs. Roman. cons. 134. num. 5. Addo circa d. statut. Med. 310. Pereg. cōs. 24. numer. 15. & 18. lib. 3. qui secutus
9 est † sententiam D. Homoboni Redenaschi Cremonensis I. C. & D. Io. Baptistæ Trotti I. C. Med. qui nunc Senatorium ordinem mirum in modum exornat.
10 Non omitto † concessionem, & prærogatiuam ob qualitatem aliquā cessare, vbi cessauerit qualitas, vt si alicui immunitas concedatur ob pau
11 pertatem, † nam superuenientibus facultatibus, quæ paupertatem excludunt, non erit locus immunitati, l. cura. §. deficientium, ff. de muner. & honor. l. his honoribus. § pen. ff. de vacat mun. Ias. in l. si filius à patre. §. filius ff. de lib. & post. Quod intelligit Dec. d. cons. 24. in fin. procedere, quia in d. legibus agitur de oneribus, quæ tractum habent successiuum, secus esset si momento temporis res expediretur. Quamobrem respondit in eod. cons. 24. deberi quar
12 tam vxori † iuxta tex. in auth. Præterea C. vnde vir & vxor, & scripsi cap. 89. licet post mortem viri fiat diues vxor, nam sufficit qualitatem paupertatis adfuisse tempore mortis. Qua in re placet distinctio Schol. ad Dec. quem locum refero acceptum Annibali Campegio summi ingenij, eximæque eruditionis adolescenti, qui nuper me dicente, in Iurisconsultorum ordinem fuit miro omnium consensu cooptatus. Aut igitur statim post mortem mariti facta fuit locuples vxor, & cessat ratio d. auth. vt dixi d. cap. 89. & ideo non debetur quarta. Quæ opinio carebit dubio, si Incontinenti verbum accipies pro instanti, antequam vxori ius quartæ quæratur, Aut ex interuallo, & debetur. Ita in casu contrario si labatur incontinenti facultatibus, erit locus quartæ, secus si post longum tempus. Non potest tamen mulier repudiare legatum, aliquod, vt sentiat beneficium d. auth. Præterea Natt. cons. 648. nu. 13. & 15. Cost. De re integr. distinct. 72. num. 10. Cæte-
13 rum an † & quando debeat qualitas requisita interuenire, & an sufficiat eam adesse tempore, quo dispositio ad effectum perducitur, vel alio tēpore, & mo-

& momento durare, an vero requiratur eandem perseuerare, & successiuã esse late tractat Men. cons. 106. vbi num. 90. plures distinguit casus. Steph. Gratian. lib. 1. Discept. Forens. c. 131. num. fin.

SVMMÆ.

1 *Datum ob causam, ea non secuta, repetitur, & quomodo.*
Condictione, an vindicatione datum ob causam repetatur, ea non secuta.
L. Si ego. ff. de iure dotium sententia.
2 *Condictio rei sua non datur, nisi contra furem. Declara num. seq.*
3 *Condictio, & actio personalis idem est. Distingue num. 4.*
4 *Condictionis formulæ.*
L. si quis inficiatus. §. fin. ff. Depos. sententia.
5 *Formula recedendi a sponsalibus, & diuortij.*
6 *Verba, Benignius est, significant rigorem iuris videri aliud suadere.*
8 *Dotis, & pia causa fauore an sit licita pœnitentia in contractibus innominatis.*
7 *Mandatum non extingui morte fauore piæ causæ, & dotis. Contra.*

De repetitione dati ob causam, ea non secuta. Cap. CLXXIII.

1 Plurimum refert † in repetitione dati ob causam, causa non secuta, an datum sit ea conditione, vt statim fiat accipientis, an vero ex interuallo, secuta nimirum causa. Exemplum pete ab Vlpian. in l. si ego. ff. de iure dot. Si ego Seię res dedero, vt ipsa suo nomine in dotē det, efficientur eius, licet non in dotem datæ sint, inquit Vlpian. Dedi enim, & ideo efficiuntur ipsius, cum verbum dandi translationem inferat dominij.

Quamobrem si Seia non dederit res in dotem, ipse eas condicam. Si enim dominium non esset translatũ, non daretur condictio, cum nemo rē
2 suam † condicat, nisi a fure l. 4. §. res. ff. si cert. pet. l. 1. ff. de cond. furt. l. vlt. ff. vsufr. quemad. cau. l. 1. §. vlt. ff. de cōd. trit. Cuiac. in Parat. ff. Si cert. pet. facit l. si quis inficiatus. 13. §. fin. ff. Depos. Dixi cap. 138. num. 6.

3 Verum obest, quòd idem significet cōdictio, quod actio personalis, & tamen actio personalis detur etiam vbi dominium non est translatum, vt in commodato, deposito. Ergo etiã dabitur condictio, vbi quis reuocat rei suæ naturalem possessionem, l. videamus. §. si possessionē, ff. de vsuris, & ita rem suam quis condicet.

Respondetur lato modo dici condictionem quamcunq. actionem personalem, vel nemo condicit rem suã illa actione, vel potius illa formula.
4 Si paret dare oportere, quæ est † formula propriæ condictionis, sed illa. Si paret facere, vel restituere oportere. Cuiac. loco citato. Aliud est igitur, accipiendo strictè hoc verbum, agere condictione, aliud agere depositi, commodati, vel pignoratitia, vt apparet ex d. l. si quis inficiatus. Anton. Fab. De error. Prag. Decad. 16. err. 9. quamquam dici potest cum Accur. agi in d. l. si quis de condictione furtiua, quæ non competit, nisi post dolum, quasi alia condictio, idest, actio personalis ante competeret.

Verum redeamus eò, vnde digressi sumus. Subijcit Vlp. in d. l. si ego, Si non Seię, sed pro ea ante nuptias dedetim res, tunc debet distingui; vtrũ statim fiant accipientis, an secutis nuptijs. Priore casu nuncio misso, condicam, nam factæ sunt res accipientis incontinenti, & ideo condicendæ, cum non sint secutæ nuptiæ, nuncio
5 misso † iuxta antiquũ morē mittendi nũcij, quo recedebatur a spōsalibus, illa formula, cōditione tua nō vtor, l. 2.

ff. de

ff. de diuort. & iubebatur vxor suas sibi res habere, domo egredi, colligere sarcinulas, ædibus facessere, res suas procurare, l. 2. ff. de diuort. Cicer. Phil. 2. Plaut. in Trin. act. 2. scen. 1. Barnabas Brisson. De formulis. lib. 8. pag. 824. 825. Paroemiogr. in suis adagijs. Posteriore casu vbi non statim dedi, petero res vindicare, quia remanent meæ. Et ideo hoc posteriore casu, & si nuptiæ sequi non possunt ob interdictionem matrimonij, res meæ remanebunt, & erunt vindicandæ non condicendæ.

Est tamen obiter obseruandus fa-
6 uor dotis ind. l. si ego in illis verbi, † Sed benignius est, quibus verbis vtütur nostri I. C. dum innuunt rigorem iuris aliud videri suadere l. qui negotia, ff. mand. ex qua lege colligunt nostri Doctores fauore dotis, †
7 & piæ causæ in contractibus innominatis non esse locum pœnitentiæ, Tiraq. De priu. piæ causæ, priu. 133. vide etiam Cost. De re integr. distinct.
8 1. num. 2. & mandatum † pariter nō extingui morte mandantis ob eundē fauorem. Bald. in l. mandatum. 15. C. mand. Marsil. sing. 44. Cost. De re integr. Distinct. 46. in princ. Quos tamen reprehendit Didac. Couar. lib. 1. Var. Resol. cap. 14. num. 15. & 16. & neruosius contra prædictos Doct. disputat Anton. Fab. lib. De err. Prag. Decad. 48. err. 4. licet tandem ad toties repetita reuolutus, etiam veris videatur demere fidem, dū ait illa verba. Sed benignius &c. esse Triboniani, non Vlpiani.

SVMMÆ.

1 *Tempus, vbi non est determinatum aliquid faciendi, tunc confugimus ad arbitrium iudicis.*
2 *Precarium potest statim reuocari. Declara.*
3 *Mutuum non potest statim reuocari.*
4 *Depositum an possit statim reuocari. in Deposito an habeant locum. l. quod dicimus, ff. de solut.*
5 *Deponens an possit cogi ad recipiendum depositum ante tempus.*
6 *Depositum irregulare appellatur, vbi fit conuentio de vtenda re deposita.*
7 *Vxor rem mariti commodatam incontinenti repetit.*
8 *Decreti secundi interponendi quantum sit tempus.*
9 *Stipulatio de bonis conferendis non statim committitur.*
10 *Reuerso modicum tempus conceditur, intra quod agat.*
11 *Tempus eligendi, deliberandi circa emptionem, agendi, & alia tempora non præfinita in iure, relinquitur arbitrio iudicis.*
Reductio ad arbitrium boni viri intra quod tempus petenda, & coram quo iudice.
12 *Tempus constitutum debet omnino obseruari.*
13 *Tempore certo quod debet fieri, censetur factum eo tempore, si incontinenti ante, vel post est secutum.*
14 *Redemptio an statim possit fieri, vbi est facta venditio cum pacto redimendi, & num. seq.*
15 *Tempore aliquo concesso ad aliquid faciendum, quocunq. die temporis concessi res potest explicari.*

De tempore modico non præfinito, & de his quæ statim fieri possunt, vel ex internallo. Cap. CLXXIV.

SVnt prope modum infiniti casus, in quibus potest quid fieri incōtinēti, vel ex interuallo, vel mādat lex, vel testator, vt quid fiat incontinēti, vel intrà modicū tempus, quos nō est operę pretiū recēsere, tū quia passim in hac tractatione obuios habemus, tū etiā quia quamplurimos collegit Menoch. de Arbitr. à cas. primo vsq. ad quadragesimum sextum. In illis igitur,

1 igitur, vbi determinatum † non est tempus, confugimus, ad arbitrium
2 iudicis. Exempli gratia † precarium, vt dixi cap. 140. potest statim reuocari, requiritur autem reuocatio, vt traditur in l. Lucius. ff. de donat. Menoc. de Arbitr. quæst. 69. numero 19. Couarr. lib. 3. Var. Resol. cap. 15. num. 5. Sed non debet esse adeo intempestiua reuocatio, vt damno adficiat eum, qui precibus rogauit Schol. Dec. in l. 2. ff. si cert. pet. numero 9. in sec. interpret. Vide Did. Couarr. lib. 3. Var. Resol. capit. 15. numero 6. qui censet intempestiuè non posse reuocari, vt dānum afferat roganti. Menoch. de Arbit. cas. 23. Steph. Gratian. lib. Discep. For. cap. 167. Mutuum non potest statim reuocari, ita, vt factum, quamdiu placuerit, nec etiam incontinenti re-
3 uocari † possit, cessaret enim finis mutui, & beneficium, quo censetur mutuans voluisse mutuatarium afficere, Menoch. De Arb. cas. 22. Eman. Cost. in l. si ex cautione. C. de non num. pec.
4 lim. 2. num. 6. † Depositum statim debet reddi, l. penult. ff. dep. Mant. de tac. & ambig. Conuent. lib. 10. tit. 10. num. 3. ita vt in eo non habeat locum l. quod dicimus, ff. de solut. Caroc. De depos. tit. de cas. numero 67. Quod intelligo in deposito regulari. Item statim potest reuocari depositum, iuxta l. 1. §. est autem, ff. depos. ita, vt licet rem deposuerim penes te, reddēdam post mortem tuam, possim etiam ante mortem, mutata voluntate, tecum agere d. l. 1. §. si sic. ff. eod. Mantic. de Tacit. & ambigu. Conuent. lib. 10. tit. 4. numero 6. Quod tamen non procederet, vbi inter deponentem, & depositarium conuenisset, vt re deposita vteretur depositarius. Ias. in l. nummis, nu. 17. ff. De in litem iur. Caroc. De Depos. p. 1. in rub. De in litem iur. num. 55. qui tamen allegant d. §. si sic
5 † ad probandum deponentem posse cogi, vt recipiat depositum ante tempus Cæterum, vbi fit conuentio de
6 vtenda deposita pecunia, † tunc ea res egreditur notissimos terminos de positi. l. Lucius, l. die, l. Publia, ff. dep. Sic etiam relinquitur arbitrio iudicis
7 modicum illud tempus, intra † quod vxor rem mariti repetat, quam eo sciente commodauit iuxta l. si constan
8 te. §. si vxor ff. solut. matrim. † Idem dicitur de tempore interponendi secundi decreti post primum, Menoch. De Arb. cas. 6. iuxta l. si finita, §. non autem statim, ff. de damno infect. vbi missum in possessionem non statim Prætor possidere iubet, videlicet ex secundo decreto, vt ibi exponit Accurs. & alij sequuntur, sed interuallum debet expectari. Sic stipulatio
9 † de bonis conferendis committitur aliquo temporis spacio arbitrio iudicis, quo quis conferre potuit, & non contulit. l. si quis. §. stipulatio. ff. de collat. bon. Menoch. de Arb. cas. 29. Sic
10 reuerso † conceditur modicum tempus, intra quod sarcinulas componat, aduocatum quærat, & alia præparet, vt possit agere contra eum, qui se absente possedit. Eo enim modico tempore, quo est reuersus, habetur pro absente, l. ab hostibus in fine, ff. ex quibus causis maior, Men. De Arbitr. cas. 33.
11 † Idem dicimus de tempore eligendi, de tempore deliberandi eius, cui alter tenetur vendere, an velit emere, & de tempore concedendo per iudicem in ciuilibus, & in criminalibus actori, accusatori, & reo ad agendum, accusandum excipiendum. Menoch. d. tract. cas. 34. 35. & 37. & in summa, vbi quid statim, vel ex interuallo, debet fieri, neque tempus modicum, vel longum est diffinitum recurrimus ad arbitriū Iudicis iuxta prædicta, & alia sexcenta exēpla, quę passim occurrūt. Doct. in l. sine prefinito. ff. de pœnis. Steph. Gratian. lib. 2. Discept. Forens.

rens. cap. 239. num. 8. Ideo in petitione reductionis ad arbitrium boni viri, cum tempus non sit diffinitum, res erit diffinienda arbitrio iudicis, licet alij quattuor menses, alij triginta annos concedant. Specul. De Arbitr. §. 7. num. 24. vbi tamen consulit, vt petatur intra decem dies, legendum enim ibi decendium, non decennium. Lancell. De Attent. appell. pend. limit. 50. num. 110. vbi ait intra decem dies petendam reductionem à laudo arbitri, instar appellationis, secus in arbitratore, nam tunc intra 30 annos potest peti Carp. ad stat. Med. c. 116. nu. 111. lib. 1. Et ideo reductionem multi crediderunt esse petendam instar appellationis à sententia arbitri coram superiore ipsius arbitri. Surd. cons. 106. nume. 17. Afflict. decis. 51. Sed contraria opinio recipitur, vt coram iudice ordinario causæ petatur, Surd. d. cons. nu. 1. Andr. Gaill. li. 1. Pract. Obs. cap. 149. Thes. decis. 14. Borell. in Sum. Decis. tit. 63. num. 297. Carpan. ad stat. Mediol. 116. num. 103. lib. 1. Thess. lib. 1. Quæst. Forens. quæst. 82. num. 3. Fach. lib. 8. Contr. iur. cap. 94. Cæuall. in tract. Comm. contra Comm. capit. 89. numer. 7. Mart. De Iurisd. p. 4. cent. 2. cas. 120. num. 7. Gratian. Discept. Fo-

12 rens. 10. num. 52. Alioquin † vbi tempus est constitutum, debet obseruari l. scire, §. Consequens autem, ff. de excusat. & ideo tempus sex mensium præstitutum ordinarijs ad conferendas ecclesias Parochiales debet ad vnguem obseruari, Mariscot. lib. 1. Var. Res. c. 52. num. fin.

13 Verum quod debet † fieri certo tempore, eo censetur factum, si immediatè ante, vel post factum fuerit. Bald. in l. 1. num. 4. C. de oper. lib. Ludouic. à Paramo de orig. offic. Sanct. Inquis. li. 3. quæst. 10. num. 46. Sic dicimus de probationib. faciẽdis. Capic. dec. 81. n. 2.

14 Sæpe † autem quæritur facta venditione cum pacto redimendi, an possit statim fieri redemptio, & puto posse, vt si dictum sit rem posse redimi in-

15 tra 10. annos, vel quandocunq. † nam omne tempus, quod cõcluditur dicto termino præfinito, intrà terminum esse censetur Agellius lib. 12. Noct. Attic. cap. 13. Quod procedit etiam si dictum sit, In duodecim annis, secus, si contrahentes vsi sint illis verbis, Duodecimo anno. Quo tamen casu, vbi nõ est permissa quandocunque redemptio, censetur illicitus contractus. Tiraq. De Retract. Conuent. §. 1. glos. 2. num. 47. Qui igitur potest intra aliquod tẽpus redimere, vel aliud quidquam explicare, quocunque die termini redemptionem, vel aliud potest facere, etiam incontinenti, vt etiam supra dixi de precario reuocando quandocunque quod statim potest reuocari, nisi tamen adeo intempestiuè fieret redemptio, vt damno adficeret emptorem, qui non debet conqueri de redemptione statim facta, cum sciret, vel scire teneretur id licitum esse venditori ob verba pacti.

SVMMÆ.

1 *Famulus non est idoneus pro domino testis.*

Idem recipitur ĩ alio domestico. Declara.

2 *Famulus si quis fiat alicuius, an illi sit credendum in his, quæ ante pro domino deposuit. Quid si discesserit domo, pendente lite? & num. 4.*

3 *Dolus ex breuitate temporis præsumitur.*

4 *Fideiussorem dans eum, qui statim aufugit an sit in dolo.*

5 *In patriam qui incontinenti redijt, non habuit animum alibi contrahendi domicilij.*

De famulo teste. Cap. CLXXV.

1 Repellitur famulus † à dictione testimonij pro domino, vel potius

tius illi abrogatur fides. Idem dicimus de alio domestico. Hæc autem qualitas requiritur eo tempore, quo in iudicio interrogatur. l. nomen §. instrumentorum. vbi Doct. ff. de verb. sign. Caroc. De locat. tit. De famulo par. 6. quæst. 3. num. 9. Surd. conf. 371. nu. 99

2 Quod si † incontinenti post depositionem fiat famulus, de eiusdem fide non parum debet minui, nam præsumitur id actum ante, vt inter famulos recipiatur. Sed si discesserit pendente lite, & ea finita, statim redeat ad priorem dominum, pristinoque veluti se mancipet famulitio, præsumetur fraus, secus si ex interuallo. Farinac. de testib. quæst. 55. insp. 2. hum. 152. cum sequ. Caroc. d. quæst. 3. num. 10. & De excus. quæst. 13. 10. quæst. princ. num. 98. Do-

3 lus † enim ex breuitate temporis præsumitur. Quod procedit in alijs etiam casibus, & ideo in mercatore præsu-

4 mitur dolus, qui † eum fideiussorem dedit, qui statim aufugit. Mascard. de probat. conclus. 532. nu. 123. Verum eo casu debebat creditor inuestigare conditionem fideiussoris. Vide Caroc. de excuss. quæst. 13. 10. quæst. princ. nume. 96. & quod scripsi cap. 108. Duo ergo requiruntur iuxta communem sententiam, vt huiusmodi famulus dicatur testis non idoneus, & præsumatur fraus, vt videlicet pendente lite sit expulsus, vel etiam paulo ante litem, & statim redierit. Anto. Gomez. tom. 3. Var. Resol. cap. 3. De probat. nu. 15. Crediderim tamen, vbi probetur non adfuisse animum redeundi, & fraudē non interuenisse, aliud esse dicendum, licet etiam tunc non possit dici testis omni exceptione maior, Farina. dicto loco num. 159. Vide Gabr. de testibus conclus. 10. num. 11. & seq. Eodem pa-

5 cto, qui † intrà breue tempus in patriam redijt non dicitur habuisse animū contrahendi alibi domicilij. Coss. consi. 16. num. 29.

SVMMÆ.

1 Confessarij puniendi ab Inquisitoribus, qui mulieres in sacramentali confessione solicitant ad turpia. Ratio quænam sit.

2 Confessarijs solicitātibus mulieres in actu confessionis quænam imponenda pœna, & num. seq.

3 Inquisitor quomodo debeat veritatem inuestigare, vbi accusantur confessarij solicitantes mulieres.

Confessarij solicitantes mulieres in confessione abiurant, saltem de leui, & an conuincantur testimonio duarum mulierum, & num. 5.

4 Constitutiones Summorum Pontificum contra Confessarios, solicitatores mulierum in confessione.

5 Confessarij puniendi, licet ante, vel post confessionem solicitauerint mulieres, vbi incontinenti facta fuit solicitatio.

Parum distans non censetur distare.

De confessario solicitante mulieres ad turpia. Cap. CLXXVI.

1 CONFESSARII, qui † in sacramentali confessione, verbis, vel impudico tactu, vel signis, vel etiam pellaci oculorum nictu mulieres ad turpia allicere student, grauiter puniuntur ab Inquisitoribus hæreticæ prauitatis tamquam perperam de sacramentali confessione sentiant, qui non solum contra illius puritatem, sed etiam securitatem peccant. Ludouic. à Paramo lib. 3. De orig. offi. Sāct. Inquis. capit. 10. numero 120. & in princip. & iniuria afficiunt sacramentum, idemque contemnunt materialiter, & formaliter Ludou. d. capit. 10. numero 54. Decian. in tract. crimin. lib. 6. capit. vigesimoprimo, numero 42. & capit. 23. numero primo. Viui. opin. 98. numero 7. Farina. De Delict. carn.

carn. quæst. 137. num. 28. Et sanè quis ferat eos, qui cum Christianorum mo rum esse debeant magistri, & omnes, præsertim mulieres exemplo suo, & cohortatione ad pietatem, ad pudicitiā & Dei cultum inuitare, & inflammare, contra easdē ad peccandum excitāt, maxime in ipso cōfessionis actu? Quid existimamus eos de hoc sacramento credere, qui eo tam nefariè, &
2 impiè abutuntur? Solent † igitur isti quandoq. ad triremes transmitti, & alijs pœnis adfici.
3 Verum prudens † Inquisitor, vbi huiusmodi contingunt, multa solet præ oculis habere, neque enim temerè quibusuis credet, licet agatur de re probanda per testes singulares. Neq. debet probitas Confessariorum ob vnius, vel alterius mulierculæ maximè impudicæ testimonium in discrimen venire, Iac. Leonissa cons. 55. num. 12. inter consil. crim. diuers. tom. 1. Inquirendum est igitur in vitam, & mores tam Confessarij, quam mulierum Lud. à Par. d. q. 10. num. 165. vbi nu. 166. ait huiusmodi confessarios abiurare debere saltē de leui, & priuandos esse confessionibus mulierum, conuinciq. eos duarum mulierum testimonio, quæ sint omni exceptione maiores, numer. 154. Extat †
4 contra huiusmodi Confessarios solicitantes mulieres ad impudica Constit. Pauli IV. Pont. Max. diei. 16. Aprilis ann. 1561. Confirmata à Clemente VIII. die 3. Decemb. 1592. Illud quandoque venit in disceptationem,
5 An locus sit d. Const. † & pœnis impositis præd. sollicitatoribus, vbi ante confessionem, vel post perfectam id contigit. Et placuit paulo ante, vel post incontinenti secuta perinde censenda, ac si in ipsa interuenissent cōfessione, & hanc sententiam amplexi sumus in hoc sacrosancto Tribun. Inquisit. quam probat Ludo. à Paramo dict. lib. 3. quæst. 10. à num. 31. vsq. ad numer. 51. & num. 90. 119. & Genuens. in sua praxi Archiep. Neap. c. 81. nu. 2. vbi refert ita Clem. VIII. declarasse, & in Curia Archiep. subiectum fuisse torturæ parochum, licet plures mulieres contra eum deponerent, & cum negasset delictum, suspensum fuisse per annum à cura, ita iubente Sacra Gongregatione. Verum fortasse illæ mulieres testes patiebantur plures defectus. Etenim pro facto haberi debet, quod statim fuit factum, destinatio habetur pro actu facto, & completo, vnicus actus censetur, vbi plures sunt vicini act⁹, & incōtinēti gestū ante, vel post censetur actui inesse, vt dixi cap. 69. & licet modicum interueniat interuallum tamen sufficit confessariū ad alios actus extraneos nō diuertisse, vt probat ibidem Lud. à Par. num. 47.
6 & num. 160. vbi subijcit † in moralibus, quod parum distāt non censeri distare.

SVMMÆ.

1 *Donationes facta filio per patrem an imputanda in legitimam, & an conferendæ.*
2 *Donatio facta filio, vt possit promoueri ad Sacros ordines non dicitur ob causam, ideo non conferenda.*
3 *Donatio facta filio, vt honorificentius matrimonium contrahat, nec confertur, nec imputatur in legitimam. num. 41. & seq.*
4 *Donatio simplex an conferatur, & seq.*
5 *in Legitimā quæ imputantur cōferuntur. Declara num. 13.*
Donatio simplex imputatur in legitimam. Contra nu. 13.
6 *L. si donatione, C. de collat. L. Donationes quas parentes. C. de donat. inter virum, & vxor. sententia.*
Donatio in filiū collata retrotrahitur ad tempus, quo fuit conscripta, & nu. 20.
7 *Legata non conferuntur.*

Eman-

Emancipatus an conferat emancipato, vbi ex internallo facta sunt emancipationes.
Quid iure hodierno.
41 *Donatio ob causam, puta propter nuptias confertur.*
42 *Profectitia conferuntur.*
L. fin. C de collat. declaratur.
43 *Donatio simplex non confertur, nisi in duob. casibus, & num. 24.*
Donatio ob causam quandonam dicatur.
44 *Donatio vt quis matrimonium honorificentius contrahat, non est subrogata loco donationis propter nuptias.*
45 *Donatio prædicta non est aduentitia contra Bart.*

De Donationibus imputandis in legitimam, & conferendis. Cap. CLXXVII.

1 DOnationes factæ filio † per patrem an debeant imputari in legitimam, & an conferendæ sint, nec ne, solet fere quotidie disceptari. Qua in re circa imputationem in legitimam sic distinguitur. Aut agitur de donatione ob causam, aut de donatione simplici. Priore casu fit imputatio. Altero secus. Quod procedit in dubio, potest enim testator legem imputationis imponere incontinenti, quãdo donat expressè, vel tacitè. Surd. cons. 143. num. 18. nõ autem ex interuallo, nisi tamen donatio confirmaretur morte, quia tunc potest eam reuocare, & multo magis addere legem imputandi, vt dixi cap. 61. num. 2. Plurimum igitur refert, an statim, an ex interuallo adijciatur lex imputandi, vbi initio fuit valida, Crass. in §. legitima, quæst. 22. item, an sit ob causam, an simplex donatio. Quæritur igitur an sit ob causam donatio, quæ
2 facta † fuit filio, vt promoueri possit ad sacros ordines, iuxta sanctionem sacrosanctæ Trid. Synod. sess. 21. cap. 2. an vero simplex. nam si est ob causã confertur, si verò simplex non confertur, & Steph. Gratian. lib. Discept. Forens. cap. 159. num. 31. cap. 297. num. 13. multis vtrinq. relatis in hac quæstione auctoritatibus, tandem eam sequitur opinionem, quod videlicet non dicatur donatio ob causam, & ideo non sit conferenda. Quæ videtur multo magis procedere ob d. cap. 2. Trid. Concill. Cæuall. in tract. commu. contra commu. quæst. 682.
3 nume. 6. Idem dicitur † de donatione facta filio, vt honorificentius contrahat matrimonium, quæ nec confertur, nec imputatur in legitimam. Steph. Gratian. d. cap. 159. num. 34. contra Peregr. De fideicom. art. 36. num. 134. & cons. 78. num. 12. & seq. lib. 3. Marisc. lib. 2. Var. Resol. cap. 104. num. 20.

Verum libet rem exactius examinare circa collationem donationis, arguimus enim à collatione ad imputationem, & in foro, & in scholis hæc sæpe occurrunt.

4 Quæstio igitur sit. † An donatio simplex conferatur.

Et in hac quæstione pugnantes reperiuntur opiniones Doct. existimarunt enim quamplurimi esse conferẽdam. Fachin. lib. 13. Contr. iur. ca. 92. & cap. 64. lib. 6.

Primo facit pro hac opinione hæc ratio.

5 Quæ † in legitimam imputantur, conferuntur, l. illud C. de Collat. Sed donatio simplex, quæ morte confirmatur, imputat in legitimam. l. 3. §. si debita. vers. sed & mortis, ff. de bonis libert. Vide Dec. in d. l. illud. nu. 8.

6 Secundo facit † l. si donatione, C. de collat.

Tertio facit l. donationes quas parentes, C. de donat. inter virum, & vxorem, vbi donatio in filium a patre collata retrotrahitur ad tempus quo fuit conscripta, & ita perinde est, ac si

initio valuisset. Bolog. num. 50. in d. l. emancipati.

Cōtraria opinio est cōmunis, Doct. in auth. ex testamento, C. eod. tit. vbi Dec. n. 5. & seq. Ias. nu. 9. Cagnol. in l. si emancipati. C. eod. tit. nu. 161. vbi Bolog. nu. 50. & asserit communē, Fachin. li. 5. Contr. ca. 80. quā tñ Bolog. Ias. & alij limitāt, vt in nōnullis casibus nō ꝓcedat. Surd. cōs. 143. nu. 16.

7 Primo facit † hæc ratio, Legata nō conferuntur. l. a patre 10. l. filiam. 16.
8 C. de collat. Sed † donationes simplices habent vim legati, cū morte cōfirmentur, d. l. donationes, quas parētes, immo hæc donatio videtur quæsita post mortē, ideo non confertur, l. eadem ū 6. l. nec emancipati. 15. C. de collat. Est tamen aduertendū d. l. à patre id non probare iuxta Dec. ibidē, sed aliquo modo probat, & clarius l. 1. §. vel maximè, ff. hoc tit. in d. l. filiam, ex ponitur, Vltrà, idest Pręter. Sensus .n. illarū legū est, vt relicta in vltimis voluntatibus non conferantur, iudiciū .n. testatoris meruit filius in illis, nec quidquā amplius cōsequitur, neq. acquirūtur nisi post mortē. Fab. de err. Prag. decad. 40. err. 5. Si quid relinquatur filiæ in codicillis verbis precarijs, nō debet cōpelli ad collationē dotis, & hoc est, quod in d. l. a patre dicitur, Extero iure capit filia, neq. enim succedit tamquā filia, si .n. succederet, vtiq. compelleretur ad collationē dotis, vt in dict. l. filiā, cuius hæc poterit esse expositio, vt si filia nolit conferre dotē, nō debeat admitti ad successionē, neq. quidquam vltra relictū in codicillis capere possit. Et hoc pacto verbum vltrà stat proprie, neq. refertur ad collationem, vt videntur sentire Dec. & alij, cum tamen varie accipiatur. Dec. in l. actione. C. de transact. Surd. decis. 285. Sed tunc verbum succedentem accipitur, idest volentem succedere. vide Fabr. err. 4. dec. 40. in quem postea incidi.

9 Secundo † facit l. filiæ. 18. C. fam. ercisc. quæ videtur pugnare cū d. l. si donatione, licet vtraq. contineat eorundem Imper. rescripta. Conciliationes infrà afferam. Præcipuam habet donationem filia in d. l. filiæ. Atqui præcipuo nihil magis contrariū, quā collatio. Cuiac. lib. 9. Obs. cap. 17. vide l. 1. §. nec castrense. ff. de Collat.

10 Tertio l. illud 20. † C. de Collat. vbi simplex donatio non aliter cōfertur, quā si donator adiecerit hanc legem, vel ad tollendam inæqualitatem. Neque probo restrictionem diuinacem, Fachin. d. cap. 92. existimantis d. l. illud, & illius regulam sumptam esse ex l. si non mortis, 25. ff. de inoff. testam.

11 Quarto affertur ratio † diuersitatis inter donationum ob causam, & simplicem donationem. Duar. ad hūc tit. cap. 2. Bolog. in d. l. si emancipati nu. 52. nam pater simpliciter donans filio censetur velle vti maiore liberalitate, & beneficentia, quam in alterum filium, & ideo ex verisimili mente testatoris non est locus collationi, secus vbi donat ob causam, arg. l. rem legatam 18. ff. de adim. leg.

Addo cū donatio in filium collata a
12 patre non valeat, † remaneatq. res donata adhuc in hæreditate, non esse locū huic quæstioni. collatio enim est rei propriæ contributio, vt latè probat Fab. de err. Prag. err. 1. 2. & 3. decad. 40. Hæc donatio morte confirmatur, & per adiudicationē arbitri in iudicio familiæ erciscundæ datur præcipua filio donatario. Quomodo igitur Arbiter iubebit fieri collationē huius donationis, quam adiudicauit filio, & tamquam præcipuam eum habere voluit?

13 Non obstat † primum, quia respōdet dupliciter Ias. in d. auth. ex testamento, quem nō probat Cagnol. nu. 102. in d. l. si emancipati. Ego non pu

to

to procedere dictam regu. in his, quæ morte confirmantur, cum in his non cadat quæſtio collationis iuxta Fabr. vel non habet locum collatio, nec im putatio legitimæ iuxta communem ſententiam Doct. Craſſ. in §. legitima, d.q.22. Surd. Grat. & alij ſupra citati, nam tūc donationē capit filius iure legati.

Non obſtat ſecundum, quia varijs modis reſpondetur, vt concilietur d. l. ſi donatione cum d. l. filiæ. Græci interpretes exiſtimant in d. l. ſi donatione nō perſeueraſſe patrē in eadem voluntate vſque ad mortem, perſeueraſſe autem in d. l. filiæ. Quæ diſtinctio non placet Cuiac. dict. Obſ. 17. quod ſumatur ex facto, cum melius ſit eas ex iure certo ſumere. Putat igitur ipſe in d. l. filiæ non eſſe locum

14 † collationi, facto teſtamento, in d. l. ſi donatione locum eſſe ab inteſtato. Hoc enim eſt ſubaudiendum, quod in iure certum eſt. Sed mihi hæc pariter diſtinctio licet legibus probetur, tamen à facto peti videtur, vt præcedens, Nunquid factum ſit teſtamentum, vel ſecus in ſpecie dictarum legum. Cuiac. lib. 3. Obſe. cap. 30. eandē probat diſtinctionem.

Alij diſtinguunt inter Comparare nomine filiæ, & donare. Sed reijcienda huiuſmodi diſtinctio. Cuiac. dicto capit. trigeſimo, l. cum hic ſtatus, §. primo, ff. de donat. inter virum, & vxorem.

Dec. in d. auth. ex teſtamento numero ſexto, exiſtimat d. l. ſi donatione in ſecunda parte loqui de donatio ne ob cauſam, quæ eſt conferenda. Quam reſponſionem minime probo, reflectique poteſt ratio Dec. contra eundem, cum enim in prima parte agatur de ſimplici donatione credendum eſt in ſecunda parte pariter de ſimplici tractari.

Communis eſt ſolutio in d. l. ſi donatione non fuiſſe factam donationem, ſed conceſſionem in peculium. Iaſ. in d. auth. ex teſtamento nume. 9. Duar. d. cap. 2. per l. donationes 31. §. pater, ff. de donat. ſed Dec. & Bol. eam improbant, Fachin. d. cap. 92. Fab. d. err. 1.

Alij addunt negationem, leguntque Filiæ f. non conſtitutæ, id eſt emācipatæ, Fachin. d. capit. 80. lib. 5. quod non probat Fab. dicto err. 1. Ego ſine auctoritate veterum Codicum nihil ſoleo addere, vel demere legum capitibus, ſiue ea ſint veterum Iuriſconſultorum, ſiue ipſius Triboniani, vt paſſim ſolet Faber conijcere, quod etiam ſcripſi cap. 61. numero 8. non vt quidquam de Fabri auctoritate detraherem, quem quanti faciam mea hæc qualiacunque ſcripta declarant, ſed vt veluti cauſam communem tuerer, & id quod ſentio, libere proferrem.

Faber d. err. 1. loco verbi Patre reponit verbum Matre, vel cenſet delēdum verbum Patre, quaſi fundus in d. l. ſi donatione fuerit ab alio, quam à patre donatus.

Exiſtimat autem tam in d. l. ſi donatione, quam in l. filiæ non agi de colla

15 tione, cum non valeat donatio, † ſiue fiat filio à Patre, ſiue per alium conferatur in filium conſtitutum in patria poteſtate, cum ne momento quidem temporis penes filiū remaneat, l. placet, ff. de adquir. hæred. Sed patri ſtatim quæratur. Quæritur igitur ſolum in dictis legibus, An filia debeat rem donatam habere præcipuam nec ne, quod negant Imper. in d. l. ſi donatione, affirmant in d. l. filiæ. Ratio diſcri-

16 minis eſt, quia in re donata filię per matrem, vel alium, quę acquiritur patri d. l. placet 79. ff. de acqui. hæred. nihil proponitur. ex quo poſſit colligi patrem voluiſſe eam rem filiam habere præcipuam. Remanſit igitur in hę

ſedi-

reditate,& sic erit communis, diuidẽda per arbitrum in iudicio familiæ erciscundæ. In re autem donata per patrem filiæ, habet filia patris voluntatem,& ideo eam habebit præcipuã, si pater decesserit non mutata voluntate,hoc est,quod inquiunt Imper. in d. l. si filiæ, Si non postea contrarium eius iudicium probetur. In dictis igitur legibus non agitur de collatione, cum res donatæ non sint factæ filiæ, sed de diuidendis,& an sint præcipuæ
17 filię,nec ne. Neq. enim † sunt hęc synonima, Non conferre, & præcipuũ. habere.Conferre, & non habere præcipuum.Potest enim cõtingere, vt res maneant præcipuæ,non quia minime
18 conferantur,sed quia per † adiudicationem arbitri, qui modus acquirendi est iure Rom. nobis acquirantur. Sic etiam fieri potest, vt multa præcipua non maneant, quæ tamen non conferantur. Licet igitur non maneãt præcipua,quæ conferuntur. l. 1. ff. de collat. bon. tamen ex eo fieri non debet,vt affirmare debeamus, non conferri omnia quæcunq. manent præcipua,aut è contrario conferri omnia, quæcunq. præcipua non manent ob prædictam rationem. Hæc sunt reuera subtilia,& facit l. filiæ licet §.fin. C. eod. tit. vbi gloss. peculium enim profectitium diuiditur verius, & filiꝰ non habet præcipuum, quam dicatur non conferri. Sed illam correctionem d. l. si donatione non probo, & quidquid dici possit inspecto tempore, quo manarunt rescripta illa ab Imper. Dioc. & Max. nunc verba d.l.si donatione,Eum precipuum habere, referri debent ad collationem,cum sub tit. de collationibus sit posita d. l. si donatione,nisi dixerimus collocatam esse eam legem sub d. tit. cum ea verba maximam inter se habeant affinitatem. immo vero Vlp. ipse in d. l. 1. §. nec castrense. Non confertur, quia manet præcipuum,ait. & in l.cũ duobus §.idem Papin.ff.Pro socio eodem modo argumentatur.

19 In hac conciliatione † animaduerto facilius esse aliorum diuinaces expositiones refellere, quam veram afferre. Ego sequerer sentẽtiam Cuiac. immo potius eam quæ fuit Græcorũ interpretum,tanquam eorum coniectura magis nitatur verbis d. l. filiæ, ibi,Si non postea cõtrarium,&c. Addo ego necessariò ponendum esse in d.l.si donatione patrem non perseuerasse in eadem voluntate, nam si in ea permansisset, fundus esset quæsitus post mortem patris ipsi filiæ,& ita res esset decidẽda iuxta primam partem d.legis. Sed liberum sit cuique iudicium.

Nõ obest tert. quia ex Fabr.decad.
20 40.err.3.respondetur licet † fiat retro tractio,tamen quia cõfirmantur morte debent retinere naturam vltimarũ voluntatum, vt non cõferantur, eritque inspiciendum tempus confirmationis. l.in mortis l. non videtur ff.de donat.causa mortis.

Alia est quæstio. An conferenda sit
21 donatio simplex † in his casibus, in quib. statim,& initio robur obtinuit. Inter cæteros enumeratur casus donationis iuratæ,& ob benemerita in l.fraterà fratre.ff.de cond.ind. Quãquam Fab. de err. Prag.err.6.de cad. 41. & err.4. & 5. existimat non valere, ideo non esse agendum de collatione.

Bart. in d.l.1. §.nec castrense.n.11. censet esse conferendam, excepto eo casu, quo facta fuit ob benemerita. Iasõ d.auth. ex testamẽto.n.10.& 13.

Primo suadere hanc opinionem videtur arg.petitum à ratione cessante, nam ideo diximus supra simplicem donationem non conferri, quia morte confirmatur. ergo vbi initio valebit, erit locus collationi.

Sec.

22 Sec. Emancipati † non aliam ob rationem simplicem donationem conferunt suis, nisi quia illa statim valet. l. vt liberis. C. eod. tit. ergo idem dicẽdum de filijs in potestate.

Tert. facit §. illud. in auth. De triẽt. & semiss. Ibi in dotem forte, vel alio modo datus.

Contrariam opinionem sequitur Cagnol. in d. l. Si emancipati. nu. 117. Dec. in d. l. illud. num. 6. Fachin. lib. 5. Contr. iur. cap. 81.

23 Primò desumitur † ratio ex his, quæ tradit Bar. in d. §. nec castrense. n. 11. videlicet hanc donationem ob benemerita esse peculium aduentitium, quod hodie non confertur l. fin. C. de collat. Sed puto falli Bart. cum enim à patre proficiscatur, erit loco peculij profectitij. Fab. err. 6. de cad. 41.

Secundo idipsum probat l. illud C.
24 de collat. hoc modo † Exceptio firmat regulam in casibus non exceptis, l. nam quod liquidę §. si. ff. de pen. leg. sed in ea l. statuitur donationem simplicem esse conferendam solum eo casu, quo alioquin esset inæqualitas inter liberos, vel quo ea lex adiecta est donationi confestim, ergo in alijs casibus non erit locus collationi. Ostendit autem Cagnol. dicto num. 117. illam legem loqui de donatione valida. Si enim non esset valida, posset pater quandocunque ex interuallo eam legem illi adijcere, vt sit conferenda, nam & posset eam reuocare, quod est plus. Fachin. lib. 13. Contr. capit. 93. Fab. err. 2. decad. 40.

Non obstat primum, quia licet cesset dicta ratio, tamen vigent alię arg.
25 §. affinitatis. de nup. Collatio † initio fuit introducta ob emancipatos ratione iniuriæ l. 1. ff. de collat. bon. & licet postea fuerit porrecta etiam ad suos, tamen non fuit extensa ad simplicem donationem. immo in d. l. illud respectu donationis simplicis nõ conceditur, exceptis duobus casibus. Cuiac. lib. 3. Obser. cap. 30.

Sic tollitur secundum. Ratio enim collationis emancipati fuit iniuria.

26 Non obest tertium, quia † ibi corrigitur ius antiquum facto testamento. Non tamen sequitur. Olim non erat locus collationi facto testamẽto nec quoad dotem, nec quoad res alio modo datas, ergo nunc conferri debet simplex donatio.

27 Sed quæritur. An † emancipatus conferat simplicem donationem filijs in potestate.

Roman. vt refert Dec. in d. auth. ex testamento nume. 8. putat non conferre.

28 Primo quia emancipatus † non tenetur conferre ea, quæ pręcipua habuisset, si in potestate mansisset. l. cum duobus §. idem Papinianus. ff. Pro socio. Sed simplicem donationem si mãsisset in potestate præcipuam habuisset, vt sæpe dixi iuxta communem sententiam.

Secundo facit d. l. illud. quæ videtur loqui de emancipatis, cum ibi valeat donatio, quæ facta suis non valeret.

Contraria opinio communis est Dec. in d. auth. ex testamento vbi Ias. num. 14. Cuiac. lib. 3. Obsc. cap. 30.

29 Primo quia emancipatio † reddidit capacem filium illius donationis, æquitasque introduxit contra eum collationem, nisi enim secuta esset emancipatio, illa bona reperta fuisset in hæreditate.

30 Secundo si conferebant olim † quæ aliunde obuenerant, multo magis debent conferre, quæ profecta sunt a patre. Cuiac. d. capit. 30. Fab. err. 2. decad. 40.

31 Tertio facit l. vt liberis. † C. de collat. Nec dicatur illam legem loqui de donatione facta in præmium emãcipationis, quia immo expresse loquitur

tur de ea, quæ fuit facta post emancipatione. Fachin. d. cap. 93.

32 Non obstat † primum, nam procedit in castrensibus vel quasi, quę filius habuisset præcipua in vita patris. d. l. 1. §. nec castrēse. sed donationem simplicem habuisset præcipuā post mortem, si pater perseuerasset in eadem voluntate d. l. donationes quas parentes. C. de donat. inter virum, & vxorem.

Non obstat secundum, quia iam dixi supra iuxta communem sententiam inter patrem, & filium quādoque validam esse donationem, & pręterea ibi agitur de donatione matris, vel aui materni, vel inter emancipatos Cuiac. vide d. c. 30. & Fab. err. 2. & 8. dec. 40. qui nimium videtur hanc restringere.

33 Sed anne conferent † emancipati donationem simplicem quæ facta illis fuit existentibus in patria potestate? Qua de re agit Iaſ. in d. auth. ex testamento in fine.

Et Ang. in d. l. si emancipati existimat non conferre.

34 Primo quia collatio † non habet locum, nisi in casibus expressis, l. illā. C. de collat.

35 Secundo filij in potestate † non conferunt donationem simplicem, vt iam dixi. Sed hæc donatio fuit facta filijs in potestate, ergo.

Contrarium sequor. Bartol. in d. §. nec Castrense. num. 11. Fachin. lib. 5. cap. 78. & lib. 13. cap. 96.

Primo ob verba generalia d. l. vt liberis.

Secundo quia viget eadem ratio iniuriæ l. pri. ff. eod. tit. emancipatione enim confirmata est donatio, quæ nisi emancipatio secuta esset, remansisset in hæreditate patris. Fach. li. 13. cap. 96. & nob. sufficit hunc esse emancipatum comprehensum in edicto Præt. & in d. l. vt liberis.

Non obstat primum, quia id vide-
36 tur satis cautum per dictas † leges, & earum rationes, & satis dicitur lege cautum, quod est ex mente legis. l. nominis & rei. §. verbum ex legibus. ff. de verb. sign.

Non sec. quia cum filius non remāsetit in potestate, emancipatio confirmauit donationem, ideo conferenda ob iniuriam d. l. 1. ff. de collat. bon.

37 Sed cum emancipatus † conferat simplicem donationem, existens autē in potestate non conferat, quid statuē dum erit eo casu, quo vtriq; est facta donatio simplex?

Et Cagn. in d. l. si emancipati putat existentem in potestate non conferre ob rationes discriminis supra allatas.

Contrariam amplector sententiā. Iaſ. in auth. ex testamento. nume. 13. C. de collat. Fachin. lib. 13. Contr. cap. 97.

38 Ratio est, quia debet † fieri collatio donationis simplicis seruandę æqualitatis gratia. l. illud. C. de collat. & ita cessat contrarium, cum in d. l. illud excipiatur casus seruandæ æqualitatis, quam æqualitatem voluerunt inducere Imper. in iure ipso collationis non in emolumēto, siue æstimationis pro portione earum rerum, quæ conferuntur. Fab. err. 8. decad. 40.

Sed anne emancipati inter se con-
39 ferunt donationem † simplicem? Et puto non conferre. Fachin. lib. 13. capit. 94. & lib. 5. capit. 77. Cuiac. lib. 3. Obse. cap. 30. de collatione inter emācipatos agitur in d. l. si emācipati, vbi præcipue iuxta communem sententiam concluditur inter emancipatos non esse locum collationi, licet emancipationes non sint factæ incontinenti, sed ex interuallo vna post aliam, nā satis est tēpore collationis cos esse emancipatos. Iure tamen hodierno etiam inter emancipatos procedit collatio.

latio. Bol. i d. l. emancipati num. 4. 6. 37. 43. Bar. num. 7. Bald. num. 18. vid. Fachin. lib. 13. cap. 97. Contr.

40 Hactenus de donatione † simplici, quam confert emancipatus suo, suus non confert, vt nec emancipatus emancipato, quarum opinionum ratio petenda ab eo, quod collatio ob emancipatos, tantum initio fuerit introducta erga suos, & ideo non sit extendenda ad suos, nisi in casibus, in quibus habemus expressam extensionem. vide l. 1. ff. de collat. bon. Bar. in d. l. si emancipati num. 3. Dec. nu. 14. Cuiac. in Parat.

41 Donatio ob causam † puta propter nuptias confertur.

Quæritur. An donatio facta filio existenti in potestate, vt matrimoniũ possit contrahere cum aliqua nobili virgine sit conferenda. Hæc quæstio fuit olim inter veteres interpretes, & patrum nostrorum memoria agitata fuit inter Clarissimos Iurisconsultos, eius ætatis lumina, vt refert Surd. d. consi. 143. in causa gẽtilis mei D. Pauli Aemilij Belloni patricij Casalensis. Fachin. lib. 5. Contr. iur. cap. 82.

Videbatur dicendum esse cõferendam.

Primo, quia donatio ob causam confertur. l. illud. l. vt liberis C. de collat. hæc est donatio ob causam, nimirum ob matrimonium ergo conferẽda. l. hoc iure. §. pen. l. Aquilius 27. ff. de donat. Fab. err. 3. decad. 41. latè defendit hanc esse donationem ob causam.

Secundo donatio propter nuptias confertur legibus iam allegatis. Sed hæc donatio ob matrimonium est subrogata loco donationis propter nuptias. Ergo &c. arg. l. si cui. §. qui iniuriarum. ff. si quis caut.

Tertiò hæc donatio statim valet, ergo cum cesset ratio ob quam impediebatur collatio, quod videlicet mor te confirmaretur, debet cõferri. Dec. in d. auth. ex testamento nu. 7. Crot. in l. frater. ff. de cond. ind. num. 74.

42 Quarto profectitia † conferuntur. l. fin. C. de collat. hæc donatio est profectitia. Ergo. Quam l. fin. accipit Fachin. lib. 5. Contr. cap. 83. tam de suis, quam de emancipatis, quando patri succedunt. Idem lib. 6. c. 65.

Quinto est locus collationi ob æqualitatem seruandam. d. l. illud §. fi. Bar. in d. l. 1. §. nec castrense num. 11.

Contraria opinio crebriore Doct. calculo recipitur iuxta Fachin. & Surd. supra allegatos. Addo Gratian. d. cap. 159. num. 34.

Primò quia nulla lege cauetur, vt huiusmodi donatio conferatur, l. illã. C. de collat. Hanc rationem irridet Fab. lib. de err. Prag. err. 3. decad. 41. in fin. neque enim, inquit, quidquam reperitur statutum in materia collationis de istis donationibus, cum essent incognitæ. Sed non irridendi interpretes, quia licet essent incognitæ, tamen in vniuersum erat statuẽdum de donationibus ob causam, & tamẽ solum agitur de donationib. propter nuptias, quibus opponũtur donationes simplices.

43 Secundo donatio † simplex non cõfertur, nisi i duobus casibus, d. l. illud. Neque dicatur hãc esse donationem ob causam, quia in hac materia collationis eam putant Doct. esse donationem ob causam, quæ fit propter nuptias, & ita quando causa est necessaria, & respicit ipsum donantem, nam si causa respiciat merũ fauorem donatarij, nõ dicetur ob causam in hac materia collationis, licet acerrimè Fab. d. err. 3. contrarium conetur tueri, & ita cessat primum contrarium.

44 Non obstat secundum quia † negatur hanc donationem esse subrogatã loco donationis propter nuptias. Cagnol. in d. l. Si emancipati, num. 204.

immo est discrimen inter istas donationes, vt etiam Faber ipse fatetur. donationem enim hanc facit pater filio, donationem propter nuptias facit pater non filio, sed nurui pro filio. l. quoniā nouella C. de inoff. testam. Neq. obstat, quod nulla debeat in hoc considerari differentia d.l. vt liberis, ibi, Nulla discretione, quia respondetur ex glos. in verb. in Ipsos, & melius ex eadem lege, ex verb. seq. nimirum, Vt per eos eadem in sponsas celebretur donatio. Et præterea regula subrogatorum cessat in multis casibus, vt est videre apud Surd. d. consi. 143. num. 48.

Non obest tertium quia licet valeat, tamen non confertur, cum dicatur in hac materia donatio simplex, vt supra dixi in ea quæstione, An donatio simplex valida sit conferenda.

Non quartum quia nonnulli respondent hanc donationem esse aduentitiam iuxta Barto. in d.l. 1. §. nec castrense num. 11. quos ego non sequor,
45 † cum proficiscatur à substātia paterna. Respondeo igitur licet sit profectitia, tamen non conferri, cum sit simplex donatio, quæ non est conferenda.

Nō obest vltimum. quia hæc æqualitas eo respectu consideratur, quod debeat vterque conferre. Dec. in d. auth. ex testamento. in fine. C. de collat. consideraturque præterea inæqualitatis ratio non generaliter, nam deberent omnes donationes simplices conferri, sed ob donationes propter causam, vt quando vni simplex, alteri ob causam donatio est facta. Fab. err. 8. decad. 40. in fin. & diximus in præced. quæst. Non omitto Fabr. d. err. 8. & err. 1. 2. & 3. decad. 40. existimare Doctores nostros primò in eo falli, quod putent hanc donationem valere, deinde data eius validitate, non esse conferendam. ipse enim putat non valere. Deinde data validitate, collationi esse locum. Sed nos in foro non recedimus à communi opinione.

SVMMÆ.

1 *Fideiussores dare an compellatur debitor & num. seq.*
Fideiussores idonei an præsumendi.
2 *Idoneus facultatibus nemo præsumitur.*
Comes Ludouicus Taberna Senator.
3 *Satisdationem non possunt petere creditores hæreditarij ab emptore hæreditatis.*
4 *Satisdatio non est iterum præstanda.*
5 *L. in omnibus. ff. de iud. exponitur.*
Cautio interponenda ex iusta causa.

De fideiussoribus idoneis petendis in ipso contractu vel post. Cap. CLXXVIII.

DEdit nescio quis mille aureos nummos puta Titio, pro quo fideiusserunt alij duo, se constituentes principaliter, & in solidum obligatos, ita vt tres essent correi principales. Eorum duo lapsi facultatibus inter decoctos cēsebantur. Quæstio est, An
1 Creditor qui ante tempus † petere nequit mille aureos, (nondum enim lapsus erat terminus præfinitus solutioni) compellere queat correum, qui solus est soluendo, vt sibi caueat datis idoneis fideiussoribus. Et crediderim ita esse distinguēdum, Aut initio adiectum est pactū, vel statim post, & debet seruari, quo casu si conuenerit de idoneis fideiussoribus dandis, probari debet fideiussores esse idoneos, neq.
2 enim quis † idoneus facultatib. præsumitur. Qua in re maximū versatur iudicis arbitrium, vt etiam de fundo idoneo dicitur. Surd. dec. 295. nu. 11. decis. 320. Bursat. consil. 113. numero 16. & seq. lib. 1. Menoch. de præsump. lib.

lib. 6. præs. 91. nume. 22. Stephan. Gratian. lib. Discept. Forens. cap. 289. nu. 11. & 12. Mascard. de probat. concl. 878. Qua de re superioribus annis egi coram Illustriss. Comite Ludouico Taberna Senatore Med. tunc huius vrbis Prætore.

Aut ex interuallo post perfectam obligationem petit creditor nouam cautionem, & non debet audiri. Sera enim nimis, & intempestiua est creditoris postulatio. l. qui bona. §. de illo. ff. de damno inf. l. Si creditores. §. planè. ff. de priuil. cred.

Hac ratione vbi creditores 3 hæreditarij † cōueniunt venditorē, licet emptor ipse teneatur illis satisfacere, tamē non potest ad emptore peti eā ob causam satisdatio, quia inquit Imper. in l. 2. C. de hæred. vel action. vend. Vt satis detur sero desiderat, quoniam eo tempore, quo venumdabatur hæreditas, hoc non est comprehensum. Quam l. 2. ait Caroc. decis. 47. procedere in emptore promittente tātum soluere. Sic Vlpian. in l. 3. §. fin. ff. vt in possess. legat. Si semel, inquit, 4 fuerit satisdatum, quæsitum † est, an etiam rursus cauendum sit, si fortè dicatur egenos fideiussores esse datos. Et magis est, vt caueri non debeat. Hoc enim D. Pius rescripsit Pacuuiæ Licinianæ. Ipsam enim facilitati suæ expensum ferre debere, quæ fideiussores min⁹ idoneos accepit, neq. enim oportet per singula momenta onerari eum, à quo satis petitur Vide ca. 108. nu. 5. suprà & infrà cap. seq. & hanc sententiam amplexus fuit Senatus Parisiens. teste Ann. Robert. lib. 4. Rer. Iudic. cap. 6. vbi respondet 5 argumento contrario ex l. in † omnibus. ff. de iud. dum enim ibi inquit Papin. Cum nondum dies præstandæ pecuniæ venit, si agat aliquis ad interponendam cautionem, ex iusta causa condemnatio fit, se ipsum explicat, videlicet id procedere in iudicijs bonę fidei, at mutuum est contractus stricti iuris. Dein de Papin. requirit iustam causam, nō potest autem esse iusta causa, nisi procedat ex facto, & culpa eius, qui conuenitur.

SVMMÆ.

1 *Actum an sufficiat semel implere.*
2 *Conditio semel implenda, nisi requirat tractum successiuum.*
3 *Fecisse non sufficit, nisi factum duret.*
4 *Sententia semel missa ex secutioni iterum mittenda. Patientia momento non impletur.*
5 *Creditor condemnatus ad tradendum pignus tertio, iterum tradere compellendus, si ad eum rursus redeat.*
6 *Dispositio primo actu perficitur.*
Camillus Gallinius I.C. Ticinensis.
L. Boues §. hoc sermone ff. de verb. sign. exposita.
Conditio nubendi.

De actu semel, vel iterum, & perpetuò implendo. Cap. CLXXIX.

1 VBi quis tenetur † ex contractu, vel ex testamento, vel ex sententia quid facere, quæstio existit, an sufficiat semel actum implere, an vero iterum, atque iterum sequi debeat implemētum. Et solet distingui. Aut versamur in his, quæ incōtinēti explicantur, neq. tractum habent successiuum. Aut in his, quæ successiuos habent effectus. Primo casu sufficit semel impleri. Altero secus. Ideo scripsi
2 ca. 43. num. 11. † conditionem semel tantum implendam, nisi perseuerantiam requirat ob tractum successiuū, vt in eo, qui tenetur adsumere cognomen testatoris. cap. 76. num. 21.
3 Neque enim dicitur † fecisse quis illud, quod tenetur, nisi factum duret. l. 3. §. dare ff. de vsufr. l. si a te. ff. si ser-

uit. vind. Royz. decis. 3. vbi latè hac
4 de re. Ideo licet sententia† semel missa fuerit exsecutioni, tamen iterum erit mittenda, & condemnatus ad patiendum, ad non turbandum perpetuò censetur condemnatus, neque patientia momento impletur. Quod alijs similibus probat Asin. in sua Praxi §.31. cap.1. ampliat.5. & præcipue ait, si quis condemnetur, vt domum relinquat sub aliqua pœna, pareatq. condemnationi, sed domus ad illum redeat, incidere in pœnam, nisi denuò eandem relinquat. Huc pertinent ea, quæ traduntur de primo†
5 creditore cōdemnato ad tradendum pignus tertio, an sit rursus ad eum redeat, iterum tradere sit compellendus. Asin. d. ampliat.5. num.7. Neg. de pign. in 3. membr. 6. part. nume. 44.

Regulariter tamen dispositio quælibet primo atq. vnico† actu perficitur, & consumitur. Alex. Galuan. cōs. 21. num.32. Chart. decis.13. num.11. iuxta l. boues §. hoc sermone ff. de verb. sign. vbi latè doctissimus Alciatus, & Camillus Gallinius, nostræ huius vrbis maximum ornamētum, cuius doctrina magis & magis nota fiet propediem, editis quampluribis eiusdem libris, qui ad hanc vsq. diem in tenebris iacuerunt. Accedat Andr. Tiraq. ad d. l. boues §. hoc sermone, vnde poterit quilibet plura desumere ad eam regulam illustrandam, extendendam, & restringendā spectantia. Maluas. cons. 87. nume. 41.42. Sanch. De Matrim. cap.33. nu. 14. lib.1. Oldr. cons.16. Galgan. De Cond. lib.2. cap.10. num.15. de conditione nubendi. Rimin. iun. cons.525. num.47. lib.2. Purpur. cons.138. nu. 15. lib.2.

SVMMÆ.

1 *Excussionis diffinitio quid rei, & quid nominis.*
2 *Prouerbium, Ad sacculum, & peram.*
3 *In Excussione multa necessaria.*
4 *Excussio an opponenda ante litem contestatam, Distingue num.5.*
Excussionis exceptio dilatoria, vel anomala.
5 *Excussio aut respicit ordinem iudicij, aut interesse partis.*
6 *Excussionis exceptio an sit de apicibus iuris.*
7 *Excussio non habet locum in Saluiano.*
8 *Excussio cessat, vbi statim probatur aliquem non esse soluendo.*
9 *Excussionum varia genera.*
Excussio, idest liquidatio debiti.

De excussione. Cap. CLXXX.

1 NOtissimum est † in iure nostro beneficium excussionis, quod est No. Const. Iustin. Imper. §. si quis igitur §. non solum. §. sed neq. ad res in auth. de fideiuss. & mand. indeq. appellatur, quod bona debitoris, ad quē ea res principaliter pertinet, principio sint excutienda, experiendumq. an subsit spes aliqua debiti ab eo consequendi. Sic vulgò diffinitur, vt sit bonorum, & rerum principalis debitoris, vsque ad sacculum, & peram, & minimum quadrantem diligens facta inquisitio. Caroc. de excuss. in princ. Quæ verba, Ad sacculum &
2 † peram prouerbiali quadam figura indicant omnia diligenter esse excutienda. Multa desiderantur in fa-
3 cienda † excussione, cessatq. in multis casibus, de quibus Caroc. in d. tract. Cost. de rem. Subsid. rem.37. Maluas. cons.98. cons.94. nu.20. cons.19. num. 7. cons.12. num.73.

Præcipuè requiritur, vt ante litem
4 contestatam opponatur† cum sit dilatoria

toria, & ideo statim excipiendum de excussione exēplo dilatoriarū. Surd. decis. 44. nu. 20. Menoch. cons. 662. n. 12. cons. 1052. nu. 2.

Alij tamen etiam post litem contestatam non solum incontinenti, sed etiam vsq. ad conclusionem in causa, atq. adeo vsq. ad sententiam, & postea eam opponi posse tradiderunt, tamquam sit anomala exceptio. And. Gaill. Obs. 27. lib. 2. num. 3. Cost. d. rem. 37. num. 4. Purpur. consil. 277. num. 3.

Placet hac in re sententia distinguentium, Aut agitur de exceptio-
5 ne excussionis respiciente † ordinem iudicij, & tunc ante litem contestatam debet opponi. Aut de illa, quæ respicit interesse tertij possessoris, & tunc etiam post latam sententiam opponi potest, vt impediatur exsecutio sententiæ contra tertium possessorem, vt docet auctoritate Neguss. Strac. & aliorum Menoch. cons. 1244. numero 63. & 64. Caroc. de Excuss. quæst. 18. 1. part. nu. 2. & quæst. 31. 2. part. vbi nu. 15. dubitat de hac distinctione.

Potest igitur hęc exceptio respicere nō solū ordinē iudicij, sed etiā interesse partis, Chart. decis. 107. nu. 2. Bellon. decis. Gen. 78. num. 3. & ideo hoc
6 secundo casu non dicitur † de apicib. iuris; & habebit locum etiam vbi proceditur inspecta facti veritate. Alb. cons. 452. nu. 40. Caroc. d. quæst. 31. 2. part.

7 Cæterum in Saluiano † non recipitur iuxta ea, quæ scripsi cap. 11. num. 5. nisi incontinenti posset expediri. Caroc. d. quæst. 31. nume. 1. & in fi.

8 Cessat pariter, vbi † statim probatur aliquē non esse soluendo. Caroc. quæst. 35. nu. 5. & 6. Giurba decis. 57. nu. 11. M. Anton. li. 2. Resolu. cap. 50. nu. 8. & 28. Menoch. cons. 662. nu. 10. Char. decis. 45. num. 6.

9 Sunt porrò varia † excussionum genera, de quibus Caroc. d. qu. 35. nu. 4. Et in praxi appellatur excussio, liquidatio debiti, quæ fit cum principali, de qua Alb. consi. 328. num. 7. & 47.

SVMMÆ.

1 *L. æde. C. locati declaratur. Inquilinus quando expelli possit.*
2 *Inquilinus potest expelli, vbi dominus eget domo Declara num. seq.*
3 *Necessitatis superuenientis habenda ratio.*
4 *Debitoris suspicio tempore contracti debiti non est consideranda.*
5 *Iudex debet inquirere, an subsit necessitas, ob quam possit inquilinus à domino expelli.*
6 *Inquilinum expellens, & statim domū alteri locans non præsumitur, ea indiguisse. Locator expellens inquilinum, quando teneatur ad id, quod eius interest.*

De Inquilino expellendo. Cap. CLXXXI.

1 ENumerantur nonnulli casus † in l. æde. C. locati, in quibus expelli potest inquilinus à domino, licet tempus locationi præfinitum nondum sit elapsum, & ipse soluat pensionem, cum tamen ob solutionem non factā non debeat nimis præcipiti festinatione domo expelli, Bald. in d. l. æde. num. 3.

2 Præcipuus est casus, † vbi dominus indiget domo, tunc. n. potest expelli à domino, vel à successore vniuersali, nō etiam à singulari, Couar. li. 2. Var. Resol. cap. 15. nu. 4. latè Caroc. De locat. tit. De necessitate vsus.

Quod intelligendum, vbi ex interuallo post contractum superuenit
3 † necessitas proprij vsus, secus si incontinenti, nam tunc præsumitur de ea cogitatum, & ita eius, quæ imminebat tempore contractus, nō est habenda

4 benda aliqua ratio, quemadmodum nec suspicionis debitoris tempore cõtracti debiti, Menoch. de Arbitr. cas. 87. num. 16. dixi cap. 60. Caroc. d. tit. quæst. 2. nu. 7. & 10. nisi tamen re vera probetur necessitatem superuenisse, potest enim contingere, vt post modicum tempus superuenerit necessitas, quæ tempore contractus non immineret, & præuideri non poterat, ob quam expellitur inquilinus. Magon. decis. Luc. 75. num. 6. & seq.

Verum quoniam locatores solent
5 quandoque ementiri † necessitatem, vt fraude pellant domo inquilinos, ideo iudex debet prudenter animaduertere, an adsit necessitas, nec ne. Caroc. dict. quæst. 2. num. 34.

Credendum autem non adfuisse necessitatem, si incontinenti dominus
6 † post expulsum domo inquilinũ, eam alteri locet, & ideo tenebitur domin⁹ inquilino ad id, quod eius interest, ad quod non teneretur, si verè adfuisset necessitas proprij vsus, Bald. in d. l. æde. num. 22. Natt. cons. 25. num. 6.

SVMMÆ.

1 *Venditiones quare fiant cum reseruatione dominij.*
Venditores an præferantur in re vendita alijs.
Venditores an possint aliquid consequi ab emptore donec soluatur pretium.
2 *Venditio cum reseruatione dominij dicitur conditionalis.*
3 *in Obligationem non veniunt bona empta, adiecta lege reseruationis dominij.*
4 *Minor an obligare possit bona empta cum reseruatione dominij, vel pactum reuendendi statim adijcere, & num. 5.*
5 *Dominij vnius finis quandoq. alterius origo, & principium.*
6 *in Hypothecis momentum spectatur.*
7 *Census non potest imponi super re empta, cum reseruatione dominij.*
8 *Prius, & posterius non consideratur in eodem instrumento.*
9 *Emptore non soluente, res vendita cum reseruatione dominij potest alteri vendi.*

De venditionibus factis cum reseruatione dominij. Cap. CLXXXII.

1 VEnditiones † celebrantur sæpenumero, adiecto pacto reseruationis dominij, vt videlicet non transeat dominium in emptorem, nisi pretio soluto, & pro rata pretij. Sic enim sibi consulunt venditores, vt omnibus præferantur in ea re, cuius adhuc sunt domini, & vt tutius possint loco fructuum aliquid percipere, l. licet, C. qui potior. in pign. hab. l. curabit, C. de action. empt. Stephan. Gratian. lib. 1. Discept. Forens. cap. 175. num. 10. & 12. Andr. Gaill. lib. 2. Obser. 3. in fine, Couar. lib. 3. Var. Resol. cap. 4. Andr. Fachin. lib. 2. Contr. iur. cap. 31. in fine. Less. de iust. & iur. lib. 2. ca. 21. dubit. 13. num. 99. & seq.

2 Hæc reseruatio dominij efficit venditionem conditionalem, vel interim dicitur locatio, & conductio iuxta communem Doct. sententiam, Surd. decis. 157. Stephan. Gratian. lib. 1. Discept. Forẽs. d. cap. 175. num. 9. & seq. & cap. 206. num. 10. lib. 2. licet contrarium sequatur Couar. lib. 3. Var. Resol. cap. 11. num. 6.

Hinc consequuntur quamplurima. Etenim si quis emat eo pacto, & postea obliget bona sua, in eam obliga-
3 tionem non possunt venire bona empta, adiecta lege reseruationis dominij. Stephan. Gratian. lib. 2. Discept. Forens. cap. 242. num. 12. vbi ait mino-
4 rem † non posse obligare bona eo modo empta, aut enim spectamus tempus, quo res venditur, & non cadit hypo-

hypotheca, cum non sit dominus ob reseruationem dominij, vsque ad solutionem pretij, aut spectamus tempus, quo fuit translatum dominiũ, & tunc minoris bona non possunt obligari, licet igitur pactum reuendendi possit à minore adijci incontinenti ipsi emptioni, vt dixi cap. 54. tamen hoc casu non poterit obligare hæc bona, cum non possit dari aliquod interuallum, in quo possit con-
5 trahi hæc hypotheca, quasi finis † dominij vnius sit immediatè principiũ, & origo alterius, quod non contingit in casu pacti de retrouendendo. Gratian. d. cap. 242. num. 12. Verum idem videtur dicendum etiam in pacto pignoris incõtinenti adiecto iuxtà abundè scripta d. cap. 54. vbi respondetur legi contrariæ. Eadem enim ratio vigere censetur, vbi initio est adiectum, nam statim, ac incipit esse minoris, erit ipsius ea lege, & eo pacto, quod fuit initio incontinenti adiectum, Vide d. cap. 54. numer. 17.

Illa tamen ratio, quod finis dominij vnius, sit principium dominij alterius, & interuallum medium non possit considerari proderit eo casu, quo emptor sibi comparauit res facta reseruatione dominij per venditorem, interim autem, antequam soluatur pretium, & ita transeat dominium in emptorem, emptor ipse obliget bona, deinde alienentur eadem bona in alium, nam cum nullo tempore fuerit dominus emptor, non potuerunt bona illa affici aliqua hypo-
6 theca, licet alioquin † in hypothecis contrahendis momentum temporis spectetur, vt in primog. dixi c. 151. & infrà lib. 2. cap. 17. nu. 5.

7 Sic etiam vbi facta fuit reseruatio dominij, non poterit super re empta imponi census, cum res non sit libera, licet adsit constitutũ sequẽs, quod censetur accessorium, neq. per illud incontinenti credendum voluisse contrahentes corrigere, & tollere reseruationem dominij factam in eodem
8 † instrumento, in quo nec prius datur, nec posterius, vt multis docet Stephan. Gratian. lib. 1. Discept. Forens. cap. 175. num. 6. & seq.

9 Consequitur illud etiam ex hac reseruatione dominij, vt non soluente emptore possit res alteri vendi. Steph. Gratian. d. lib. 2. c. 354. num. 55. & 56.

SVMMÆ.

1 *Dos relicta nepti per auum, an censeatur relicta contemplatione patris.*
Dos relicta nepti per auum an sit imputanda in legitimam patris.
2 *Dos data per patruum, vel amitam filiæ fratris censetur relicta contemplatione patris.*
3 *Exclusio ab hæreditate, & admissio ad dotem vnico contextu factæ, dicuntur correspectiuæ.*
Correspectiui actus censentur, incontinenti facti.

De Dote relicta nepti per auum, an censeatur relicta contemplatione patris nec ne. Cap. CLXXXIII.

1 CONiecturis solet esse locus in ea specie, in qua quæritur, An † dos relicta per auum nepti, sit imputanda in legitimam nec ne. Etenim aut contemplatione filij fuit relicta, & imputatur in legitimam, aut intuitu ipsius neptis, & secus est. Doct. in l. in quartã. ff. ad Leg. Falcid. vbi Rip. nu. 202. Alciat. de præsumpt. reg. 1. præs. 17. num. 3. Men. cons. 796. num. 1. Recensentur autem variæ coniecturæ à Menoch. d. cons. 796. & cons. 151. Galuan. cons. 8. num. 41. ex quibus colligitur non intuitu filij, sed neptis relictam

lictam esse dotem. Steph. Gratian. lib. 2. Discept. Forens. cap. 345. num. 6. & lib. 1. c. 50. nu. 6. & seq. Mant. de coniect. vlt. volũt. lib. 8. tit. 16. num. 12. Pere. cons. 109. num. 6. lib. 3. de fideicom. art. 37. Surd. De alim. quæst. 7. tit. 5. nu. 28. & decis. 118. num. 8. nam regulariter censetur data filio, & breui manu ab eodem nepti. Surd. d. nu. 8. & cons. 488. num. 15. cons. 361. nu.
2 31. Idem de dote data † per patruum vel amitam filiæ fratris. Peregr. cons. 122. lib. 5. num. 1. & d. art. 37. nu. 11.

Præsumimus autem dotem relictã nepti ipsius contemplatione, quando auus non per modum legati, sed in ip
3 sa † substitutione, in qua vocauit fratres suos, exclusit neptem, & voluit eã dem a substitutis dotari, nam cum hi duo actus. nimirum exclusio ab hæreditate, & admissio ad dotem, incontinenti sint facti, & eodem contextu, censentur correspectiui, vt dixi cap. 96. atque ideo neptis non contemplatione filij, sed respectu suæ personæ consequetur dotem, ob quam fuit exclusa. Decian. cons. 10. nu. 13. lib. 2. Menoch. d. cons. 796. num. 4.

SVMMÆ.

1 *Sententia obscura vltima die instantiæ ferri potest.*
Sententia sub conditione an possit ferri.
2 *Sententia obscura an possit ferri paulo ante, vel post vltimum diem instantiæ, & num. 4.*
3 *Mensium duorum vbi sit mentio sexagesimus primus dies continetur, & num. seq.*
L. Vbi lex. ff. de reg. iur. declarata, & nu. seq.
4 *Iurisdictio extinguitur lapsa instantia.*
5 *In momentis incontinenti facta non censentur inesse.*
6 *Mensis appellatio an contineat tantum dies triginta.*

De sententia obscura. *Cap. CLXXXIV.*

1 SEntentiam obscurè † ferri posse vltima die instantiæ traditũ est, cum immineat periculum eius peremptionis. Osasc. decis. 146. num. 10. post Bart. in l. 4. §. si iudex, num. 4. vbi Rip. nu. 16. ff. de re iud. & ideo etiam sub conditione poterit ferri, qua de re dixi cap. 141. Refert in hanc sententiam Marius Giurba decis. 37. Sicul. Prag. Const. qua cauetur, vt si intrà instãtiã nequeat iudex sētētiã ferre, possit ita pronunciare vltima die instantiæ, videlicet, Absoluimus absoluendum, & Condemnamus condemnandum. Debet tamen intrà duos mẽses postea clarè rem totam decidere. Obscura enim illa pronunciatio permittitur solum, ne labatur instantia.

2 Quæstio inde existit, quid † si paulo ante vltimum diem instantiæ, vel statim post feratur sententia obscura? Et traditum est adhuc valere, vt ex sententia Lud. Bolognin. cons. vlt. tradit Giurb. d. decis. 37. nam vbi
3 lex duorum † mensium facit mentionem, sexagesimus primus dies continetur, l. vbi lex. ff. de reg. iur. vbi Dec. & Cagnol. num. 4. ait in dispositione legis, & statuti, licet non agatur de euitanda pœna, tamen appellatione duorum mensium sexaginta vnum diem comprehendi.

Verum vbi sententia post instantiam feratur etiam incontinenti, crediderim non valere, nam lapsa instan
4 tia † statim extincta fuit iurisdictio iudicis. Doct. in l. properandũ, §. illo, C. de iud. Camill. Borell. in sũma Decis. tit. 64. num. 61. & in his, quæ mo
5 mentum respiciunt † incontinenti facta, nõ censentur inesse, vt scripsi cap. 145. num. 3. & 4.

Non

Non obest d.l. vbi lex, nam respondetur id contingere ea ratione, quia duorum mensium appellatio comprehendit sexaginta vnum diem ob ea, quæ ibidem tradit Cagnol. num. 4. qui latè agit, an & quando appel-
6 latio mensis † contineat triginta dies tantum, an triginta vnum, & vberrimè hanc totam rem exsecutus fuit Iacobus Menochius de Arbitr. cas. 50. inferens ad quamplurimas species, in quibus est aliquid explicādum intra duos, vel sex menses. Ego prætetea animaduerto non temerè in d. l. vbi lex I. C. fecisse mentionem duorum mensium, quasi dimidiatus vnus dies accedat vni mensi, alter dimidiatus dies alteri, ex hisq. constent sexaginta, & vnus dies. Sed Cuiac. de diuers. & temp. præscript. cap. 13. constare ait duos menses sexaginta diebus, & venientem sexagesimo primo die, post duos menses venire.

S V M M Æ.

1 *Dolo malo inita pacta non seruat Prætor.*
2 *Dolus, vel initio interuenit, vel ex post.*
3 *Dolus quando dicatur initio interuenire, vel ex post.*
4 *Dolum ex euentu præsumi, quando quis non vult stare promissis.*
Renunciationes dolo initæ.
5 *Dolus an reddat contractus ipso iure nullos, an ope exceptionis. Distingue inter contractus bonæ fidei, & stricti iuris.*
6 *L. iurisgentium §. siue. ff. de pactis sententia.*
7 *Contractus ad rescissionem, an ad implementum agatur, vbi quis non implet promissa.*

De Dolo malo, Cap. CLXXXV.

1 DOlo malo † inita pacta ait Prætor se minimè seruaturum, l. iurisgentium. §. ait Prætor, ff. de pactis.
2 Solet † autem dolus, vel initio interuenire, vel ex post. Initio quando
3 quis † dolo inducitur ad paciscendū, ex post, quando promissa implere detrectat promissor, & vtroq. casu nocebit exceptio. d. l. iurisgentium §. siue autem. vbi Accur. & Bart. Crau. cons. 193. num. 3. & 192. num. 19. Mascard. de probat. cōcl. 532. num. 19. & 38. qui probant ex euentu dolum quā
4 do quis videlicet promissis recusat stare. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præs. 3. num. 63. Paul. Galleratus de Renunciat. lib. 3. cap. 11. num. 14. & 17. qui de renunciationibus per dolum initis agit, sed tunc ex postea secutis videtur probari dolum initio interuenisse. Soler tamen adhiberi passim distinctio inter contractus †
5 bonæ fidei, & stricti iuris. In illis enim, aut dolus dat causam contractui, & eum reddit ipso iure nullum, aut incidit, & ope exceptionis erit rescindendus. In istis siue inciderit dolus, siue causam dederit contractui, valebit contractus ipso iure, sed dabitur exceptio, l. & eleganter, ff. de dolo. Mantic. de Tacit. & ambig. Conuent. lib. 1. tit. 9. nu. 23. & seq. & lib. 26. tit. 8. nu. 9. & seq. Surd. cons. 528. num. 6. & 53. Sententia autem d. §. †
6 siue, est vt si is, qui post pactum dolum adhibuit, vtatur exceptione pacti, ei noceat exceptio, idest replicatio doli. Cuiac. ibidem, satis est enim eū dolosè agere inter ipsa initia, vel post, l. 2. §. item quæritur, ff. de doli mali, & met. except. nam ope exceptionis, & quod initio, & quod post dolosè gestum est, tolli debet. Est tamen obseruanda non leuis differentia an quid initio, & incontinenti
7 per dolum sit † factum, an vero postea ex interuallo quis nolit stare promissis, nā si initio interuenit dol.ᵒ pōt rescindi cōtractus. Potest autem etiam ex postea secutis probari dolū

initio interuenisse, vt iam dixi. Si autem quis nolit ex interuallo implere promissa, tunc non agitur ad rescissionem contractus, sed ad implementum, nisi tamen deficiat quis in causa finali, sine qua alter alioquin non contraxisset, Surd. consil. 381. num. 6. & cons. 563. num. 5.

SVMMÆ.

1 *Tutores debent distrahere res tempore perituras. Declara num. 4.*

2 *Frumentum vltrà triennium non durat.*

Frumenti aestimatio quantiplurimi vsq; ad quod tempus debeat restringi.

3 *Tutor debet statim gerere tutelá, ac sciet se datum, vel excusationem afferre.*

4 *Tutor non est audiendus, qui dicit se alios contutores expectasse.*

5 *Festinatio praeceps in iure reprehenditur.*

6 *Professio eius, qui nunciauit post apertas tabulas, tacitam fidem fuisse accommodatam recipienda.*

7 *Promissori concedendum tempus, intra quod possit soluere in eo loco, vbi se daturum promisit.*

Bonus vir, idest iudex.

Diploma quid.

8 *Difficultas an excuset a mora debitorem quantitatis.*

9 *in Mora non constituit omnis dilatio.*

Tutores honorarij non excusantur.

Tutores notitiae.

Tutor idoneus si statim facultatibus labatur, alij excusantur.

10 *Tutor quando teneatur ob pecuniam ociosam retentam.*

Pecunia est ex his rebus, quae seruando seruari non possunt.

11 *Tutor non collocans pecunias quando teneatur ad vsuras.*

12 *L. si tutor constitutus, ff. de admin. tut. sententia.*

Lentum nomen quid.

13 *Tutor debet exigere a debitoribus, & á se ipso.*

Administrator non debet retinere penes se pecunias ociosas. Magistratus tenetur ob cessationem.

14 *Maritus à seipso tenetur exigere nomine vxoris.*

De Tutore differente distrahere res pupilli, pecunias collocare, & exigere. *Cap. CLXXXVI.*

1 RES tempore † perituras debent tutores, & alij administratores confestim distrahere, alioquin ipsorũ sunt periculo. l. tutor. 7. §. si tutor. ff. de admin. tut. Steph. Gratian. lib. 2. Discep. Forens. cap. 243. nu. 63. Exemplum inter caetera afferri potest in
2 frumento, quod vltrà triennium nõ durat. Borgnin. De Tutor. & Cur. nu. 238. & ideo eius aestimatio quantiplurimi debet restringi ad trienniũ, licet Surd. decis. 81. referat Senatum contrariam secutum fuisse opi-
3 nionem. Cessat etiam tutor † periculo suo, qui non gerit tutelam statim, ac scit se datum, vel intra tempora praefinita non affert excusationem, l. 1. ff. de admin. tut. l. qui iussus. ff. eod. tit. Satis est autem tutorem vndecũq; etiam sine testatione cognoscere se datum. l. 5. in fin. ff. eod. tit.

Neq. audiendus est tutor, si dicat se
4 expectasse † alios contutores, idest nõ facile illi est ignoscendum, nam ipse debuit officio suo fungi, & res tempore perituras distrahere. Quod ita debet accipi, vt neq. praecipiti festinatione, nec moratoria cunctatione vendat. d. §. si tutor. Damnatur †
5 autem praeceps festinatio passim in iure nostro, vt in l. edicto. §. cum ante, ff. de iure fisci, vbi Antoninus iussit
6 † recipi professionem eius, qui post apertas tabulas nunciauit tacitam fidem esse accommodatam, non eius, qui ante, neq. enim tam praeceps festi-

natio-

natio digna præm lo. Vide c.32. eodē
7 pacto † cum quis promisit se daturum Ephesi, tempus est concedendum arbitrio iudicis, idest boni viri (licet alium esse iudicem a bono viro tradat Coras. lib. 4. Miscell. cap. 22.) intrà quod possit promissor Ephesi dare ita, vt nec continuare iter diebus, ac noctibus cogatur, neq. tam delicatè progredi debeat, vt reprehensione dignus appareat, l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. oblig. latè Menoch. de Arb. cas. 2. vbi etiam ex sententia Cuiac. & Alciat. ait in d. §. cum ita diploma esse codicillum, qui datur cursu publico vectibus, qua in re pueriliter lapsus est Accurs. Addo l. 2. §. si quis tamen, ff. si quis caution. Alia similia affert Accurs. in d. §. si tutor, & multo plura ex hac tractatione vniuersa possunt colligi, ex quibus apparet neque nimis festinandum, neq. cunctandum nimis.
Quamobrem licet à mora nō excuset
8 † difficultas ipsum debitorem quantitatis iuxta communem Doct. sententiam in l. quod te, vbi Bart. Ias. nu. 32. Rip. nu. 52. Alex. nu. 9. Castr. nu. 14. Alciat. nu. 23. contra Dec. num. 56. Purpur. nu. 64. Fachin. lib. 2. contr. iur. c. 91. qui non contemnendis nituntur argumentis, tamen excusat ad tempus, Men. de Arbitr. cas. 27. l. debitoribus. 31. ff. de re iud. l. promissor. 21. §. fin. ff. de const. pecun. l. Thais, §. 1. ff. de fideicom. libert.
9 cum non † omnis dilatio statim constituat debitorem in mora, vt traditur. l. sciendum ff. de vsuris, & scripsi cap. 166. numero 8. Neq. excusantur honorarij tutores, qui tenentur adsidue inuigilare, & suspectos facere. hos enim eleganter ait Vlpianus esse alieni periculi succedaneos, l. 3. ff. de admin. tut. Dicuntur etiam tutores notitiæ causa dati. l. 14 §. ei qui, ff. de sol. sed si tutor idoneus, sibi to lapsus sit facultatibus, nihil erit alijs imputandum. l. etiam ff. de admin. tut. Tarditatis insuper gratia pu
10 nitur † tutor, si retinuerit penes se pecuniam ociosam, neq. ex ea prædia comparauerit, vbi ea pecunia corradi, idest, colligi possit, vt comparari ager possit l. 5. vbi gloss. ff. de administ. tut. vel apud aliquem argentarium, vel mercatorem pecuniam non collocauerit. l. qui negotiationē, §. pupillo d. l. tutor. 7. §. si post depositionem. l. tutor. 13. §. 1. ff. eod. Dicitur enim pecunia esse ex his rebus, quæ seruando nō possunt seruari, Gutier. de tut. & cur. part. 2. cap. 5. num. 42. Paul. Montan. De Tut. cap. 33. numero 177. vbi id declarat multipliciter. Sed prædicta procedunt, vbi appareat prædia adfuisse in promptu venalia, & tutò potuisse pecuniam collocari apud mercatores sub licito quæstu, Lader. cons. 177. vbi requirit lucrum in potentia propinqua. Surd. de cis. 179. num. 10. Montan. de tut. cap. 32. nu. 187. Guttier. de Tut. & Cur. part. 2. c. 9. Honded. cons. 38. nu. 29. & cons. seq. lib. 2. Steph. Gratian. lib. 1. Discept. Forens. cap. 67. in princ. Borgn. de tut. nu. 114. & 115. Sed ne-
11 que statim † vsuræ exiguntur à tutore non collocante pecuniam pupillarē, sed interiecto tempore duorum mensium ad exigendum, & collocandum d. l. si tutor, §. vsuræ, quod tempus datur ad pecuniam elocandam Lader. d. cons. 177.
12 Obstat l. si tutor † constitutus. ff. de admin. tut. vbi tempus sex mensium conceditur. Varijs modis respondet Accur. ibidem. At Iacobus Cuiac. lib. 5. Obs. cap. 12. existimat d. l. si tutor constitutus loqui de primo anno, quo tutor intra sex menses debet idoneis nominibus collocare pecunias pupillares. Sequentib. autem sex annis singulis duo menses illi dantur, quorum

ratione nullæ ab eo pecuniarum vsuræ exiguntur. Quod si tutor pecunias in suos vsus conuerterit, statim ab eo exiguntur vsuræ, idest, sine laxamento duorum mensium. Cuiac. ibidem d. §. vsuræ. Caueat tutor, ne lentis debitoribus credat, à quibus difficilè exigitur creditum, licet alij lenta nomina ea appellent, a quibus facilè quod nobis debetur consequimur, quasi flecti nullo negotio possint exigere † etiā
3 debet tutor a debitorib., ne alioquin eius negligentia fiant deteriora nomina debitorum, cum etiam bona, non appellando fiant mala, & cessatio reprehendatur l. chirographis, ff. eodem. Stephan. Gratia. lib. 1. Discep. Forens. cap. 125. in fine. Borgnin. de tut. num. 114. & 115. Surd. consi. 296. num. 30. & à se ipso exigere, & pro se debet soluere, l. quoties, §. si pater, ff. de adminiſt. tut. & quod dictum est de tutore procedit in quocunque administratore retinente penes se ociosas pecunias, vel illas conuertente in vsus proprios, vel negligente exactionem, Hond. consi. 82. num. 20. & seq. lib. 2. Stepha. Gratian. lib. 2. Discept. Forens. cap. 240. & seq. etiam si negligat a seipso exigere. Surd. d. consi. 296 num. 30. & seq. Cessatio etiam Magistratus, & tutorum nocet in non exigenda satisdatione iuxta declarationem l. Aemilius ff. de admin. tut. Ma
4 ritus etiam gerens † negotia vxoris facto diuortio tenetur, si à se ipso non exegit, quod facere potuit. Non tamē e vestigio deliquit in officio, si nō protinus res suas distraxit ad pecuniam redigendam, præterire enim aliquid temporis debebit, quo cessasse videatur, l. diuortio, 35. ff. de neg. gest.

SVMMÆ.

1 *Tutoris officium debet esse integrum.*

2 *Testator non potest mandare tutori, vt cum alterius consilio administret.*
L. quidam decedens, §. Papinianus, l. Titium & Meuium, ff. de admini. tut. exposita, & num. 4.

3 *Tutor an teneatur sequi, vel requirere alterius consilium.*

4 *Consilij ea est natura, vt necessario non teneatur quis illud sequi.*
Intercessio quid.
Pater quando teneatur pro filio tutore.
Tutor matris consilium salubre debet admittere.

De tutore, cui præcipitur vt consilio alterius tutelam gerat.
Cap. CLXXXVII.

1 TVtoris officium † debet esse integrum ita, vt non possit testator illi mandare, vt cum alterius consilio administret, vt traditur in l. quidam decedens §. Papinianus in l. Titium, & Meuium, ff. de administrat. tut. quæ leges videntur inter se pugnare, vt animaduertit ibidem Accurs.

Existimant igitur nonnulli distinguendum esse inter præceptum consilij, adiectum incontinenti ipsi tutelæ, hoc videlicet pacto. Relinquo tutorem Titium ea lege, & conditione, vt tutelam gerat cum consilio Sempronij, nec aliter, nec alio modo, & inter præceptum adiectum ex interuallo, vel etiam statim, sed post creatam tutelam, vt priore casu adijci possit lex & præceptum consilij, altero secus, vt in casu d. l. Titium, & Meuium. Verum hanc distinctionem iure reiecit Giurba decis. sexagesima nona, numero vndecimo. Etenim tutoris auctoritas, eidem lege tributa debet esse omnino integra, neque aliquo modo debet imminui dicto §. Papinianus.

Melius igitur statuunt alii ex sententia

tentia Accurs. in d. locis non teneri
3 † tutorem sequi, vel requirere alterius consilium, etiam ita iubente testatore, nisi ille, cuius consilio administrandum est, sit particeps ipsius muneris, vt in d. l. Titium, & Mæuium. Illustriss. Card. Tusc. in lit. C. concl. 765. num. 2. concl. 770. num. 7. Ea est
4 enim natura † consilij, vt sequendum necessariò non sit l. cum pater. §. mando. vbi Barto. ff. de leg. 2. Guttier. de Tut. & Cur. par. 1. c. 8. num. 4. Castr. consil. 131. par. 1. Quamobrem rectè inquit I. C. in d. §. Papinianus, licet pater tutelam filiorum matris consilio geri mandauerit, tamen non ideo minus officium tutorum erit integrum, cum illud non infringat, neque volũtas patris, idest volentis interuenire consilium matris, neque matris intercessio, idest, vt vulgò loquimur, oppositio, quidquid ibi tradat Accurs. Sic etiam accipio verbum, Intercessit in l. Lucius in fi. ff. de administ. tut. idest obstitit, vt pater tunc teneatur insolidum pro filio tutore, vbi alio volente eum facere suspectum, intercessit, & quasi periculum in se recepit. Ita Cicero in Anton. *Cum intercessio stultitiam intercessoris significatura sit nõ rẽ impeditura.* Igitur matris intercessio non impediet tutorem volentem aliquid gerere, & Io. Petrus Maffeius grande ornamentum societatis Iesu lib. 9. Hist. Indic. *Partim intercessione minorum ducum, atque obtrectatione deterritus.* Conueniet tamen uiris bonis vt ibidem ait I. C. salubre consilium matris admittere. Guttier. dicto cap. octauo, numero 3. & hoc pacto accipi debet. dicto §. Papinianus, l. 1. §. si plures, ff. de exercit. l. idemque §. si quis ff. mand. l. si quis mihi. §. si coram, ff. de acquir. hæred.

SVMMÆ.

1 *Pupillarem substitutionem quis facere non potest, nisi sibi quoque faciat testamentum.*
2 *Pupillarem substitutionem precedere debet testamentum ipsius patris.*
L. 2. §. quisquis. §. prius vers. sed si quis ff. de vulg. exponitur, & num. seq.
3 *Accursij expositiones reiectæ.*
Rigore debet præualere æquitas.
4 *Baldi, Castrensis, & aliorum opinio.*
Ordo intellectus, non scripturæ spectãdus.
Sed distingue, num. 8.
in Incontinẽti factis nec prius spectatur, nec posterius.
Pupillaris substitutio potest fieri ex interuallo post testamentum.
5 *Alciati sententia reiecta.*
6 *Viglij sententia.*
7 *In Coniunctis neutrum videtur sequi, vel precedere.*
8 *Nominatus priore loco alijs prælatus censetur.*
9 *Prælatio ex ordine scripturæ.*
Actus præsumitur precedere, qui pro forma debuit precedere.
10 *Actus valere interpretari debemus.*
Sententia potest pro parte valere, pro parte secus, vbi continet plura capita.
in Sententia datur prius, & posterius.

De pupillari substitutione, & de ordine scripturæ.
Cap. CLXXXVIII.

1 Non potest quis † facere substitutionem pupillarem, nisi sibi quoque testamentum condat ita, vt
2 priore loco † debeat sibi hæredem scribere, deinde filio substituere, & non conuertere ordinem scripturæ, l. 2. §. quisquis. §. prius. ff. de vulg. Si igitur ante filio, deinde sibi testamentum faciat, non valet.

Pugnat cum hoc pronunciato, quod in eadem lege subsequitur i verf. Sed si quis, vbi ait Vlpian. *Si quis ita fuerit testa-*

testatus. Si filius meus intra quartum decimum annum decesserit, Seius hæres esto, deinde, Filius hæres esto, valet substitutio, licet conuersa scriptura filij testamentum fecerit.

3 Respondet multipliciter † Accur. in d. §. prius. in verb. Comprobata est. Prima responsio reijcitur, quia correctio maximè incontinenti non præsumitur. Secunda, & tertia continent diuinationem, & rigori iuris præualere deberet æquitas. Vide Aristot. lib. 5. Ethic. cap. 10.

4 Passim distinguitur † per Bald. Castr. & alios. Aut substitutio pupillaris fit incontinenti, & eodem contextu cum paterno testaméto, aut ex interuallo. Primo casu nihil refert an fiat ante, an post. Altero casu debet testamentum paternum fieri ante. Berég. Fernand. in l. pacta conuenta. ff. de contr. empt. num. 16. & 17. Neque enim, vt sæpe diximus, spectandum quid priore loco, quid posteriore scriptum sit in his, quæ vnico fiunt cótextu, & incontinenti, neque ordo scripturæ, sed intellectus spectari debet, illudq; dicitur antefactum, quod post incontinenti factum fuit. Galuan. consil. 23. num. 19. Mant. de Tacit. & ambig. Conuent. lib. 11. tit. 22. nu. 3. Ex interuallo autem post factú principale testamentum, possunt confici pupillares tabulæ. l. si quis eum. §. si suo. ff. de vulg. Vigl. in Inst. de Pupil. §. 1. num. 8.

5 Hanc tamen † conciliationem damnat Alciat. in d. l. 2. §. quisquis num. 1. sentitque patrem sibi prius testari debere, hæredemque scribere, non tamé interesse quicquam, an ordine scripturæ, an ordine tacitæ voluntatis prius sibi hęredem fecerit, exempli gratia in specie proposita si dixerit testator, *Si filius meus hæres non erit, vel impubes decesserit, Seius hęres esto. Filius meus hæres esto*, nó censetur vocare, & substituere Seium, nisi sub conditione, si filius non sit hæres. Apparet ergo testatorem voluisse, vt filius sit hæres, & ita prius sibi fecisse testamentum.

Ego animaduerto contra Alciatú idem responsum fuisse ab Vlpiano etiam eo casu, quo testator dixit, *Si filius intrà quartum decimum annum decesserit*, quo casu licet cesset illa tacitæ volunta tis coniectura, tamen adhuc valet substitutio.

6 Viglius igitur † in §. liberis. in Inst. De pupill. num. 4. id ait procedere in d. §. Sed si quis ea ratione, quia institutioni omnino adhæret, & † coniúcta

7 est substitutio, in coniunctis autem neutrum quoad intellectum vel præcedere, vel sequi videtur arg. l. quidá, ff. de pecul. leg. Siue ergo ex interuallo temporis, siue scripturæ sequatur substitutionem institutio, irrita fiet substitutio. Sin autem cohærens erit, sustinebitur, licet præcedat substitutio. Et hoc non obscurè sibi voluisse visus est Vlpian. nam posteaquam dixit priore loco esse faciendum testamentum, postea subijcit, sed si quis, quasi dicat, licet conuersa sit eo casu scriptura, tamen valebit substitutio, quæ cohæret institutioni.

8 Cæterum an & quando † ordo scripturæ attendi debeat, an intellectus tractat Mantic. de coniect. vlt. volút. lib. 6. tit. 15. numer. 11. & 12. & lib. 7. tit. 7. num. 3. Menoch. consi. 86. nu. 25 & 75. Peregr. de fideicomm. art. 7. nume. 67. & 70. & artic. 8. num. 17. & 18. Surd. consi. 450. num. 58. Mantic. de Tacit. & ambig. Conuent. lib. 23. tit. 33. num. 6. lib. 11. tit. 22. num. 3. vnde habes hanc distinctionem. Aut ordo scripturæ conuenit rationi, & spectatur, aut cum ea pugnat, & secus est, aut res est dubia, & attenditur, declaraturque per ordinem scripturæ res dubia, & ideo priore loco nominatus alijs censetur prælatus. Gall. consi. 65.

num.

num.15. latè Mascard.de probat.concl.1234. num.12. 14. 20.34. & concl.
9 1422. num.28.& seq. vbi de † prælationis iure agit ex ordine scripturæ, Peregr.consi.84. nu.15. lib.1.cons.6. num.11. eod.lib.Morot. resp.27. numero 16. vbi ait ordinem scripturæ vniuersalis in testamentis non attendi, & semper eum actum præsumimus præcessisse,qui debuit pro forma præcedere. Peregr.d.num.70 & alij supra allegati, cum sit sumenda inter-
10 pretatio pro † validitate actus, vt dixi cap.29. Bertazz.consi.16. num.12. vbi loquitur non solum de instrumentis, sed de sententia, quæ potest pro parte valere, & pro parte secus, cum habet plura capita,& datur in ea prius,& posterius.

SVMMÆ.

1 *Saluus coductus conceditur in ciuilibus, & in criminalibus.*
2 *Saluum conductum concedit Princeps, vel Senatus.*
3 *Salus conductus conceditur hostibus. Iure gentium nefas eum violare. Quid si noua causa existat?*
4 *Sallustij locus de fide publica data.*
5 *Saluus conductus an prosit existenti in domo.*
6 *In itinere tutus debet esse tutus etiã dum se comparat ad iter.*

De Saluoconductu. Cap. CLXXXIX.

1 SAluus † conductus, vt appellant, solet concedi in causis pecuniarijs, & criminum, debitoribus, & reis, ac
2 etiam exsulibus. Quæ concessio † fit à Principe, vel à Senatu,vt docet Clar. in sua Praxi quęst. 32. vers. Sed hic quæro. Menoch.de Arbitr.quæst.81. num.6. Farinac.quæst.29.num 79.& 80. Cost. De rem. Subsid. remed. 20. vbi late agunt de hac securitate saluiconductus,quando videlicet, fide publica interposita,alicui facultas commorandi in aliquo loco,vel liber commeatus conceditur,quam facultatem alioquin illi contractum æs alienum, vel delictum ademisset. Hostibus etiã
3 † ipsis belli tempore iure gentium conceditur commeatus, quem nefas est violare.

Id adeo, vt sæpenumero ius gentiũ valuerit data fide publica etiã in his, qui hac fide tuti delictum aliquod postea cõmiserant, quamquam dici posset casum superuenientem non esse concessione illa comprehensum. Vid. infra lib.2.cap.xj. num.12. Exemplis ex omni memoria petitis id ipsum posset comprobari, nisi res superuacanei,& infiniti esset laboris. Præclarus
4 est apud Sallust. † locus in Iugurth. vbi de Bomilcare, qui fide publica cũ Iugurtha Romam se contulerat ibique Iugurthæ iussu Massiuam, Gulussæ filium,& Masinissæ nepotem obtrũcauerat, vt regni riualem de medio tolleret, sic ait. *Fit reus magis ex æquo, & bono,quam ex iure gentium Bomilcar comes eius,qui Romam fide publica venerat.* Quasi vero iure gentium is debeat esse tutus, qui patrato postea delicto iura omnia violauit Sed fuit quãdoque dubitatum, An saluusconduc-
5 ctus † prosit etiam existenti in domo, & in castris suis. Qua de re fuit olim disceptatum ĩ causa Marchionis Messerani capti à militibus Hispanis, vt apud Bellum in tract. De re milit.p.9 tit. De Saluisconduct. num. 10. Ego crediderim saluumconductum censeri etiam illi concessum, qui statim se ad iter comparauit,nam qui in itine-
6 re † est tutus,eo etiam tempore debet esse tutus, quo se accingit itineri l. legato.ff.de legat.l.qui mittuntur §.sed & si,vbi glo.in verb. Agere.ff.Ex quibus causis maio. Vbi igitur incontinẽti se ad illud accinxit, vel illi nulla culpa potest adscribi, quare se primo

quoq.

quoq. tempore non accinxerit, tutus erit. Secus erit, si longum temporis interuallum intercesserit, ita vt æstimare possit prudens iudex, cum nihil minus, quam de profectione cogitasse. Menoch. de Arbitr. cas. 336. num. 19. & seq.

SVMMÆ.

1 *Concessa re aliqua an censeantur ea omnia concessa, sine quibus inutilis esset concessio.*

2 *Quæ momento expediuntur concedi dicuntur propter ipsum ius simpliciter, quæ tractum temporis successiuum habent, dicuntur propter vsum concessa.*

3 *In Momentanea concessione statim quis dicitur liberatus. Secus in successiua.*

4 *Auctoris opinio.*

5 *Fundo vendito non potest quis vti, nisi viam habeat.*

Via sequitur fundi venditionem.

6 *L. in vendēdo. ff. de contrahenda empt. sententia.*

Seruitutes an comprehendantur in venditione fundi.

De concessione, quæ venit in consequentiam. Cap. CXC.

1 IN ea quęstione, An † concessa re aliqua, censeantur ea omnia concessa, sine quibus inutilis esset concessio, de qua Doct. in l. 2. ff. De iurisd. omniū iud. in l. ad legatū in l. rem mobilē ff. de procurat. inter cæteras ea solet afferri a Bart. in d. l. 2. nu. 5. distinctio, videlicet. Aut conceditur aliquid, quod incontinenti, & temporis momento expeditur, Aut concessum est huiusmodi, quod tractum tēpori continet. Priore casu non censentur omnia concessa etiam necessaria. Exemplum est in venditione domus, vel fundi, neque enim iter censetur concessum, etiam si concessio reddatur inutiis. l. via constitui. §. vlt. ff. de seruit. rustic. prædiorum, vbi gloss. l. in vendendo. ff. de contr. empt. & vend. Mantic. De tacit. & ambig. Conuent. lib. 3. tit. 1. nu. 9. Altero casu secus est. Ratio discriminis est, quia il-
2 la, quæ † momento expediuntur, cōcedi dicuntur propter ipsum ius simpliciter, non propter vsum, seu effectum iuris, sed ea, quæ habent tractū temporis successiuum, dicuntur propter vsum concessa. Christoph. Torniol. cons. 25. num. 30. Vid. Surd. cons. 17. In momentanea † concessione sta-
3 tim quis dicitur liberatus, nam statim ac quis vendidit fundum, obligatio extincta est. Sed in successiuis tenetur quis præstare patientiam. Dec. in d. l. 2. nu. 33.

4 Sed neutram harum † rationum probo, quia qui vendit & qui emit fundum, licet momento expediatur venditio, tamen respicit successiuum tempus. Quorsum enim vendere fundum, cuius nullus in futurum esse possit vsus? & ideo rectè ait Dec. loco citato, rationem, quæ allegatur in his, quæ successiuam habent causam, vigere etiam in actu momentaneo, vt videlicet quis vti possit re ven-
5 dita. Non posset autem ea vti, si † viā ad rem venditā non haberet, ergo via sequitur venditionem fundi. l. 3. §. fin. l. via. §. si fundus. ff. de seruit. rustic. præd. l. cum fundus. ff. commu. prædiorum. Bolog. num. 61. & 62. in d. l. 2.
6 qui respondet d. † l. in vendendo, vt procedat solum in seruitutibus non necessarijs, & ita illa lex, quæ videtur maximum rigorem continere, vt ait Dec. d. nu. 33. vindicabit sibi locū tantummodo in seruitutibus nō necessarijs, nō in his, quæ necessariæ sunt.

SVM-

SVMMÆ.

1 *Solui potest adiecto, & illi cui postea permissũ vt soluatur, & quomodo.*
2 *Adiecto soluitur, qui non potest reuocari, & num. 5.*
3 *Incontinenti gesta quandoq. valida, & ex interuallo secuta inualida, quandoq. contrarium vsuuenire.*
4 *Renunciatio ex interuallo facta validior.*
5 *Adiectus non potest agere, vt sibi soluatur.*

De Adiecto. Cap. CXCI.

1 REctè soluitur † tam illi, cui iure stipulationis solui potest, quam illi cui postea permissu stipulatoris soluitur. Verum non leuis est differentia inter hasce species, nam primo casu rectè soluitur etiam stipulatore prohibente, altero secus, si denunciauerit stipulator priusquam solueretur ipsi promissori, ne soluat l. aliud. ff. de solut. In primo casu statim fuit qs
2 † adiectus, idest tanquam procurator constitutus ex conuentione partium, qui non potest reuocari. Ias. in l. 3. §. item Iulianus in princ. ff. de eo, quod certo loco, in altero ex interuallo per missum, vt solueretur alicui. Berég. Fernand. in l. pacta conuenta. ff. de contr. empt. num. 16. vbi multis simili
3 bus ostendit † quandoque incontinẽti facta valida esse, & infirma ea, quæ fiunt ex interuallo, & quandoq. contrarium euenire, vt robur obtineant gesta ex interuallo, debilia autem sint statim secuta. D. Paulus Galleratus I. C. celeberrimus, de Renunciat. lib.
4 4. cap. 7. vbi agit † De Renunciatione ex interuallo facta, quæ validior est. Innumerabilia exempla, & similia suppeditabunt tibi hæ nostrę lucubrationes. Cæterum licet adiecto possit solui. l. eum qui §. qui sibi. l. fin. ff. de
5 verb. oblig. tamen † non potest agere adiectus, vt sibi soluatur, nisi ipsius interesit. Chart. decis. Gen. 126. Stepha. Gratian. lib. 1. Discept. Forẽs. cap. 49. num. 9. & 22. Cost. De Rat. quæst. 20. in fine. De adiecto autem late & ex professo tractat Beneuent. Stracca.

SVMMÆ.

1 *Ex incendio, naufragio rapiens qua actione teneatur.*
2 *Ex incendio licet rapere rem illico perituram.*

De surripiente aliquid ex incendio, ruina, naufragio. Cap. CXCII.

1 DIstinctioni, an † quid fiat incontinenti, an ex interuallo est locus in subtrahente, aut rapiente res ex incendio, naufragio, ruina seruatas. Nam si incontinenti in ipso naufragij tempore id acciderit, erit locus edicto Prætoris, de quo in d. l. 1. ff. de incend. ruin. naufr. nihil enim interest, vtrum ex ipso mari quisq. rapiat, an ex naufragijs, an ex littore. Si vero aliquod tempus intercesserit post naufragium, furti, aut vi bonorum raptorum subtrahens vel rapiens tenebitur d. l. 1. & l. 3. l. si quis. ff. eod. Farinac. De furt. quæst. 168. part. 4. num.
2 73. vbi num. 89. ait licitum esse † surripere rem illico ex incendio perituram.

SVMMÆ.

1 *Hæreticus incorrigibilis, & pertinax quis.*
Pertinacia quid, & num. 2.
2 *Actu vnico quis consentit homicidio, adulterio.*
Virtus infusa vnico actu amittitur.
In Hæresi requiritur pertinacia in voluntate.

Nn 3 *Ha-*

3 *Hæreticus dicitur, qui momento temporis in praua fuit opinione.*
Hæreticus resipiscens.
4 *Relapsus tradendus Curiæ Seculari.*
Relapsus quis.

De hæretico incorrigibili, pertinace, & relapso.
Cap. CXCIII.

1 Non potest ille dici † hæreticus incorrigibilis, qui statim vocatus se contulit ad Sacrosanctum Tribunal Inquisitionis, obtulitque separatum ad abiurandam heresim, vt late probat Menoch. consi. 82. num. 127 & passim in eodem responso. Vide quæ scripsi cap. 22. Neque dicetur pertinax iuxta eundem Menoch. d. loco num. 171. & seq. vbi ex D. Tho. describit pertinaciam quasi impudentem tenaciam. Cic. Pro Mar. *Quæ enim pertinacia quibusdam, eadem alijs constantia videri potest*, & idem de Inuent. *Pertinacia, quæ perseuerantiæ est finitima*, sed perseuerantia in bono, pertinacia in malo. Direct. Inq. p. 2. qu. 32. comm. 57. & ait Liuius lib. 2. De Appio loquens, *Nisi ęgrè victa pertinacia foret consilio magis, &c.* & eodem lib. *Nā minus pernicioso quam pertinaci certamine confecit* & Maff. lib. 14. Rerum Ind. *Mahometicam religionem nec sine stultitia suscipi, nec sine pertinacia defendi posse.* & lib. 1. *Frustra nitente Alphonso conseruare germanum fratrem & ad Christum adiungere in pertinaci mentis duritie, & voluntaria cæcitate miser animam efflauit.* Quamobrem mirum videri potest quod ex sententia Sanch. in præcept. Decalog. lib. 2. cap. 7. num. 1. & 7. & aliorum tradit Farinac. De hæresi q. 196. §. 1. nu. 6. & 19. videlicet eum dici pertinacem hæreticum, qui dogma aliquod pugnans cum catholica religione affirmauerit voluntariè non continuato, & diuturno tempore, sed momento temporis Direct. Inq. 2. p. capit. 1. Comment. 1.

2 nam vnico actu † potest quis consentire adulterio, & homicidio, & virtus infusa, & diuinitus in hominum animos immissa, vt spes, charitas, fides vnico actu amittitur. Pertinacia est ergo, cum quis sciens volēs rem aliquā asserit à fidei veritate alienam, de qua diuina reuelatione constet, falsā esse. D. Thom. 2. 2. q. 11. art. 2. & 1. ad Corinth. 11. insinuat. Lud. à Paramo De orig. offic. S. Inquis. lib. 1. tit. 1. cap. 4. num. 5. In hæresi requiritur pertinacia in voluntate. Eymeric. in 2. p. Direct. q. 1. Lud. à Paramo lib. 3. q. 3. nu. 6. & 19.

4 Verum animaduerto statim quidē dici aliquem hæreticū, † ac hæresim cum voluntate affirmauit, pertinacia enim in hæresi est consensus deliberatus in errorem, quæ momento temporis contingit. Sed tamen non puto esse puniendum tamquam hæreticū, si statim abiurauerit graue scelus. Momento quidem contrahitur crimen illud, sed pœnitentia incontinenti secuta prodest. Dicimus igitur eum fuisse pertinacem in sua hæretica opinione, etiamsi momento temporis in ea fuerit. At non debet puniri omnibus pœnis hæreticorum, & multo minus tāquā impœnitens pertinax plecti vbi eū pœniteat, & vere paratus sit corrigi ab Ecclesia, iuxta abunde scripta ab eodē Farin. d. tract. de Hæresi. qu. 192. §. 4. n. 4. Direct. Inq. p. 2. q. 40. Cæ-

4 terum † relapsus tradēdus est Curiæ Seculari. Et satis erit momēto tēporis fuisse aliquem in hæresi, posteaquam abiurauerit, vt dicatur iuxta prædicta relapsus. Quod si nunq̄ eiurauerit in iudicio prauā opinionē, non dicetur relapsus, licet per diuturnū tempus, atq. adeo vsq. ad extremum vitæ tempus in hæresi perseuerauerit, vt probat Farin. De hæresi q. 195. §. 1. nu. 49.

SVM-

SVMMÆ.

1 L. Lecta ff. si cert. pet. difficilis existimatur.
Franciscus Duarenus illustrauit l. lecta.
2 L. Lecta verba.
3 Diuisione declarata l. lecta.
4 L. Lecta tres præcipuæ partes, quæ in alias diuiduntur.
5 Cautio quid.
Debitor solebat cauere creditori.
6 Auditorium, idest locus in quo ius reddebatur.
Papinianus Præfectus prætorio.
7 Kalendis futuris promittens, censetur promittere proximis Kal.
8 L. Lecta vera lectio, reiecta lectione Alciati.
9 Centesima vsura quæ, & vnde appellata.
Vsuræ, & interesse an possint sortem excedere.
10 Pœna, & vsura differunt. Pœna quandoq. vsuram significat.
11 Conuenit, verbum, infert pactum nudum.
12 Papponij reiecta opinio, & responsio.
13 Paulus Adsessor Papiniani.
14 Vsuræ non debentur antequam sors possit peti, & num. 18.
Sors vbi soluenda est facta diuisione in plures menstruas præstationes, tunc vsura non debentur, nisi quatenus debetur sors.
15 Conuentio postrema detrahit stipulationi, vbi incontinenti adijcitur.
Vlpianus Adsessor Papiniani.
16 Pactum de re vna initum ad alia non porrigitur, nisi agatur de accessionibus.
17 Pactum non parit actionem, sed tantam exceptionem, & num. 18.
18 Vsuræ tamquam accessiones.
19 In Mora non est, tutus exceptione.
20 Pacta contractibus adiecta an pariant actionem, vel exceptionem.
21 L. Lecta verba quomodo accipienda.
22 Vsuræ, & fructus an debeantur à die interposita stipulationis.
Petitio vbi non est, ibi non est mora.
Hieronymus Bossius.

De sententia l. Lecta. ff. si cert. pet. *Cap. CXCIV.*

NVllum est caput legis, quod frequentius in hac vniuersa tra-
1 ctatione se nobis offerat, quam l. † lecta. ff. Si certum pet. quod cum adeo difficile existimetur, vt passim vulgò illud circumferatur, Lex lecta nunquam intellecta, ideo operæ pretium erit eius verba in hunc locum transcribere, sententiamque Pauli I. C. omnibus exponere, quam Duar. cap. 6. ad tit. Si cert. pet. elegantissime explicauit.

Paulus lib. III. Quæstionum.

2 *Lecta est in auditorio † Aemilij Papiniani Præfecti prætorio iurisconsulti cautio huiusmodi.*

Lucius Titius scripsi me accepisse a Publio Mæuio quindecim mutua numerata mihi de domo: & hæc quindecim proba rectè dari Kalendis futuris, stipulatus est Publius Mæuius, spopondi ego Lucius Titius. Si die suprascripta summa Publio Mæuio, eiue, ad quem ea res pertinebit, data, soluta, satiusue eo nomine factum non erit, tunc eo amplius, quo post soluam, pœnæ nomine in dies triginta, inq. denarios centenos, denarios singulos stipulatus est Publius Mæuius, spopondi Ego Lucius Titius. Conuenitque inter nos, vti Publio Mæuio, ex summa supradicta menstruos refundere debeam denarios trecenos ex omni summa ei, hærediue eius.

Quæsitũ est de obligatione vsurarum, quoniã numerus mẽsiũ, qui solutioni cõpe-

tebat, transierat. Dicebam, quia pacta incontinenti facta, stipulationi inesse creduntur: perinde esse, ac si per singulos menses certam pecuniam stipulatus, quo tardius soluta esset, vsuras adiecisset. igitur finito primo mense primæ pensionis vsuras currere, & similiter post secundum, & tertium tractum vsuras non solutæ pensionis crescere, nec ante sortis non solutæ vsuras peti posse, quam ipsa sors peti potuerat. Pactum autem, quod subiectum esset, quidam dicebant ad sortis solutionem tantum pertinere, non etiam ad vsurarum, quæ priore parte simpliciter in stipulationem venissent: Pactumque id tantum ad exceptionem prodesse, & ideo non soluta pecunia statutis pensionibus, ex die stipulationis vsuras deberi, atque si id nominatim esset expressum. Sed cum sortis petitio dilata sit, consequens est, vt etiam vsura ex eo tempore, quo moram fecit, accedát, & si (vt ille putabat) ad exceptionem tátum prodest pactum (quamuis sententia diuersa obtinuit) tamen vsurarum obligatio ipso iure non committetur: non enim in mora est is, à quo pecunia propter exceptionem peti non potest. Sed si quantitatem, quæ medio tempore colligetur, stipulamur, cum conditio extiterit, sicut est in fructibus, idem, & in vsuris potest exprimi: vt ad diem nó soluta pecunia, quo competit vsurarum nomine, ex die interpositæ stipulationis præstetur.

Hactenus Paulus I. C. cuius sententiam nulla res magis declarare iudi-
3 cio meo poterit, quam † ipsius legis in suas partes facta diuisio.
4 Tres sunt præcipuè † huius legis partes. in prima enunciat solum Paulus lectam fuisse quandam cautionem,
5 † siue syngrapham, vel schedulam (cauebat enim debitor, qui pecuniá accipiebat creditori suo. vide l. Titius. 4. ff. Quæ res pign. & l. 3. C. de verb. sign.)
6 in auditorio idest, in eo † loco, vbi ius reddebatur litigatoribus l. contra. 54. ff. de re iud. Aemilii Papiniani, qui erat Præfectus prætorio. In 2. p. quæ inde incipit. *Lucius Titius* referuntur verba, quibus cautio erat concepta. In tertia & postrema ibi, *Quæsitum* proponitur quæstio. Secunda pars in tres subdiuiditur partes, tria. n. erant syngraphæ capita Ias. n. 2. ibidem. Primú pertinet ad stipulationé sortis, pecuniæ nimirú mutuò acceptę, quá Luci9 Titius spopondit Publio Mæuio stipu-
7 lanti reddere † Kalendis futuris, idest proximis, Ian. l. eú, qui 41. ff. de verb. oblig. Erát autem quindecim fortasse sestertia, vel quindecim millia denariorum. Quod parum refert intelligere.

Secundum caput continet stipulationem vsurarum, ibi, *Si die supra scri-*
8 *pta*, legendum est auté, *In dies* † *triginta, inque denarios centenos*, non autem cum Alciat. nu. 4. *In dies vigintiquinq.*
9 cum agatur hic de vsura † centesima, quæ est, quoties duodecim in singula centena singulis annis soluuntur, nó ex eo dicta, vt crediderunt nonnulli, quod centum mensibus æquet sorté, sed quod in singulos menses partem centesimá sortis quis stipuletur. l. eos 26. §. super. C. de vsuris. l. 4. §. vlt. ff. de naut. fœn. l. si pro mutua 8. C. si cert. pet. Vid. Anton. August. lib. 2. Eméd. c. 10. Contra Surd. consi. 302. n. 21. vbi etiam latè probat vsuras multorú annorum posse sorté excedere, licet sec9 sit in interesse. Ratio discriminis est, quia interesse est momentaneú, vsuræ recipiút præstationé successiuá. Surd. ibid. nu. 15. Vid. Magon. decis. Florét. 78. nu. 19. Doct. in l. vnica. C. de sent. quæ pro eo, quod interest profer. Scacc. De Commer. §. 7. gloss. 2. nu. 99. cum seq. Stipulatus est igitur Publius Mæuius vsuram centesimam, si Kal. Ian. non solueretur sors, spopondit Lucius
10 Titius. Pœnæ † autem nomine hic significatur vsura, quam stipulamur ad punien-

puniendam tarditatem eius, qui serius soluit. Alioquin differunt pœna, & vsura. Dec. numero septimo Alciat. numero 28. Bolog. num. 24. l. qui sine. 38. ff. de neg. gest. In tertio capite facta fuit conuentio, sine stipulatione, qua diuisa fuit solutio sortis in plures menses, ita ut plures menstruæ præstationes, & solutiones essent faciendæ. Verbum enim, *Con-*
11 *uenit*, infert † pactum nudum sine stipulatione. Bart. in d. l. lecta, vbi Dec. num. 9. Bolog. num. 26. gloss. in l. prędia. 28. ff. de action. empt. in verbo, *Conuenit*, & hæc est communis sententia, quæ optimè probatur per hanc l.
12 lecta quidquid tradat † Pappon. in rub. ff. de verb. oblig. num. 206. & seq. neque enim sua responsione satisfacit argumento collecto pro communi ex hac lege, nam si stipulationem inferret verbum, *Conuenit*, cessarēt rationes dubitandi in ipsa lege, neque esset distinguendum an incontinenti, an ex interuallo inita esset conuētio, pareretq. sine dubio actionem, nedū exceptionem.

Tertia pars præcipua scinditur in quinque partes in prima proponitur quæstio circa vsuras, nam de sorte nō erat dubitandum, an videlicet elapsis mensibus, in quos diuisa fuerat solutio sortis facienda per Lucium Titium, vsuræ totius sortis essent soluendæ, an vero pensionis tantum soluendæ in singulos menses. In secūda,
13 ibi, *Dicebam* suam † Paulus I. C. prōpsit sententiam (erat enim adsessor Papiniani) videlicet non deberi vsuras totius sortis, sed primò mense elapso deberi vsuras primæ pensionis, & ita dicendum de secundo, & tertio mense præfinito solutioni. Ratio est quia
14 † vsuræ non debentur antequam sors peti possit. Atqui sors tota non debetur elapso primo mense, cū pensio vna tantum debeatur primo, altera secundo, & tertia tertio, & sic deinceps, ergo non debebuntur vsuræ, nisi quatenus debita erat sors. Sortem autem totam non deberi primo, vel secundo mense probatur, quia conuentione diuisa fuit eius solutio in plures præstationes mēstruas, & ideo tot erunt pensiones, quot menses, & hæc sententia fuit recepta. Conuen-
15 tio enim † postrema, sortis solutionem in singulos menses distribuēs, incontinenti adiecta, detraxit priori stipulationi. In tertia parte, in illis verbis, *Pactum autem, & Pactumq.* duo referuntur contraria argumenta, quę fortasse ipsius Vlpiani fuerunt, pariter eiusdem Papiniani adsessoris. Primum erat huiusmodi. Pactum
16 de vna † re factum ad alias non extenditur. l. si vnus §. ante omnia. ff. de pactis. Ergo pactum de sorte non debet porrigi ad vsuras. Alterum. Pactum
17 non parit † actionem, sed tantum prodest ad exceptionem. d. l. si vnus. §. pactus. l. iurisgentium. §. igitur nuda. ff. de pactis. Hæc argumenta confutat Paulus in quarta parte, ibi nimirum, *Sed cum*. Et primo respondetur, cum sortis soluendæ dilatio sit facta, & distributa sors in plures men-
18 struas pensiones, censetur † pariter actum de vsuris, quæ sunt tamquam accessoriæ, & appendices l. 2. in princ. ff. si quis caut. l. fin. in fin. ff. de eo, quod cert. loco. Quamobrem cum sors non possit peti, neque etiam debebuntur vsuræ, quæ debentur ob moram, & retardatam solutionem, & ita licet non sit facta nominatim mentio vsurarū in pacto, tamen in consequentiam de vsuris actum censetur. l. illud. ff. de adquir. hæred. Alciat. num. 13. in d. l. lecta. Secundo respondetur, licet pactum prosit tantum ad exceptionem, tamen cum vi pacti non sit in mora debitor, non enim ob exceptionem, quam parit pactū, potest tota sors peti

ti primo mense, ideo non tenebitur ad vsuras, cum non sit in mora. Tutus
19 enim exceptione † non est in mora, Doct. in l. quod te. ff. Si cert. pet. l. sciẽdum. ff. de vsuris. Tractant autem hoc
20 loco Doct. † An & quando pacta adiecta contractibus incontinenti, vel ex interuallo insint ex parte rei, vel actoris, pariant actionem, vel exceptionẽ. Circa quam quæstionem, ne actum videar agere, reijcio Lectorem ad cap. 110 & ad ea, quæ scripsi de obligat. n. 178. cum plurib. seq. Dec. in d. l. lecta n. 30. Alciat. n. 38. Videtur tamẽ hæc
21 lex † in illis verbis, *Quamuis sententia diuersa obtinuerit*, turbare illam distinctionem, quam in dictis locis probaui, inter contractus stricti iuris, & bonæ fidei, nam hic agitur de contractu stricti iuris, & tamẽ ait Paulus diuersam obtinuisse sententiam, vt non solum ad excipiendum, sed etiam ad agendum prosint pacta. Verum hæc verba ita debent accipi, non vt pacta incontinenti adiecta cõtractibus stricti iuris pariant actionem, repugnãt enim aliæ leges, quæ manifestam differentiam faciunt inter contractus stricti iuris, & bonę fidei, de quibus in locis citatis. l. in bonæ fidei. C. de pactis, Sed vt per hæc pacta, statim adiecta, limitetur ipso iure, petitio, etiam non opposita exceptione, reusque ipso iure sit tutus. Alciat. num. 63. Cuiac. lib. 10. Obs. cap. 24. Neque enim hic agitur de actione, & ideo diuersa sententia non potest intelligi respectu actionis, Sed agitur de tuendo Lucio Titio, & ita dicendum ipso iure eum esse tutum, neque in eum esse actionẽ. Cuiac. d. cap. 24.
22 Tãdem in vltima † parte occurrit Paulus tacitæ obiectioni, ibi, *Sed si quantitatem*. Videbatur enim dicendũ vsuras, & fructus deberi à die interiectæ stipulationis, l. huiusmodi, 64. l. si ita stipulatus. 126. ff. de verb. obligat. Sed respondetur in dictis legibus fuisse expressum inter contrahentes, vt debeantur vsuræ temporis antecedentis ob illa verba. *Tum ex hac die in annos singulos dena dare spõdes*. At in præsenti cautione apparet solum deberi vsuras ob moram, quæ non adest, vbi non est petitio.

Habes Pauli sententiam explicatã ab altero Paulo, in quo nil simile, præter nomen ipsum, agnoscas, quamquam humanissimus, & eruditissim⁹ Hieronymus Bossius Nouis Antiquis Obseruationibus de Lato clauo, Syntag. xvij. nimis honorificè de me sentiens, scribat me ab ipso Paulo in bona ingenij, & in nomen esse adoptatum. Qua in re iudicio suo velum abeo, quo me prosequitur, amore obtendi, velutiq. præstigias fieri patitur.

SVMMÆ.

1 *Consẽsum initio interuenire, vel sequi ex interuallo ratihabitionem, idem est. Simonia committitur licet alius det aliquid.*
2 *Ratihabitio trahitur ad initiũ actus, nisi agatur de præiuditio tertij.*
3 *Ratihabitio confirmat actum quandoq. vt ex nunc, quandoque vt ex tunc.*

De ratihabitione. Cap. CXCV.

1 Paria sunt † cõsensum alicuius initio interuenire, vel ex interuallo subsequi ratihabitionem. l. si debitor, §. sed & si non concesserit, ff. Quibus mod. pign. vel hyp. solu. Quamobrem simoniam committit quis, licet non ipse, sed alius det aliquid, vbi ipse ratum habeat. Ideo statim, ac quis intellexit factam numerationem, debet renunciare, ne sibi innuratur simoniæ nota. Raud. resp. 7. numero decimoquarto, volumine secũdo, Sufficit enim constare de cõsensu alicuius, vel incon-

incontinenti præstito, vel post per ratihabitionē, Signor. cons. 41. num. 4. Mantic. de Tacit. & ambig. Cõuent.
2 lib. 11. tit. 31. num. 47. † ratihabitio enim retrotrahitur ad initium actus. c. ratihabitionem. De reg. iur. li. 6. l. licet. C. de iud. l. vlt. C. ad Maced. Mantic. de Tacit. & ambig. Conuent. lib. 4. tit. 6. num. 65. Paul. Galler. De Renūc. lib. 5. tit. 12. Cost. De Retrotract. cap. 8. cas. 4. Quod tamen non procedit in præiudiciū tertij. Gall. & Cost. locis citatis. Mantic. lib. 13. tit. 43. nu. 17. item non procedit in actu, in quo initio mandatū requiritur, Gabriel. cons. 194. num. 5. lib. 1. hoc igitur casu plurimum refert an statim interuenerit consensus, an ex interuallo per ratihabitionem, vt etiam in casibus,
3 de quibus cap. 104. Item † quandoq. actus valet ex nunc, quandoq. ex tūc, Stephanus Gratian. lib. 2. Discept. Forens. cap. 153. num. 10.

S V M M Æ.

1 *Immunes an sint emptores fructuum ab immunibus. Distingue.*
Bona sequuntur personam.
Don Ioannes Beltramus Gueuara Archiepisc. Salern.
2 *Immunes venditione abdicant a se dominium fructuum, & ideo emptor tenetur ad solutionem vectigalis, nisi ea res in damnum immunium redundet.*
3 *Immunes an teneantur denunciare fructus exactoribus vectigalium.*
Vectigal non dicitur fraudatum cessante dolo.

De Vectigali an sit soluendum per eos, qui ab immunibus emunt.
Cap. CXCVI.

1 Emptores † fructuum immuniū, bonorum videlicet ecclesiasticorum, an sint immunes à solutione vectigalis nec ne, sæpe numero venit in disceptationem, cum bona sequi videantur personam, vt tradit Illustriss. Don Io. Beltramus Gueuara Archiep. Salern. in suo Propugn. libert. Eccles. §. 6. assert. prima num. 56. vbi latè de immunitate ecclesiastica. Variæ adhibentur in prædicta quæstione distinctiones. In primis est inspiciendum priuilegium, quibusnam verbis sit cõceptum. Peregr. de iure Fisci lib. 6. tit. 5. num. 26. D. Rodobaldus Parinus De Gabell. part. 1. num. 308. vers. Qui autem, & est animaduertendum, an priuilegium immunitatis respiciat rem, an personam. Primo casu transit immunitas ad quemcunq. res transit. Menoch. cons. 136. num. 18. Altero casu iterum est distinguendum, nam aut vectigal adijcitur ipsi contractui, veluti si soluendum sit pro re, quæ emitur, & venditur, & tunc satis est vnum ex contrahentibus esse immunē, vt prosit alteri ob connexitatē, cū incontinenti expediatur contractus. Surd. cons. 302. num. 80. Steph. Gratian. lib. 2. Discept. Forens. cap. 390. num. 11. Laderch. cons. 103. nu 6. & seq. aut vectigal adijcitur actui separato, qui fit ex interuallo, veluti si teneatur quis pro fructib. quos importat, vel exportat soluere vectigal, & tunc emptor non est immunis, Menoch. d. cons. 136. num. 20. nam domi-
2 nium fructuum non est penes ecclesiasticos facta venditione, sed penès emptorē, Rol. Vall. cons. 61. lib. 4. Quod tamen intelligendum, nisi solutione facta vectigalis per emptorem fructuum, res tota in damnum ecclesiæ esset redundatura, iuxta Surd. d. cōs. 301. nume. 80. & 307. num. 6. & seq. cons. 525. Stephan. Gratian. d. cap. 390. num. 16. Bard. cons. 31. numer. 19.
3 Verum an eo casu † sit necessaria de-

denunciatio fructuum ipsi exactori vectigalium, vbi agitur de immunibus extrahentibus fructus, anceps est quæstio, vt videre est apud Surd. consf. 313. num. 42. Rol. Vall. consf. 71. num. 22. lib 4. Ego sępè respondi, non esse opus notificatione, & non incidere fructus in commissum, si non sit facta denunciatio, maxime, vbi palàm inuehuntur, vel exportantur, vel aliter probatur non adfuisse dolum, Bertazol. consf. crim. 336. num. 9. lib. 2. consf. 193. lib. 1. Alb. consf. 655. Stephan. Gratian. lib. 1. Discept. Forens. cap. 17. nu. 9. Cephal. consf. 451. num. 270. & 277. Illustriss. Cardin. Tusc. Pract. Concl. tom. 4. littera G. concl. 3. num. 25. D. Rodcbaldus Parin⁹ De Gabellis par. 1. num. 286. cum seq. Menoch. consf. 98. num. 35. Mascar. concl. 834. Surd. decis. 148. num. 9.

SVMMÆ.

1 *Peccatorum vltio statim secuta leuis, dilata acerba esse solet.*
2 *Iustus septies in die cadit.*
3 *Iustus vir quare omni acerbitatum genere vexetur.*
4 *Deus iustos præmijs afficit immortalibus.*
Impios non statim punit Deus. Pœna laneos habet pedes.
5 *Harpalus prædo felicissimus.*
6 *Christianorum aliquorum impietas.*
Vindicta Dei sera, & cita.
7 *Peccatorum statim pœnitendum.*
Procrastinandum non est.

De sera numinis vindicta. Cap. CXCVII.

QVidni meis lucubrationibus ea miscebo, quę in Theologorum scholis tradi cōsueuerunt? vel potius quæ pro suggestu concionatores spiritu sancto adflati identidem nobis inculcant? nimirum diuinam †
1 peccatorum nostrorum vltionem statim secutam leuem, dilatam autem acerbam esse solere? Tarditatē enim supplicij grauitate cōpensat D.O.M. qui neq. iustis statim præmia tribuit, neque incontinenti ab improbis, con sceleratisque pœnas exigit. Si peccat
2 iustus iuxta illud, Septies † in die cadit iustus, primo quoque tempore pœnam fert peccati sui, temporariaq; aliqua acerbitate, macula illa, quam ex peccato contraxit, veluti eluitur, ac deletur. Hæc à D. Chrysostomo inter eas causas recēsetur, qua-
3 re pius, † & iustus vir omni genere acerbitatum sæpe vexetur. Qua de re Seneca in suo lib. ita in scripto, iuxta Muret. Quare bonis viris mala eueniant, cum sit prouidentia. Varijs pij implicantur morbis, æstu, frigore, fame, siti, rerum omnium egestate laborant, circumueniuntur consceleratorum insidijs, factionibus opprimuntur, tyrannorum iussu omnibus supplicijs excruciati mactātur, vt præclarè Xauerius apud Maff. lib. 14. rer. Indic. Temporarijs huius seculi fluxis, & caducis præmijs non solet
4 Deus pios † munerari. Sed suo tempore eos ad cælestia vocat, & immortalia. At impios non statim punit. Sed quo magis differtur pœna, eo crescit magis. Pęna laneos habet pedes, & leuto gradu aduenire solet. Vid. Cæs. De Bell. Galic. in princ. Harpalus †
5 olim, vt apud Cic. Cotta tertio De nat. Deorum dixisse Diogenem Cynicū refert, prædo felicissimus cōtra Deos testimonium dicebat, quod in illa fortuna tamdiù viueret. Huius exemplum quot Christiani homines nūc se qui videntur? qui præclarè secum agi
6 existimant, vbi peccata sua † statim nō excipiat pœna, eoq. impietatis prolabi vidētur, vt patratis, & exaggeratis in dies delictis, quæ ferunt impune, Deum quodammodo existimētur negare. Sed tandem etiam in hac vita sen-

sentient (ne quis Deum, vt ait Maff. lib. 15. Hist. Indic. indormire rebus humanis putet) seram numinis vindictam, quam omnes deprecamur. Exemplis passim obuijs poterit quilibet ostendere, quot malis improbi homines post aliquod tempus fuerint agitati, & excruciati. Vltione igitur peccatorum statim secuta tãtũ abest, vt mæreat iustus, vt potius lętetur, Gaudet improbus dilata, quam tunc sentit prę sentem magno suo cum malo, vbi nihil sibi ad summam improbitatem reliqui fecit, peccandoq. diuinæ misericordiæ limites quasi transilijsse, illiq. vix locum reliquisse visus est. Si statim igitur nostrorũ peccato-
7 rum † pœnituerit, Dei vltionem, quæ ipsius est misericordia, & præsentem temporariam, & æternam pœnam effugiemus. Dilatione redditur difficilior pęnitentia, assuescimus enim peccatis magis & magis, & prauam ipsa consuetudine tanquam naturam induimus, quam difficilimè postea exsuimus. D. Augustini est sententia. Improbus cum vult, non potest, quia cum potuit noluit. Quod si vlla in re locus est emblem. 111. Alciat. Nunquam procrastinandum, hac in re certe esse debet. |Verum de sera numinis vindicta Plutarchum disserẽtem quiuis potest legere, cum omnibus sit in promptu. Ex quo habemus Deorum molas de serò molere, quod in eos cõuenit qui malefactorum pœnas tandem dant vindici Deo.

S V M M Æ.

1 *Interpellatio vnica an sufficiat, & an extraiudicium.*
2 *Interpellatione repetita an tollatur præcedens.*
3 *Contrarium eius, quod quis agit sequi non debet.*
Interpellatio repetita maius robur obtinet.
4 *Posterioribus tolluntur priora incompatibilia. Declara.*
5 *L. Aemilius, ff. de minoribus declaratur.*
ab Interpellationis die necesse est, vt aliquod effluat tempus.

De interpellatione repetita.
Cap. CXCVIII.

1 DE interpellatione agunt Doctores in materia moræ, an videlicet vnica sufficiat interpellatio, an plures requirantur, an in iudicio fieri debeat, an sufficiat extra iudicium facta in l. quod te, in l. vinum, ff. si cert. pet. Creditum autem est vnicam sufficere. Dec. in d. l. vinum, nu. 13. vbi Bolog. n. 44. Menoch. de Arbitr. cas. 220. num. 26. l. Tiria, §. vsuras, ff. de leg. 2. l. mora, ff. de vsuris, & quidem extrà iudicium. Bolog. in d. l. quod te, num. 58. in d. l. vinũ nu. 44. vbi Dec. num. 13. L. 1. §. nunciatio, ff. de noui oper. nunc. Mariscott. lib. 2. Var. Resol. cap. 126. num. 3. & 4. Verùm sæpe
2 quæritur, An facta † interpellatione semel, & ita constituto debitore in mora, si postea repetatur interpellatio, censeatur purgata præcedens mora, an vero geminata dici debeat. Et traditum est a nonnullis per secundam interpellationem ex interuallo secutam censeri a prima recessum, & ita moram iam contractam esse purgatam. l. Aemilius, vbi Bart. nu. 1. ff. de minoribus. Verum nullo pacto hanc probare possum opinionem. Ridiculum enim esset, aliquem dum
3 aliquid agit, eius, quod agit contrarium consequi, l. non omnis, ff. si cert. pet. l. legata inutiliter, ff. de adim. leg. Interpellat autem sine dubio quis eo consilio, & proposito debitorem, vt eum magis, & magis facta repetendi debiti instantia d. l. mora, constituat in culpa, ergo non est

dicendum per alteram interpellationem dilui moram iam contractam. Præterea aut repetita est interpellatio incontinenti, & censetur inesse primę, vnicuiq. actus existimatur, aut ex interuallo, & maius robur obtinet geminatio ex interuallo facta. Euerard. in loco A vi geminationis, n.16 & dixi cap.97.

4 Neque obest, quod † posterioribus tollātur priora, l. pacta nouissima, C. de pactis nisi sequeretur correctio in continenti. Aldouin. consi.71. nu.24. quia illud sibi locum vindicat in his, quæ dicuntur incompatibilia, & ita

5 etiā procedit d. l. Aemilius, † vbi denunciando post diem, quo placuerat esse commissum, & pretium petendo censetur pupilla à lege sua recessisse, vt supra cap.39. num.4. Bolog. in d. l. vinum num.50. & hanc sententiam probat Caroc. De dep. p. 1. n.49. ti. De culpa Deposit Mariscot. d. lib.2. Var. Resol. cap.126. num.11. qui ex Iasone in l. si ex legati causa nu.18. ff. de verb. oblig. ait posse multis modis d. l. Aemilius responderi, qua Bart. niti videtur. Immo vero Bart. ipse non probat hanc sententiam. Requiritur autem, vt à die interpellationis aliquod labatur tempus. Caroc. De Dep. p.2. qu.6. nu.39. & dixi d. cap.39. in fine, Surd. decis.179. num.12. consi.437. num.4. Cæterum latè agunt de l. Aemilius Morot. resp.40. Surd. decis.4. num.6. Thes. decis.103. Odd. de restit. quæst. 86. art.2. Cost. De remed. subsid. rem. 48. num.9. Rip. lib. resol. sing. resol.8. num.2.

SVMMÆ.

1 *De Tempore ad tempus arguimus.*

2 *Dominus olim, & nunc præsumitur dominus, non contra.*

3 *Possessor temporis præteriti, & præsentis creditur, non contra.*

4 *Possidens litis cōtestatæ tempore, an præsumatur nunc possidere.*

5 *Possessione præteriti, & præsentis temporis probata, præsumitur quis possedisse tempore intermedio.*

6 *Possessionis traditio an censeatur facta ob titulum præcedentem, vbi tradita fuit ex interuallo.*

De præsumptione temporis ad tempus in dominio, & possessione, & de referenda possessionis traditione ad titulum. Cap. CXCIX.

1 Solemus de † tempore vno ad alterum arguere; veluti in præsumēdo dominio, & possessione. Qui igitur

2 olim erat † dominus, & præsenti tempore præsumitur dominium habere. Non autem qui nunc dominus est, cēsetur olim fuisse dominus, Menoch. de præsumpt. lib.6. præs.62. Eodem pacto regulariter recipitur, vt qui o-

3 lim † possedit, & nunc possidere credatur, non è contrario ex possessione præsenti præteritam colligamus, Menoch. d. lib.6. præsumpt.64. & seq. vbi latissime distinctis nonnullis casibus, cum extensionibus, & restrictionibus

4 de hac re agit. Multo magis † præsumitur qui olim possedit, & nunc possidere, si tempore litis possidebat, vel paulo ante initium litis, si modo tempus illud est recens, & proximum, secus si longum interiectum sit temporis interuallum, videlicet in his casibus, in quibus ex præterita possessione non præsumitur præsens, vt in rei mobilis possessione, & in alijs. Menoc. de præsumpt. d. præs.64. num.27. & 31. Poly. Rip. olim collega meus lib. sing. Obser. c.292. Cæterum præteriti, &

5 præsentis temporis possessio † arguit possessionem temporis intermedij. Idem Menoch. d. lib.7. præsumpt. 66. Mariscott. lib.1. Var. Resol. capit.59. num.7. Licet autem traditio possessio-

6 nis censeatur † facta ob titulum præcedentem, Men. d. lib.6. præsump.67.

tamen

tamen aliud est, vbi possessio longo tempore post titulum fuit tradita, exempli gratia si titulus sit simulatus, & traditio possessionis ex interuallo fiat, non erit ea simulata. Qua ratione si emerim fundum tanquam procurator Titij, postea ex interuallo tradatur mihi illius fundi possessio, censetur mihi tradita, & acquisita possessio, non tanquam procuratori, sed tanquam domino. Verum hæc non probo, quia hæc traditio possessionis, siue sequatur statim, siue ex interuallo, semper est accessoria tituli præcedentiss. Steph. Gratian. lib. 2. Discept. Forens. cap. 317. num. 22. 23. & seq.

SVMMÆ.

1 *Fideicommissum non relinquitur ab eo, qui non est honoratus.*
Non honoratus non oneratur.
2 *Legatarius potest rogari, vt statim alteri rem legatam reddat, vel ex interuallo.*

De honorato grauato restituere. Cap. CC.

AB eo, qui neq. legatum, neq. fideicommissum, neque hæreditatem, vel mortis causa donationem accepit, nihil per fideicommissum relinqui posse ait Imper. in l. ab eo, C. de fideicom. Inde colligitur vulgatũ illud. Quem non honoro onerare non possum. latè Peregrin. De fideicom. art. 1. Sed nec vltra relictum potest quis grauari. Peregr. eod. tract. art. 33. num. 34. & seq. Verum cum † legatarius non solum possit rogari, vt ex interuallo rem restituat, sed etiam incontinenti, ne momento quidem temporis interposito, vt ex Bart. & Crauet. tradidit Menoch. lib. 4. Præsumpt. cap. 131. num. 10. ideo sic placet distinguere, Aut legatarius tenetur alteri statim restituere, & non potest grauari vltra illud quod fuit relictum, aut non nisi ex interuallo tenetur restituere, & tunc etiam vsuras licitas, & fructus medij temporis restituere cogi potest. Peregr. d. art. 33. num. 34. & 40. dixi cap. 26. num. 4.

SVMMÆ.

1 *Iudex si absfuturus sit an debeat expectari, an alius in eius locum subrogetur.*
Philippus Massinius Interpres.
2 *Decurio ad tempus relegatus an desinat esse decurio, & an reuersus recuperet pristinam dignitatem.*
Io. Petrus Ala I.C. Cremonensis.

De Iudice, Magistratu, Decurione absentibus, vel relegatis. Cap. CCI.

1 SI iudex † datus, vel etiam magistratus sit absfuturus longo tempore, alius in eius locum debet subrogari, secus si incontinenti sit rediturus, quo casu non dicitur abesse, vt scripsi cap. 81. nu. 12 vel etiam sit rediturus intrà tempus, intrà quod possit operam suam nauare, & causam expedire, iuxta l. si longius, ff. de iud. & Clariss. Philippum Massinium, quem animæ dimidium meæ hoc ipso tempore maximo cum dolore accepi fato functum fuisse Bononiæ, in l. 1. ff. de offic. eius, num. 306. quos mihi commentarios non multo ante impressos dono miserat. Sic etiam qui ad tempus fuit relegatus, desinit esse Decu-
2 rio l. 2. ff. de Decur. Crediderim tamẽ secus esse, si incontinenti redierit, neque enim videtur relegatus, qui statim redijt. Reuersus autem etiam ex interuallo pristinæ redditur dignitati, l. 2. C. de his, qui in exilium dati li. 10. Sed quia videtur repugnare dicta l. 2. ff. de Decur. ideo distinxit Odd. De restit. in integr. quæst. 96. art. 4. & 5. vbi agit etiã De Publico Interprete. Menoch. de recuper. remed. 10. num. 105.

SVMMÆ.

1 *Subhastationum requisita.*
2 *Subhastationem præcedere debet æstimatio.*
Læsio in subhastationibus.
Io. Petrus Ala I. C.
Thomas Gallaratus Senator Mediol.
3 *in Subhastationibus præsens requiritur pecunia. Declara num. seq.*
4 *Pecunia appellatione quæcunque continetur satisfactio.*
5 *Depositum ex interuallo factum non attenditur in subhastationibus.*
6 *in Subhastationibus quandoq. habetur fides de pretio.*

De Subhastatione. Cap. CCIII.

1 IN subhastationibus † requiruntur quamplurima, de quibus in l. à Diuo Pio, ff. de re iudic. præcedere
2 debet † æstimatio, Rol. Vall. conf. 22. num. 33. lib. 1. Steph. Gratian. lib. 1. Discept. Forens. cap. 7. num. 19. cum seq. vbi examinat hoc, & alia requisita necessaria in subhastationibus. Idem Gratian. lib. 2. cap. 326. & cap. 479. cap. 545. num. 8. Doctissimus Io. Petrus Ala in suo libro de Aduoc. & Causid. Christiano part. 2. quæst. 36. vbi agit de læsione vitãda in subhastationib. Ant. Gam. decis. 198. & 266. Extat in Nou. Const. Mediol. tit. De bonis insolutũ dandis, aut ad hastam vendendis, vbi si præfinito tempore, quod incipit à die notificationis Menoch. de Arbitr. cas. 185. nu. 37. non satisfaciat debitor, bona illius ad hastam venduntur. De cuius tit. interpretatione sæpe egi cum non nullis Senatoribus, & præsertim cũ amplissimo Senatore Thoma Gallato, viro natalium splendore, & propria virtute conspicuo. Ea nunc missa facio, quæ huc non pertinent.
3 Præcipuæ debent res distrahi † præsenti pecunia d. l. à Diuo Pio. §. sed si emptor. vers. oportet, & appellatione †
4 pecuniæ continetur quæcunq. satisfactio, non tamen debet haberi fides de pretio, sed debet præsenti pecunia satisfieri, vel statim post, nam depositũ
5 ex interuallo factum non attenditur. Gratian. d. cap. 7. & cap. 326. num. 17.
6 Quandoq. autem potest † haberi fides de pretio, si consuetudo id permittat, & in aliis casibus, de quib. Gratia. locis citatis.

SVMMÆ.

1 *Simulationi an possit renunciari, & nu. 4. & seq.*
2 *Nullus actus nequit firmari pacto, potest tamen nullitatis exceptioni renũciari.*
3 *Compromissi nullitati potest renunciari.*
4 *Simulatus contractus non est contractus. Simulata est renũciatio contractus simulati.*
5 *Nullitati renuntiatur, vbi ex pacto, quo renunciatur, oritur consensus aptus ad validandum contractum.*
6 *Simulatus magis arguitur contractus ex renunciatione simulationis.*
7 *Renunciatio simulationis incontinenti facta non valet, secus ex interuallo. Distingue.*
8 *Initiũ spectatur, vt dicatur emptio imaginaria.*
9 *Renunciatio ex interuallo facta plus valet, quam incontinenti.*

De Renunciatione simulationis. Cap. CCIV.

1 EGimus de simulatione contractus cap. secundo. Nunc quæritur, an renunciari possit simulationi. Et ex Ias. in l. nemo potest in sec. interpret. num. 58. & seq. ff. de leg. 1. videbatur dicendum posse, ea ratio-
2 ne, nam licet pacto actus † nullus nequeat firmari, tamen validum est pactum, quo renunciatur exceptioni nulli-

nullitatis. Eodem modo valebit pactum, quo renunciabitur simulationi. Stant enim simul hæc videlicet actũ esse nullum, vel simulatum, & non posse allegari nullitatem, vel simula-
3 tionem, exẽplo compromissi, †quod licet sit nullum, tamen iniri potest pactum, quo renuncietur nullitati. Verum contraria opinio communiter recipitur, videlicet non valere renunciationem simulationis, simulatus e-
4 nim † contractus non est contractus, & in substantialibus deficit, ipsaq. renunciatio pariter erit simulata. Rip. in d.l.nemo potest num.68.& seq.qui respondet argumento Ias. videlicet, illud procedere, vbi ex pacto, quo promittit quis non allegare nullitatem, oritur consensus aptus ad validandũ contractum, alias secus, immo ex renunciatione simulationis arguitur †
6 cõtractus magis simulatus. Stephan. Gratian. lib. 2. Discept. Forens. cap. 255.nu.27. Farinac.de simulat.quæst. 162.num.17.
7 Solet tamen temperari communis opinio, vt procedat eo casu, quo renunciatio facta fuit incontinenti, secus si ex interuallo. Rip.in d. l. nemo potest num.72. Farinac.d.quæst.162. nume.26. Affert pro hac limitatione Iason loco citato, & in prima interpret.num.50. tex.in l. 4. §. si ab igno-
8 to, ff.de manu, vbi initium † spectatur, vt imaginaria sit emptio.

Ego sic statuo ex sententia Doctorum, Aut renunciatur exceptioni simulationis incontinenti, & præsumitur ipsa pariter renunciatio simulata, & ideo non efficit quominus opponi possit de simulatione (licet sit iurata renunciatio) de qua apparet verè, vel præsumptiuè, Mascard. de probat. concl.447. num.25. & 26. secus si de simulatione non appareret, Farinac.d. quæst. 162. num. 25. Aut ex interuallo fuit renunciatum, & tunc etiam sine iuramento tollitur præsumptio simulationis. Farin.ibidẽ
9 num. 26. Plus † ergo efficit ex interuallo facta renunciatio, quam incontinenti.

SVMMÆ.

1 *Vsuræ non possunt in mutuo promitti sine stipulatione, etiamsi incontinen tinenti adijciatur pactum.*
Ratio quæ nam sit num. 2. & seq.
2 *Vsura odiosa.*
3 *Mutuum est stricti iuris.*
Pacta incontinenti adiecta in mutuo anpariant actionem.
4 *Mutuum celebratur re, neq. est mutuum, nisi proficiscatur pecunia.*
in Mutuo non valet pactum, vt datis decem, vndecim restituantur.
5 *L. Rogasti, ff. si cert.pet. sententia.*
6 *L. Qui negotia. ff.mand. exposita.*
7 *Conciliatio l.qui negotia.ff.mand.& l. singularia, ff. si cert. pet. & num. seq.*
Nicolaus Genua. Octauiani Picenardi liber. Discordia Concors Africani, & Vlpiani, & nu. seq.
8 *Breuis manus.*
Sfondrati fratres.

De Vsuris in mutuo promissis, conciliatione l. singularia. ff. si cert. pet. cum l. qui negotia, ff. mand. & De breui manu.
Cap. CCV.

1 Creditæ pecuniæ vsuræ † non possunt sine stipulatione promitti. Quod si promittantur pacto nudo, proderit illud ad exceptionem, non autẽ ad actionem. Et licet nõnulli distinguant inter pactum incontinenti adiectum, vt illud pariat actionem, & adiectum ex interuallo, vt illud

lud prosit tantum ad exceptionem, tamen est receptum, etiam incontinenti adiectum pactum de vsuris præstandis in mutuo non parere actionem, Doct. in l. quamuis, 3. C. de vsuris. in l. Titius. ff. de præscript. verb.

2 Rationem eam † esse existimant Doctores, quòd odiosæ sint vsuræ, quam rationem non probaui in Comment. ad tit. De oblig. num. 185. Coras. lib. 2. Miscell. c. 7. Fab. lib. De err. Prag. decad. 1. err. 2.

3 Alia est ratio, quia † mutuum est stricti iuris, & in contractibus stricti iuris pacta etiam incontinenti adiecta non pariunt actionem, vt ibidē scripsi, licet aliud visum sit Coras. Fabr. & Andr. Fachin. lib. 2. Contr. iur. ca. 99. Qua de re agendum erit in explicatione l. Lecta, ff. si cert. pet. c. 194.

Potest igitur alia afferri ratio cum
4 Fabr. & Coras. videlicet † mutuum celebrari re, neq. enim est mutuum, nisi pecunia proficiscatur, & ideo non valet in mutuo pactum, vt datis decē vndecim restituantur iuxta germanā
5 expositionem l. rogasti, † ff. si cert. pet. Duar. ad d. tit. si cert. pet. c. 2. & 8. in princ. l. cum vltra 9. C. de non numer. pecun. l. si tibi, ff. de pactis.

6 Sed quæret † aliquis quare in specie l. qui negotia, ff. mand. in fine, responsum sit deberi vsuras, licet pactum nudum intercesserit? Ibi enim procurator Lucij Titij cum à debitoribus pecuniam exegisset, scripsit epistolam ad Lucium Titium dominum, qua eidem significauit certam quantitatem pecuniarum apud se esse ex ipsa administratione, promisitque eam se mutuo debiturum cum vsuris semissibus. Pactio illa est nuda, & tamen respondit Africanus vsuras, de quibus conuenit, præstare procuratorem debere. Varias afferunt Accur. & alij solutiones. Ego existimo ibi ideo deberi vsuras, quia actione mandati remanet obligat⁹ procurator. Negat enim ibidem Africanus pecuniam, debitā ex mandato, fieri creditam. Quamobrem cum non sit credita, sed adhuc ex mandato teneatur procurator, licet pecuniæ eius periculo sint, debentur vsuræ, quę in mutuo non deberentur. Incontinenti autem censetur illud pactum adiectum, & ideo, vt nostri loquuntur, vestitur cohęrentia contractus. Verum inter Africanum, in d. l. qui negotia, & Vlpianum in l. singularia, ff. si cert. pet. maxima videtur pugna existere, in qua concilianda clarissima nostræ iurisprudentiæ lumina omnē suam insumpserunt industriā, vt apparet ex cōgestis nuperrime per Nicolaum Genuam in suis Cōciliat. pag. 105. & melius ex libello D. Octauiani Picenardi collegæ mei V. CL. qui inscribitur Discordia Concors Africani, & Vlpiani in l. qui negotia. ff. mād. & in l. singularia. ff. si cert. pet. ex quo habebis, lector, declaratas prædictas leges, intelligesque quid sit bre
8 uis manus, & † quandonam illi sit locus, de qua scripsi cap. 84. num. 8. Extat præterea elegantissima epistola Illustrissimi Don Gregorij Sfondrati Abbatis, qui superioribus diebus vna cum fratre Illustrissimo Abbate Don Io. Baptista Iurisconsultus miro omnium plausu fuit renunciatus, quæ subtilissimè prædictas leges explicat. Ipse pariter scripsi quid de conciliatione illarum legum sentiam, respondítque humanissimè litteris meis Picenardus, a quo paululum visus sum dissentire. Nolui epistolas, vltrò citroque inter nos missas nunc emittere, ne quis forte parum ęquus rerum æstimator suspicetur inter nos ea existere certamina, qualia exarserūt inter Villiomaros, siue Scaligeros, & Titios, siue, vt nostrorum vtar exemplis, inter Duarenos, Barones, & Goueanos,

& æquitas seruandæ fidei cessare videbatur. Quare arbitratus est, sine magna vtilitate, & æquitate fictione vtendum non esse, idq; satis expressit eisdem verbis,, id enim benignè receptum est,, & posset comprobari auctoritate Fran. Suarez. de interpret. legis, hum. cap. 5. num. 3.

Dixi autem videntur. Quia hæc sola fortasse African. non mouissent, vt ab Vlpian. recederet. Cum enim, siue pecunia mutua fiat, siuè non, iustitia maneat illibata, istud cum Vlp. vt Iustin. fecit, poterat facilitati commercij, licet modicæ vtilitatis, condonari. Sed quia in casu illi proposito altiora latebant, quæ illum, vt aliter, responderet, coegerunt, quamuis in genere medijs in specie Vlp. contrarijs vteretur, quia liceat nancisci finem iustum medijs quæ alias distingui possent, vt bellè scripsit nouissimè satis eruditus collega meus, D. Io. Petrus Ala, de Aduoc. Christ. part. 1. quæst. 30. At quæ hæc sunt? dicet aliquis? Si procurator, qui exactam pecuniam, sibi creditam petierat, vsuras promittendo, debitam pecuniam cum vsuris soluere non recusasset, sanè Afric. hac de re consultus non fuisset. At consultus fuit, vt etiam obseruauit Duar. & probatur ex tit. ibi, Quæstionum, & in responso ibi,, Quæsitum,, & ibi,, Respondi,, Cur autem debitor recusabat, quia profitebatur, pecuniam creditam factam, vsuras verò ex mutuo, vt stricti iuris, nisi ex stipulatione non deberi, vt ait Afric. in l. Titius, ff. de præscr. verb. & Vlp. in l. idemq. §. si quis Titio, ff. mand. Sicq. nouit Afric. procuratorem vafrè, sub specie fictæ breuis manus, iuris benignitate permissa, & vana vsurarum spe, voluisse a creditore tempus extorquere, & iuris benignitate concessum ad iniquitatem detorquere, vt sic pecunia vteretur, nec domino, qui, vt videntur innuere prima legis verba, ibi,, qui negotia, solebat negociari, interesse lucri cessantis persolueret, licet omni iure debitum, vt bellè disserit Molin. de Contract. Disput. 317. Vel saltem euitaret vsuras saltem pro modo interesse, quæ ex mora in contractu mandati, vti bonæ fidei, veniebant, vt ait Vlp. in d. l. idemq. §. si procurator, ff. mand. Quid ergò respondit? Quod iuris benignitate permissum est, non licere ad iniquitatem trahere. Breuem manum non fingi, Mutuam pecuniam non fieri. Vsuras tamen, de quibus conuenerit, deberi. Ea sanè ratione, quia solus consensus non facit mutuum, nisi vel rei traditio sequatur, vel ius illam fingendo, sua benignitate naturali, & ciuili cooperetur. Licet autem vbi vera traditio secuta fuisset, posset dubitari an ius naturalè illius effectū, ob fraudem, quam poterat dominus præuidere, impedire debuisset. Veruntamen cum ageretur de ea fingenda, lex verò iniustæ semper resistat, vel saltem non assistat, cap. erit autem lex, 4. distinct. credidit Afric. & rectè, non conuenire, legem huic iniustæ, & captiosæ conuentioni cooperari, æquitate breuis manus, illi succurrendo, qui promissas vsuras negabat contra æquitatem naturalem, qua ex consensu ad eas erga illum, qui neglecto iuris rigore, eius fidem fuerat secutus, tenebatur. Nil enim commune est æquitati cum iniquo. Regula cōtractus correspectiui, & nominati efficiebat, vt qui negabat implere, quæ promiserat, & debebat (saltem natura)

exceptione doli, repelleretur à proponendo iure, licet orto, illi proficuo, vt ait Vlp. in l. Iulianus §. offerri, ff. de act. emp. Edictum Prætoris quod quisq. iuris poscebat, vt qui solo iuris rigore contra æquitatem naturæ vsuras alias debitas, & pacto promissas denegabat, solum etiam iuris rigorem experiretur. Et Prætor ipse, vt ait Vlp. in l. iurisgentium, §. ait Prætor, ibi,, quæ neq. dolo malo,, ff. de pactis, à conuentionibus dolo initis æquitatē abesse declarauit, dum eis suam protectionem denegauit. Præsertim verò cum dubius sit consensus. Creditor enim contractui, vti apparenter proponebatur, consēnsit, non autem vti re, ex intentione debitoris fraudantis, fiebat. Quia siue spes vsurarum esset causa finalis consensus, siue sine qua non, veruntamen ex sola liberalitate non mutuabat. Idq. effecerat non defectus intrinseci principij voluntatis, actu enim voluerat, sed error in obiecto. Mouit enim voluntatem vti forma, vel finis, vt illud vellet, non simpliciter, vt vafrè quærebat debitor, sed vti tale, & huiuscemodi formæ, vt ait Aristot. Ethic. tertiò, capit. primo, ibiq. Alber. Magnus cap. 8. & ex nostris Salamon. in l. prima, nu. 17. ff. de legibus. Vndè, & æquitas seruandæ fidei cessabat, d. §. ait Prætor, Imò, & consensus, qui illi materiā obligationis sūministraret. Namq. & Vlp. in l. si per errorē, ff. de iurisd. omn. iud. scripsit errantem in obiecto nō consentire. Et Iustin. in l. fi. C. de non num. pec. rescripsit, eum non consensisse, qui etiam iurato sub spe apparenti, re tamen vana, pecuniam mutuam recepisse confessus fuerat. Nam, & si nosceret ita promittentem ad vsuras inuitum compellere non posse, non tamen sciebat, illum callidè versari, & iniustè negaturum, quod natura debebat, & sponte soluissent, qui iustè, & bona fide contrahunt. Vnde, & lex, si illi succurrere nollet, tamen nec ei fingendo nocere deberet, ne nimis culpæ ascriberetur, quod debitorem illum, virum probum sit arbitratus, cuius fidei negotia sua crediderat, eum suum procuratorem ad omnia constituendo.

Hæc autē omnia significauit Afric. vir de more breuis, & obscurus, in illis verbis,, nuda pactione,, *Cur enim* nuda? *Quia ius Ciuile, nudas, illas conuentiones iuris gētium reliquit, de quarum perfecto consensu dubitabat, vt ait Castr. in rub. ff. de verb. oblig. num. 5. quem pleriq. sequuntur, Ius autem Prætorium, cessante æquitate naturali, eam etiam vti nudam deserebat, d. §. ait Prætor. Cur inquam,* nuda? *Quia destituta reali numeratione, sine qua verè mutuum fieri non potest. Cur postremò* nuda? *Quia etiā destituta æquitate iuris gentium, cum dolus commercia difficiliora efficiat, et æquitate iuris Ciuilis, & fictione breuis manus, quæ cum principaliter inducatur iuris Ciuilis æquitate, sed non sine consensu, hac in conuentione, vti omninò, ob dolum indigna, cui ius sua benignitate cooperaretur, ingredi non poterat: Quis hoc dixit? Afric. in illis verbis,,* id enim benignè receptum est,, *quæ nil aliud significant, quam in casu illo omnem æquitatem uel resistere, uel non assistere fictioni breuis manus, quod læsa iustitia omnino fit, non autem, ubi ea intactā, commercij facilitas ingrediatur, ex bellissima æquitatis distinct. Fran Suarez de interpr. leg. hum. d. cto cap. 5. num. 3. Clarius autem, ut opinor, istud expresserunt Dioc. & Maxim. qui per annos*

duccen-

ducentum post Afric. & Vlp. imperarunt, dum in l. si ex precio, C. si cert. pet. pecuniam debitam ex rei precio, si petatur credita cum promissione vsurarum, vbi stipulatione id factum non sit, mutuam non fieri, sed simulatis pro infectis habitis, actionem ex empto dari rescripserunt. Non sanè quia, vt aliqui sunt opinati, sola stipulatio nouare posset, sciebant enim conuentionem, cui fictio breuis manus cooperetur istud efficere, ex Vlp. in dicta l. singularia. Sed quia promissio vsurarũ, sicuti stipulatione ad agendum erat idonea, sic illa omissa satis non erat ad cogendum iam inuitum debitorem. Cur autem dixerunt simulatis pro infectis habitis? *quia simulatum est quod dam apparens, esse enim videtur, quod re, & effectu non est. Promissio autem vsurarum simulata erat, vti callidè facta, nedum animo eas, uti promissas nõ soluendi, sed etiam euitandi usuras cõpensatiuas venditori debitas, ut ijdem Dioc. & Maxim. rescripserunt, in l. curabit, C. de act. empt. Consensus autem creditoris sortiebatur naturam actus simulati, quia licet ab initio contractui, ut apparenter fiebat, assensisset, illi tamen, vt re, à debitore callide fiebat, nõ consenserat. Differunt autem hæc à sententia Curt. & Coras. quia ipsi crediderunt, nudam vsurarum promissionem impediuisse pecuniam mutuam fieri. Quod tamen verum non esset, vbi alias ex primo contractu vsuræ nõ deberentur, & conuentio bona fide facta, & seruata fuisset. Ego verò censeo id successisse ex dolo, detecto, quia vsuræ aliàs debitæ, & promissæ ad impetrandam fictionẽ breuis manus, fuerant denegatæ. His liquet, pecuniam, consensu, medio fictionis breuis manus, ex iuris æquitate mutuam fieri, quando nisi ita fieret, læderetur iustitia, & hac in re Africanum, & Vlpianum, consensisse. Vbi verò, siuè credita fiat, siue non, iustitia manet illibata, discordes videri Vlp. & Afric. Cæterum Iustinian. Vlpiano adhæsisse. At vbi, si credita fiat, læditur iustitia creditoris, Africanum negasse. Vlpianum non respondisse. Iustinianum verò Afric. responsum probasse. Sicq. consequi, hanc antinomiam indissolubilem videri, dissolui tamen posse.*

SVMMÆ.

1 *Pactum nudum etiam geminatum ex interuallo non parit actionem.*
Inutile additum inutili non facit vtile.
2 *Constitutum parit actionem.*
Prætor æquum, & bonum sequitur.
3 *Homo mortuus an in constitutum possit deduci.*
Homo mortuus pro viuo habetur post moram.
4 *L. Promissor hominis, ff. de cost. pecun. expositio communis, & auctoris.*
in Constitutum deduci hominem mortuum.
5 *Hominis mortui nullus est vsus.*

De obligatione naturali geminata, & de constituto. Cap. CCVI.

1 NON parit † obligatio naturalis, siue pactum nudum actionem, licet sit geminatum, nam inutile additum inutili non facit vtile, vt dixi in meis Commẽt. De oblig. nu. 161. Quod adeo verum, vt licet ex interuallo repetatur pactum, tamen non sit efficax ad producendam actionem, quamquam magna est actus iterati ex interuallo vis, & potestas.
2 vt scripsi cap. 97. Verum † oritur actio, si obligatio in constitutum sit de

d. pœnæ non esse locum, nisi quis perseuerauerit vsq; ad sententiam.

SVMMÆ.

1 *Vendi carius an possit ob dilatam solutionem.*

2 *Vsura an sit, si vẽdantur res carius, vel vilius emantur ob dilatam, vel anticipatam solutionem.*

De vendentibus carius ob solutionem dilatam. Cap. CCVIII.

1 SOLENT res † carius, vel vilius vendi ob dilatam, vel anticipatam solutionem, siue repræsentatam pecuniam. Merces suas quis vendit maiori pretio ob temporis interuallum concessum ad soluendum, quam si statim esset facienda solutio.
2 Quo † genere contractus non temerè debemus vti, vt traditur in cap. in ciuitate. De vsuris. Verum non semper vsuram committunt, qui eo modo vẽdunt, vel emunt, qua de re latè tractat Leonard. Less. De iust. & iure lib.2.cap.21.dubit.6.&7. Thes.lib.2. Quæst. Forens. quæst.14.

F I N I S.



PAVLVS BELLONVS I. C. LECTORI S. P. D.

Onsilij & propositi mei rationem in hoc opere quemadmodum Lector candide, non est, quod multis explicem, ipsa enim inscriptio per se satis indicat, quid mihi voluerim, quid spectauerim in hoc libro ita longa opus esset oratione in ijs recensendis, & repellendis rationibus, quæ me primo adspectu ab hac editione deterrere videbantur: quibus tamen, non dicam gloriam, quam minime hac ex re capto, sed communem omnium vtilitatem habui antiquiorem. Verum non te diu, ad vtiliora pergentem, detinebo. Illud inprimis, vt hoc edendi consilium abijcerem, videbatur suadere, quod non eram nescius fore, vt hic noster labor in varias (noui enim hominum ingenia) incurreret reprehensiones. Nonnulli enim in vniuersum hanc totam industriam scribendi hodiernis temporibus, quibus in immensum penè excreuerunt legum volumina, damnare non dubitant. Sed horum non me mouit oratio. Si enim in hoc peccatum meum est, cum multis mihi est commune, quorum auctoritatem possum reprehensorum orationi opponere. Quamquam quis iure dixerit eos peccare (me enim non audeo eorum numero aggregare) qui res etiam ab alijs tractatas, sparsasq. vnum in locum transferunt, dilucidius, & meliore methodo exponunt? Abstinendum esset alioquin omni prorsus scriptione: quid enim magis verum, quam nihil dici posse, quod non fuerit dictum prius? Nonnulli industriam meam non desinent verbis eleuare, quod facile sit adhibito aliquo labore hosce locos, & species inuenire, quas ego in hunc congessi librum, quod alicubi tradit vir eruditissimus quodq; Agellio obiecit Viues, quem ideo congestorem appellat,

consar-

consarcinatorem, & rhapsodum. Verum satis mihi fuit libri vtilitate aliqua proposita hanc effugere reprehensionem. Fateor non esse id omne gloriosum, quod sit laboriosum. Sed iam dixi me nullã aucupari gloriam sola contentum vtilitate. Inglorius igitur sit hic noster labor, modo ea non careat. Si, Deus bone, de iurisprudentia nostra censentur bene mereri, qui indices ipsos emiserunt ad subsidium memoriæ, in quibus nec in opinionum electione iudicium, nec in disputando acumen & subtilitatem, nec quidquam aliud, præter merum laborem aliorum scripta compilandi, laudare possis, quid ni ego saltem vituperationem effugiam, qui quandoq. vt res ipsa patitur, & iudicium meum interpono in hac varia & miscella doctrina, & disputationibus rem clariorem conor efficere, & in summa non totus sum in aliorum locis indicandis, nec in alicuius scriptoris verba iurare consueui? Tandem cum inibi iam essem, vt hunc librum emitterem, quem multis abhinc annis compositum non eram passus exire, secutus Horatianum præceptum. Nonumq. prematur in annum, incidi in libros doctissimorum virorum, qui cum hoc meo aliquam videbantur habere adfinitatem. Tum ego met cœpi hæc mecum deputare. Hem quid ago? Patior ne libellum meum exire, tui, facta cum alijs collatione turpiter sit in tenebris delitescendum, ne quid illi deterius videar velle augurari? Ecquis enim inuentis frugibus, velit glandibus vesci? Verum enim vero librum meum, additis passim eorum Iurisconsultorum locis, quos magis conuenire sum arbitratus, collocupletaui, vt poteris animaduertere, passusq sum illum experiri ancipitem iudiciorum aleam, ea spe, quod aliquo saltem in pretio sit futurus, licet longo interuallo aliorum sequatur eruditionem, & elegantiam. Quid prohibet quin ea, quæ de viris scripsit Venusinus poeta id ego ad libros transferam.

Nec scit, quantum Cassellius Aulus; Sed tamen in pretio est. Placuit igitur librũ, hũc quicunque tandem sit, in lucem prodire, vt eius

opera